L. ANNAEUS CORNUTUS

DE

NATURA DEORUM

EX SCHEDIS

IOHANNIS BAPT. CASP. D'ANSSE
DE VILLOISON

RECENSUIT

COMMENTARIISQUE INSTRUXIT

FRIDERICUS OSANNUS

PROFESSOR LITTERARUM ANTIQUARUM GISSENSIS.

ADIECTA EST IOHANNIS DE VILLOISON DE THEOLOGIA PHYSICA STOICORUM COMMENTATIO.

GOTTINGAE
PROSTAT IN LIBRARIA DIETERICHIANA
MDCCCXLIV.

PRAEFATIO EDITORIS.

Alienum, non meum opus opera mea qualicunque in publicum emissuro nihil prius mihi faciendum videtur, quam ut operis curis meis nunc editi rationem reddam idoneam. Cui officio rite ut satisfaciam, primum quam brevissime potero enarrandum, qui factum sit, ut ego quidem operis huius postumi evulgandi negotium in me susceperim. Huius autem consilii auctorem habui gravissimum, quem sibi fato nuper ereptum Petropolitani et cum his quidquid est artis antiquae studiosorum lugent, Henricum de Koehler, qui quinque amplius abhinc lustris Parisiis in bibliotheca regia quae Iohannis Baptistae Caspari d'Ansse de Villoison manu scripta reposita sunt curiose perquirens, quum in eas schedas forte incidisset, quibus quae ad parandam Cornuti de natura deorum editionem novam ille conscripserat, continerentur, subito tanquam thesauro reperto exsultare meque iuvenem iuxta tum adsidentem appellare, gaudii participem facere, mox, re diligentius inspecta, praestantiaque copiarum harum uberrimarum, quarum famam iam dudum subinde divulgatam fuisse posthac rescii *), cognita, exhortari me, ut laborem operis huius postumi redigendi evulgandique subirem. Quod munus eo lubentius in me transferri sivi, quo magis viri defuncti quidem, sed in ore hominum elegantiorum nunquam interituri memoriae deberi intelligebam, ut quae magno ipse studio et industria contulisset, ne plane perirent sedulo caveretur.

---

*) V. Bast. Ep. crit. p. 43. Groddeck. Hist. litt. Gr. T. II. p. 114. Schoell Gr. Litt. T. II. p. 657. Westermann Mythogr. Graec. p. xvi.

Itaque animo confirmato munus meum quamvis taedio plenum ita persecutus sum, ut quae in schedis notata reperirem, aut ipse transcriberem, aut per aliam manum haud indoctam transcribenda diligenter curarem: quo factum est, ut quum Parisiis a. 1818 discederem, apparatum, qui dicitur, Villoisonianum domum mecum asportarem. Aliis vero interim interclusus temporibus, nunc demum eas copias qualicunque mea opera ad mentem, ut puto, auctoris dispositas auctasque evulgandi consilium cepi, quum praesertim virorum doctorum neminem viderem, qui Cornuti, hominis haud indocti, libellum, in summis ineptiis accurata disciplinae Stoicorum enarratione conspicuum, turpi paene exemplo ad hunc diem vulgatum in novum examen vocare sustinuisset. Nam ex quo Thomas Gale Opusculis mythologicis, physicis et ethicis bis a se editis eum inseruit, ab alio quoquam iterum editum non novi nisi a Neophyto Duca, Graeco homine, Vindobonae 1811, una cum Sallustio de mundo aliisque eius generis scriptis. Quam editionem, gentilium suorum usui ab auctore destinatam, licet diu et curiose a me quaesitam, nunquam oculis usurpare licuit, neque eorum, quae censor eius olim monuit *), recordatus magnopere id dolui. Post Ducam, qui Cornuto novam operam dicasset, nemo repertus fuit nisi Batavus, Gerardus Ioannes de Martini, non qui libellum ederet, sed qui Disputatione inaugurali de L. Annaeo Cornuto philosopho Stoico eleganter nec sine acumine scripta hoc de scriptore insigniter promeruit. De qua commentatione, quae Lugduni B. 1825 prodiit, quid statuendum sit, quum olim censuerimus **), tum per hanc editionem nostram censendi passim locus fuit.

Quum igitur ad Cornuti contextum, ex pessimo olim codice descriptum, et ad nostrum usque diem paene neglectum refingendum qui sese accingeret ne-

*) Ephem. litt. Lips. 1817. No. 41.

**) Ephem. litt. Hal. 1832. Suppl. 100. p. 793 sq.

minem animadverterem, qua libelli conditione Westermannus, quo minus in Mythographorum Gr. collectionem a se a. 1842 vulgatam eum adsisceret deterritum se esse narrat praef. p. XVI, illud opus vel potius onus humeris meis imponi eo confidentius passus sum, quo maior spes ostentata videbatur, horum studiorum commodo in profligando opere nonnihil me allaturum esse, quod inchoatum et maxima sedulitate confectum, quamvis non perfectum a tali viro esset, qualem aequales Villoisonum noscitarunt, posterique ut exemplum consummatae doctrinae ingeniique haud mediocris aemulaturi sunt; cuius viri, a. d. VI. Kal. Maii a. 1805 fato functi, virtutes varias qui recte aestimare velit, eum haud pigebit ea perlustrare, quae in eius viri memoriam haud minore veritatis quam pietatis studio eleganter conscripsit Car. Bened. Hase *), discipulus olim eius et amicus, comparanda illa cum iis, quae eodem anno de vita et scriptis Villoisoni copiose enarravit Chardonus de la Rochette **). Inter opera autem, quae aliquando se editurum esse ipse promiserat, quibusque profligandis repentino obitu interclusus fuit, etiam Cornuti libellum fuisse, epistola Lutetiis a. 1775 ad Björnstahlium Suedum, peregrinatorem doctissimum, missa, qua simul totius operis et consilii sui rationem redderet, significaverat ***), promissi huius sex annis

---

*) Comment. de Ioanne Lydo §. 30.

**) Mélanges de critique et de philologie T. III. p. 1.

***) Operae pretium videtur ex ea epistola, quam Chardonus de la Rochette l. c. p. 55 vulgavit, ea hic transcribere quae ad Cornutum pertinent, licet longiora: „Dans 7 à 8 mois je donnerai à l'impression deux ouvrages réunis dans un vol. in 4., dont j'espère que vous serez mille fois plus content que de mon Apollonius. Le premier est une édition du philosophe stoïcien Cornutus, très-célèbre dans l'antiquité et maître du fameux Perse, le poète satyrique. Le savant Gale en avoit donné une édition dans ses Opuscula mythologica, sous le titre: *De natura deorum*, et sous le nom de Phurnutus. J'ai prouvé dans une dissertation particulière, que je mettrai à la tête de ces deux ouvrages,

post, quum Anecdotorum Graecorum Tomum II. vulgaret, cuius vide p. 243, haud immemor: a proposito

---

que son vrai nom est Cornutus, qu'il étoit le fameux stoïcien de ce nom, et je l'ai demontré par les passages que les anciens citent de cet auteur. J'ai trouvé à la bibliothèque du roi six manuscrits, autant à celle de Florence, dont on m'a envoyé la collation, et un à celle d'Augsbourg, qui m'ont servi à en restituer plus de six cents passages si corrompus et si totalement defigurés, qu'ils étoient souvent inintelligibles; et cela n'est pas surprenant; il y manque souvent des mots et quelquefois des lignes entières, que j'ai retrouvés dans mes manuscrits. Comme le texte est entièrement changé, j'ai été forcé d'y joindre une nouvelle version latine de ma façon, et un très-grand nombre de notes, où je rends compte des changemens considérables que j'ai introduits dans le texte. Comme l'ouvrage de Cornutus est le catéchisme de foi des Stoïciens, et renferme l'abrégé de leur doctrine, et n'est qu'un extrait des ouvrages actuellement perdus de Zénon, Cléanthe et Chrysippe, j'indique soigneusement dans mes notes d'où est tirée chaque phrase de Cornutus, si c'est de Zénon, de Cléanthe, et quels sont les auteurs qui nous ont conservé ces précieux fragmens, ce qui répand un grand jour sur la philosophie ancienne. Les Stoïciens, au rapport de Cicéron, ont plutôt inventé de nouveaux termes que de nouvelles choses; et ils se sont servis d'expressions neuves et qui leur étoient particulières, pour exprimer des dogmes déjà connus. J'ai soin d'expliquer tous ces termes de la philosophie stoïque, qu'il est très-important d'entendre. Je dis aussi un mot des difficultés mythologiques qui se trouvent dans Cornutus. A la tête de cette édition, je joindrai l'autre ouvrage purement de ma composition, que j'ai intitulé *Theologia physica Stoicorum;* j'y explique toute la théologie, cosmogonie, physiologie et psychologie des Stoïciens, et je tâche d'y faire pour ces parties importantes ce que Gataker a fait pour leur morale dans ses notes sur Marc-Antonin. Je n'ai épargné aucune peine pour donner à cet ouvrage toute la perfection dont je suis susceptible, et j'ai lu et relu exprès pour cet objet, la plume à la main, tous les auteurs grecs et latins, sans en excepter un seul, même les Pères de l'Eglise, trop peu connus, et où j'ai trouvé des mines d'érudition pour la philosophie ancienne et pour la mythologie, surtout dans Justin, Clément d'Alexandrie, Théodoret, Origène, Eusèbe, Tatien, Athénagore, Théophile d'Alexandrie, Hermias, Nemesius etc

vero exsequendo quibus de caussis post destiterit, quod in altera epistola eidem Björnstahlio exposuisse eum refert Martinius p. 4, ignoro, quum Björnstahlii Itinerarium, cuius Tomo III. p. 341 edit. Belgicae epistola illa inserta dicitur, inspicere non licuerit. Totus vero labor, qualem Villoisonus et meditabatur et nunc imperfectum in schedis reliquit, tribus constat partibus, verborum contextu refingendo, commentariis in hunc scribendis, doctrinam denique Stoicam, quatenus ad Cornuti libellum pertineat, disputatione continua de theologia Stoicorum physica enarrando; de quibus nunc singulatim, ut par est, dicturus, non solum quam materiam schedae Villoisonianae suppeditarint expo-

---

Augustin, Lactance, Arnobe, Tertullien. Non content d'expliquer les dogmes des Stoïciens, j'ai aussi voulu indiquer les sources où ils ont puisé. Cicéron remarque qu'ils ont beaucoup copié Héraclite, surtout pour la physiologie. J'ai expliqué par occasion le dogme de ce philosophe ténébreux, et j'ai étudié à fond Hippocrate, qui en étoit grand partisan, et qui nous a conservé beaucoup de ses dogmes dans ses écrits. Les ouvrages de Galien, et surtout son traité *de placitis Hippocratis et Platonis*, m'ont été d'un grand secours. Les Stoïciens ont aussi du rapport avec Hippase de Métapont et Parménide, quelquefois même avec Platon. J'ai montré que ce qu'ils ont de commun avec ce grand philosophe, il l'avoit pris lui même de Timée, et Timée le devoit à Pythagore. C'est ce que j'ai soin de remarquer. Je regarde Pythagore comme l'Homère des philosophes. *Omnes illius fontibus hortulos suos irrigaverunt.* J'ai aussi lu avec attention tout ce que les modernes ont écrit sur la philosophie ancienne. Chemin faisant, j'ai été à portée de corriger et d'expliquer une foule de passages de Cicéron, de Sénèque, de Plutarque, de Stobée, d'Arrien, etc., dont l'intelligence dépend de la parfaite connoissance de la philosophie ancienne. Je me suis surtout appliqué à montrer l'ordre et l'enchaînement des principes stoïques, qui sont extrêmement liés, et par-là j'ai sauvé plusieurs de leurs contradictions apparentes. Cicéron et Galien remarquent avec beaucoup de raison qu'on les critique souvent sans les entendre." Haec ille olim: ex quibus non solum perspicitur, quantam curam in hoc opere parando collocaverit, sed quid omnino consilii in eo secutus sit.

nam, sed simul quo modo in redigenda ea usus sim statim subiungam, in antecessum praefatus, in schedis digerendis hanc mihi in universum me praescripsisse legem, ut quae Villoisonus litteris mandasset, ea verbo tenus redderem; a qua lege nonnisi in manifesto calami errore vel in eius generis lapsu, quem auctor ipse statim correcturus fuisset, recessi; quod perraro factum memini. Itaque pro fundo semper habui ipsa Villoisoni verba, quibus quae a memetipso adiungenda visa sunt, ne cum illis mea commutarentur, utique uncis [ ] seclusi, aut ubi Villoisoni verba meis interponenda fuerunt, ea auctoris nomine consignavi. Si quis vero quod Villoisonus imperfecte vel minus eleganter scriptum reliquit, emendandum a me fuisse postulet, is non reputaverit, nullum tum modum corrigendi, mutandi, reformandi fuisse, quum tantum non omnia retractanda et de novo instauranda fuissent, quod in alieno opere, praesertim tironibus non destinato, piaculum putavi. Ceterum totius operis, quale nunc vulgatur, rationem accuratius intuentem latere non poterit, copiis Villoisonianis si libere uti licuisset, ut primarii editoris munere fungens omnia ipse instituissem et ad meum arbitrium exegissem, et multo minorem laboris suscepti aerumnam futuram et ipsi rei melius fortasse consultum fuisse: sed deterruit me ab hoc consilio tam pietas defunctis debita quam timor, ne eiusdem criminis coarguerer, in cuius suspicionem olim incidisse memini Bröndstedium, amicum meum, qui quum in edendo Itinerario suo eiusdem Villoisoni schedis aliis quibusdam usus, in rebus minutioribus, fontis, unde hauserat, quoque loco mentionem non fecisset, graviter vapulavit atque plagii ab obtrectatore iniquius quam verius reus factus est. Nunc singulas copias a Villoisono relictas enarraturus, praemonendum duco, earum omnium, quas ipse in epistola illa et in prolegomenis enumeravit, reliquias in schedis eius reperiri praeter versionem Latinam, cuius ego non memini vestigium me deprehendisse ul-

lum: quod damnum non tanti visum, ut nova a me confecta reficere studerem.

Quod primum attinet ad verborum contextum, reliquit Villoisonus exemplar libelli ab ipso emendati, non integri, sed omnia usque ad verbum ὑπάρχων p. 206, 1 complectentis, nitide scriptum cum brevi adnotatione critica, in qua quum non cuiusque codicis lectionem, sed summam tantum eorum plerumque notasset, id, quatenus ex collationibus codicum promptis, de quibus infra dicam, fieri poterat, a me supplendum fuit. In vulgando autem contextu ita versatus sum, ut exemplum Villoisoni quatenus porrigebat, fide exprimerem, tum solum a me desertum, quum ab auctoris sententia discedendum videretur: quod haud raro factum est. A pag. 206 verbo ὑπάρχων usque ad finem totus labor meus fuit, quod ideo verbo monendum, quoniam adnotationem a me solo concinnatam ab illo inde loco uncis includere non opus visum. Omnis vero haec opera in refingendo contextu profligari non potuisset, nisi commodo ad manus fuissent codicum a Villoisono adhibitorum notationes, quam farraginem nomine *Varr. lect.* passim afferre soleo; horum recensus hic est.

(Par. 1) Parisiensis Regius 2860. Desinit fol. 113*a*, teste Hasio, qui mea caussa inspexit, verbis τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων ἐπονομάζεται δὲ ἐπὶ p. 234, sed pluribus deinceps foliis vacuis relictis, quae excipit fol. 116*a* Ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱστοριῶν.

(Par. 2) Parisiensis Regius 3076, „qui lectiones ex Cod. Henrici Scrimgeri excerptas habet.” VILLOISONVS, quem v. in Prolegomenis sub calcem. Hic codex olim Florentinus fuisse videtur, siquidem idem exemplar Cornuti fuit, quod Iunius olim a Scrimgero Scoto, magno avunculo suo, ad illum codicem collatum possederat, teste Holsteinio Epist. p. 12 sq. ed. Boisson.

(Par. 3) Parisiensis Regius 3078, „qui varias lectio-

nes a Claudio Salmasio e veteri libro descriptas continet." VILLOIS. Non videtur ipso Salmasius codice usus esse, sed variantes eius a Sylburgio olim ex codice excerptas transcripsisse, ut coniicitur ex iis quae Villoisonus in Proleg. et ad c. 27. p. 203 ἐνῆφθαι adnotavit.

(Par. 4) Parisiensis Regius 2720.

(Par. 5) Parisiensis Regius 3052.

(Par. 6) Parisiensis Regius 2551. Desinit fol. 56*b*, monente Hasio, verbis νεβρίδα δὲ ἢ πάρδαλιν ἐνῆφθαι. Fol. insequente excipit: Διονυσίου ἁλικαρνάσεως (sic) περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

(Laur. 1) Florentinus Laurentianus 37 plutei 31.

(Laur. 2) Florentinus Laurentianus 20 plutei 56. Hic cum Galeano contextu plerumque consentit.

(Laur. 3) Florentinus Laurentianus 13 plutei 58.

(Laur. 4) Florentinus Laurentianus 9 plutei 60.

(Laur. 5) Florentinus Laurentianus 24 plutei 57 *).

(Aug.) Augustanus, quem Villoisoni in usum contulit Schneiderus Saxo, tum iuvenis, teste Oberlino epistola Strasburgi data d. 1 Ian. a. 1775. V. Villois. Proleg. Scripturam eius usque ad c. 16. p. 167 verba γεννήματα ζῶον, uti habet, excerptam reperi: attamen passim in seq, ut c. 16. p. 167 ad τυχών, et c. 17. p. 173 ad v. δεῖ apud Villoisonum rursus huius, ut videtur, codicis men-

---

*) Parisiensium horum et Florentinorum MSS. nescio quo casu factum est, ut variantes ab initio libelli usque ad p. 206 in schedas meas non retulerim: cui damno reficiendo succurrit E. Millerus V. D., qui Hasio intercedente variantes a me omissas ex schedis Villoisoni excerpsit mecumque humaniter communicavit. Ceterum lectiones ex codd. Laurentianis descriptas intentius perlustrantem non potest fugere, qui huic officio praepositus fuit, eum ei labori recte sustinendo plane imparem fuisse; nam non solum negligenter codices eum excussisse, sed etiam scripturae vim saepius non assecutum esse, multis probatur exemplis. Ceterum valde doleo, consulere de Laurentianis mihi non licuisse Bandinii Catalogum.

tio fit; mancae igitur eae schedae, quibus usus sum. Idem est codex, ni fallit coniectura me mea, qui Monachii hodie servatus numeratur 567, de quo v. Hardtii Catal. Cod. MSS. Bibl. Reg. Bavar. T. V. p. 438, quique desinere dicitur verbis λόγος καθὸ καὶ τούτου c. 17. p. 175 *).

(Ald.) Editio Veneta Aldina.

(Bas.) Editio Basileensis.

Quae his schedis passim insertae reperiuntur Villoisoni notulae criticae, eas plerumque ut ex *Varr. lect.*, ut appellavi, ductas attuli. Praeterea Villoisonus aliorum quoque codicum quorundam collationes ad manum habuit, quarum fragmenta vidi, ea tamen tam lacera et turbato foliorum ordine, ut non transcripserim, quod nunc quidem quam maxime doleo. In his sunt Anglici Barocciani 72. 125. 131 et Veneti S. Marci 531, cuius meminit Gaisford. ad Procli Chrest. p. 477, 513 et 490, de quo ipse monuit **). Horum codicum passim in adnotatione critica mentio fit, ut v. c. c. 3. p. 143. c. 4. p. 144 fin. c. 5 fin. c. 14. p. 161. c. 20 fin. Praeter illos etiam alii MSS. in notis Villoisoni obiter memorantur, quorum exempla in schedis desiderantur, ut binis locis Vindobonensis unus c. 1. p. 141. Parisiensem Reg. 221 semel, si recte memini, affert c. 31. p. 221. Denique praesto

---

*) Praeter hunc codicem statim moneo alium quoque in eadem bibl. Regia servari 536 fol. 71, de quo v. Hardt. l. c. p. 339. Desinit verbis ἐπονομάζεται δ' ἐπι . . . ., quae sunt cap. ult. p. 234. Hic non idem esse videtur cum eo altero codice Augustano tum deperdito, cuius meminit Villoisonus in Prolegomenis, siquidem is in fronte inscriptus *Πολυδεύκους Φουρνούτου*; prius certe nomen non advertit Hardtius.

**) Anecd. Gr. T. II. p. 242 sq. Conf. et Proleg. Phurnuti de diis, ut appellatur, codicem Politianus Venetiis a. 1491 vidit, epistola eius teste post alios ab Hoffmanno repetita, Lebensbilder berühmter Humanisten, I. p. 88. Semel ad c. 2 *πρώτως* quarti quoque Marciani 59 mentio fit, nisi hic error in numero est.

Villoisono fuere quaedam Wyttenbachii coniecturae in Cornutum, quas unde acceperit, utrum ab auctore cum ipso communicatas, an alio quodam intercedente, non significavit. Ad has copias Villoisono insuper accesserunt variantes MSS., quos Cornuto edendo Galeus adhibuit quorumque is rationem, quod dolendum, iusto rarius nec nisi obiter reddit, neque hoc, ut videtur, diligentia ea qua par fuit, ita ut certum de eorum lectione quovis loco iudicium ferri nequeat. Quibus vero usus fuit, hi sunt:

Oxoniensis *α*, qui quantum ex Galei nota p. 234 cognovimus, numeratur 125.

Oxoniensis *β*, qui desinit c. 19 fin., v. Galeum p. 183.

Oxoniensis tertius quidam, memoratus a Galeo tantum, si bene memini, in Praef. et ad init. Cornuti.

Florentinus, cuius meminit Gale init. Cornuti, c. 24 fin. et c. 35. p. 234 ad *Κλύμιος* et *βουλευόμενον*.

Ravii Codex. V. Gale ad init. Cornuti.

Vaticanus, cuius meminit l. modo citato et Praef., et hinc, ut puto, Larcherus ad Etym. M. p. 214 post Orionem.

Gyraldi codex, de quo v. quae Villoisonus in Prolegomenis attulit.

Horum codicum priores ambos Oxonienses, quos uno compendio *Oxon.* afferre soleo, Galeus fere solos diligentius adhibuit, sed ita ut potiorem tantum scripturae discrepantiam adnotarit, et subinde tam obscuris et ambiguis verbis, ut quid unus alterve revera ferat, in dubio relinquatur, ita ut totus hic Galei labor Westermanno l. l. p. XVI haud immerito „inutilis farrago" audiat. Insuper Eudociae Violarium, ab ipso primum editum, quod multa ex Cornuto ad verbum descripta contineri intellexerat, id quod etiam Bastius Comm. palaeogr. p. 750 observaverat, Villoisonus inter subsidia habuit: quo quum rarius eum usum esse animadverterem, potiorem eius varietatem, ubi aliquid commodi afferre videretur, diligenter adscribendam

duxi. Nam etsi me non fugit, codicem, quem Eudocia exscripserit, ex deterioribus fuisse (v. ad c. 4 init.), tamen in pristina auctoris manu redintegranda is haud parum nos adiuvit, ut adeo uno quidem loco, ceteris codicibus ad unum omnibus silentibus, solus genuinam scripturam suppeditarit. Ceterum quod hic de Cornuto monitum, id ad reliquos omnes eos scriptores, quorum scrinia Eudocia expilavit, pariter pertinet, similiter de auctoritate eius statuente Wyttenbachio Bibl. crit. II, 3, unde quis usus eius in arte critica factitandus sit, nunc iam satis liqueat.

Horum codicum, saltim eorum, quorum Villoisonus notitias reliquit, si iam exspectari potest ut ita ratio reddatur, ut ex ipsorum indole et conditione ii ad certas classes describantur: eam operae meae partem, quum ob mancam codicum cognitionem, quam commemoravi, certi nihil omnino statui possit, intactam relinquere malui, eo magis lubricam, quo minus comperta nobis fuit uniuscuiusque aetas. Quod tum demum aliquando perfici poterit, quum tum illi tum ceteri libri MSS., qui adhuc hic illic latitant *), quam diligentissime excussi fuerint. Interim omnia fecisse mihi videbor, si universe certe eorum de virtutibus statuero. Itaque una per me licet familia comprehendantur ii, quos vel *meliorum* vel *optimorum* nomine passim appellavi, ceteris quidem praestantia antecedentes, inter se tamen rursus dissimiles, ex Parisiensibus 4 (hunc omnium codicum facile principem arbitror eoque nomine designavi ad c. 17. p. 178) et 2, ex Laurentianis 2. 4 et 5, hunc cum Par. 4 non-

*) Meum quum non fuerit, Cornuti codices per omnes bibliothecarum latebras pervestigare, breviter designabo hic eos, quorum notitia forte in promptu est, quamvis numero paucos. Leidenses duos, olim Meermannianos, Ambrosianum unum ex Montefalconio Martinius p. 7 affert. Quartum Memmianum laudat Valesius ad Eusebii Hist. Eccl. VI, 19. Quintum servat Bibliotheca regia Matritensis, 66 numeratum, teste A. Federo, eruditissimo bibl. Darmstadiensis praefecto.

nunquam conspirantem, qui v. c. αὐτοῖς c. 5, quod reponendum erat, soli exhibent. His praestantia haud inferiores putandi Oxonienses et alii fortasse, non accurate nobis cogniti, veluti Barocciani quidam cum Venetis. Galeanorum MSS., puta Oxoniensium, singularem advertas cum Par. 2 congruentiam in additamento quodam alieno c. 9. p. 150 post v. προσαγορεύεται. Porro ex tota reliqua codicum farragine discernendus unus Laur. 1, ut qui solus c. 12. p. 154 exhibeat, quae a verbis ἔτι usque ad δαίμονάς τινας leguntur: quibus ut efficitur, ut ceteris omnibus Laurentianis ille aetate recentior putetur, ita quum quae post verba δαίμονάς τινας ad finem usque capitis adiiciuntur, tam ab hoc quam a ceteris codd. respuantur, etiam recentius eo oportet fuisse exemplum id, ex quo primum Cornuti contextus typis descriptus fuit. Rursus Laur. 2 et Paris. 1 aliquatenus eo conveniunt, quod c. ult. p. 234 hic v. ἐπιθετικῶς, ille v. proxime praecedente φροντίδων desinunt.

Commentarios, ad quos transeo, in Cornuti libellum amplissimos conscripturus Villoisonus hoc egerat, ut legendis omnis generis et aetatis scriptoribus Latinis pariter ac Graecis omnes eos locos in schedas referret, qui ad illustranda Cornuti vel verba vel argumenta aliquatenus pertinere viderentur. Haec quum non alio ordine chartis mandata essent quam quo ipse scriptores deinceps legerat et excerpserat, confusa locorum parallelorum et animadversionum moles evasit, a me demum digerenda, et ita quidem ut primum rescissis, deinde ex ordine contextus inter se compositis singulis schedis, quae antea sparsim adnotata essent, omnia nunc iuxta posita et ordine quantum fieri posset iusto coniuncta unum sub conspectum collocarentur. Ea ut maxime taediosa officii mei pars et onerosa fuit, ita non potuit non pro rei conditione fieri, quin Commentarii ita confecti etiam nunc rudis paene molis speciem prae se ferrent, in quibus multa quidem egregie dicta et apte inter se collata reperiuntur, alia

vero vulgaria et trita, alia fortasse plane aliena, quaedam etiam ab aliis occupata, a me tamen, ut in ratione has schedas edendi semel instituta mihi constarem, non inducta, nisi quae vel prorsus cruda essent vel errore manifesto eodemque infructuoso laborare viderentur: quod admodum paucis in schedis factum memini, factum tamen, ut exemplum afferam, in notis ad p. 149. Ego vero contra non defore suspicor, qui hanc in servandis doctissimi hominis reliquiis religionem meam superstitionis potius nomine reprehensuri sint: quibus nihil habeo quod respondeam nisi quod Bentleius ad Lucanum IV, 431 dixit, multa esse condonanda in opere postumo: quod quum ad totum hunc Villoisoni laborem, tum maxime ad hanc eius partem recte aestimandam valet. Quo autem modo in concinnandis commentariis suis ipse, si per vitam licuisset, probabiliter usurus fuisset, perspici potest ex notarum exemplo, quo quae tribus primis Galeani Cornuti paginis usque ad verba c. 2 init. *καὶ αὕτη καλεῖται Ζεὺς* (haec verba lemmatis instar sub calcem ponuntur, quippe adnotatione, quae nunc desideratur, aliquando illustranda) adnotanda ipsi visa essent, continuo sermone iustoque ordine disposita, tanquam in publicum exitura, complexus est. His notis maiore diligentia confectis, quoniam pro instituto huius editionis primitivo ipsarum ordine seorsim exhiberi non poterant, asteriscum praeposui, ut a corpore reliquo adnotationum cursoria potius manu conscriptarum dignoscerentur.

Postremo quod ad commentationem de theologia Stoicorum physica attinet, eam licet fine haud integram, ut videtur, auctor chartis mandatam reliquit talem, qualem fere prelo subiecturus putandus sit; in qua nihil desideraveris nisi genus dicendi paullo limatius, quale auctor exhibiturus fuisset, si opus ipsi licuisset in vulgus emittere. Ego vero hac in parte quidquam mutare neque meum neque necessarium existimavi.

Pauca restant superioribus de mea qualicunque opera in hoc libro concinnando adiicienda. Etenim in tali scriptore, qualis Cornutus est, edendo, qui tamdiu iacuit neglectus, et quem iterum ita mox editum iri vix credibile est, meum esse ratus, ut quae intacta Villoisonus reliquisset praesertim ex iis, quae a V. D. ad contextum verborum refingendum subinde allata essent, sedulo colligerem omnia inque usum converterem, feci quod potui studiose et ita quidem, ut quae ad Cornuti libellum vel restituendum vel explicandum notata rescirem, si modo fructum aliquantillum allatura viderentur, apponerem. Quapropter ne quid in hac editione desideraretur a curioso lectore, a me impetravi quamvis aegre, ut etiam Galei notarum molem indigestam et crudam adiicerem, non tamen servatis quoque loco auctoris verbis, sed vel contractis, vel leniter mutatis. Postremo notandum, in locis Cornuti citandis Galeana editione utendum mihi fuisse, cuius paginas in margine exhibendas curavi, atque ubi in adnotatione critica cum Villoisono compendiose *Edd.* scripserim, superiores editiones consentientes, in primis vero Galeanam intelligi. Restat adnotare, si quidem hic liber ex manibus nostris paullo correctior nunc prodit, id Alberti Lion, Phil. Dr. Gottingensis, qua provinciam sibi demandatam, plagulas singulas erroribus operarum emaculandi, administravit, diligentiae deberi, cui eo maiores a me gratiae habendae sunt, quo in observationibus aliis quibusdam bonae frugi humaniter mecum communicandis promptior fuit.

Scrib. Gissae Februario exeunte MDCCCXLIV.

VILLOISONI PROLEGOMENA *).

Bruckerus Hist. crit. philosoph. T. II. p. 537 seq. [de Cornuto]: „Sub Nerone vixit Romae, haud ignobile in familia Stoica nomen. Fuit is Leptitanus Afer **), et non

*) [Omnibus his iam prelo paratis in manus venit Persius ab Othone Iahn vulgatus: quo quum multa de Cornuto et acute exposita sint, eorum suis locis, quantum fieri poterat, ratio a me diligenter habita est.]

**) [De patria deque iis quae Cornuto acciderunt accurate quae hodie sciri possunt exposuit Martinius l. c. §. 4. Cornuti philosophi vitam scripserat Diogenes Laertius nunc deperditam, si quidem Salmasio, quem hanc in rem laudat Martinius p. 3 et Iahn p. VIII, vel codici potius illi, quo nititur Salmasius, fides habenda est: quae res altioris indaginis videtur. Quod vero de Lepti Cornuti patria uno scriptores consensu affirmant, id nunc video in dubium vocari supplemento, quod Stephano Byz. v. *Θέστις* nuper demum accessit. Vulgo enim: *Θέστις, πόλις Ἀράβων καὶ ἄλλη Λιβύης. ὁ πολίτης ἑκατέρας Θεστίτης*, quibus iam Westermannus ex cod. Vratislaviensi optimo addidit: *ἐκ δὲ τῆς Λιβυκῆς Κορνοῦτος φιλόσοφος Θεστίτης χρηματίζων.* His autem adversantur quae eiusdem scriptoris v. *Τέργις* post verba vulgata in codd. Palatinis exstare monuit Salmasius: *οὕτω καὶ φιλόσοφος Κορνοῦτος ἐχρημάτιζε Λεπτίτης.* Patet alterum utrum ab auctore profectum esse: utrum vero Stephano vindicemus difficile est dictu, neque Westermannus, qui utrumque supplementum in textum suscepit, eam difficultatem, quam memorat p. XXIV, expedire valuit. Mihi vero, quandoquidem ea de re decernendum est, fateor posterius supplementum priore maiorem prae se ferre alieni additamenti speciem videri. Sed satis est illam patriae discrepantiam notasse, ita fortasse expediendam, ut Thestide Cornutum statuamus natum, a vicina vero Lepti et nobiliore Africae urbe appellatum esse. At vero pro Romano ipsum haberi voluisse, testatus est quum de N. D. c. 28.

philosophiae tantum cognitione, sed grammaticae quoque, rhetoricae atque poeticae usu singulari praestitit *). . . . Maxime tamen philosophiae Stoicae se dedit eamque professus Romae iuventuti ad sapientiae studium praeivit, moreque philosophorum Romae tum commorantium convictum philosophantium aluit; memoratque auctor vitae Persii, quem plerique Suetonium esse volunt, *usum fuisse* Persium praeter Lucanum poetam *apud Cornutum convictu duorum doctissimorum et sanctissimorum virorum, acriter tunc philosophantium, Claudii Agaterni* **) *medici Lacedaemonii et Petronii Aristocratis Magnetis, quos unice miratus sit et aemulatus, cum aequales essent et Cornuto minores* ***). Tantusque fuit philosophantium, Cornuto duce, amor in praeceptorem, ut et maxime eius conditionem et fidem extollerent et remunerari quoque eius diligentiam studerent. Inter eos omnium praeclarissime de Cornuto sensit Persius Satyra V, qui virtutem Cornuti extollere in sermonibus suis non neglexit satisque

p. 207 παρεισάγεται δ' ἡμῖν scriberet Romanosque intelligeret, ut ibi notavimus. Denique de Cornuti praenomine *Lucii* et *nomine* Annaei post Martinium p. 6 iterum monuit Iahn l. l.]

*) Suidas in Cornutus T. II. p. 351.

[**) In Suetonio nunc vulgatur *Agathemeri.* Huius epitaphium esse putatur, quod Roma, ubi repertum, in Britanniam delatum ibique in Marm. Oxon. p. 77 ed. Prid. editum, ex Reinesio p. 610 nunc Anthol. Palat. T. II. p. 827. No. 224 insertum legitur. Neque aliter nunc statuit Iahnius p. XXVII. Sed vereor ut recte illius medici nomen, quippe quod nulla fama apud veteres inclaruerit, substituerint. Immo scribendum *Agathini*, cuius medici auctoritate gravissima passim usus Galenus eum insuper Lacedaemonium fuisse et propriam sectam medicam condidisse testatur Definit. medic. T. XIX. p. 353 ed. Kuehn. Praeterea ad hunc Agathinum monumentum illud sepulcrale referendum, quod inscriptio uxori defunctae eum procurasse enarrat, post alios vulgatum a Welckero Spicil. epigr. Gr. II. p. 20. Ceterum in epigrammate nomen *ΑΓΑΘΕΙΝΟΣ* profertur, apud Galenum Ἀγαθῖνος, et, probata coniectura nostra, iam de praenomine eius, quod reticet Galenus, liquebit.]

***) [De discipulis Cornuti Martinius agit §. 7. p. 38, item praecedenti de magistris eius, certi tamen de his (Athenodorum et Chaeremonem Stoicos affert) nihil extricans.]

ostendit, qualis vir fuerit. Ita enim inter alia multa vs. 34:

Cumque iter ambiguum est, et vitae nescius error
diducit trepidas ramosa in compita mentes,
me tibi supposui: teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu, tunc fallere sollers
apposita intortos extendit regula mores:
et premitur ratione animus vincique laborat
artificemque tuo ducit sub pollice vultum.
Tecum etenim longos memini consumere soles
et tecum primas epulis decerpere noctes;
unum opus et requiem pariter disponimus ambo
atque verecunda laxamus seria mensa.

Et paulo infra:

At te nocturnis iuvat impallescere chartis:
cultor enim iuvenum purgatas inseris aures
fruge Cleanthea. Petite hinc iuvenesque senesque
finem animo certum miserisque viatica canis.

Sed tota satyra legenda est, laudum Cornuti plena, ut quam sobrie discipulos docuerit quamque grato illi agnoverint animo discamus. Tanta etiam Persii fuit erga praeceptorem grati animi significatio (Vit. Persii l. c.), ut moriens scriptis ad matrem codicillis rogaret eam, ut daret Cornuto sestertia, ut quidam dicunt, centies, ut alii volunt, plus, et argenti facti pondera viginti et libros circa septingentos Chrysippi, sive bibliothecam suam omnem. Verum Cornutus sublatis libris pecuniam sororibus, quas frater haeredes fecerat, reliquit. Ceterum si Suidae fidendum, noster etiam in Romanae historiae monumentis condendis versatus est. Ita enim lexicographus: *Duo Romani historici fuerunt T. Livius, cuius celebre et illustre est nomen, et Cornutus. Hunc autem audio divitem quidem fuisse et liberorum expertem, nihil vero praeclari habuisse. Tantum autem fuit auditorum discrimen in his viris audiendis, ut Cornutum quidem quam plurimi audirent, obsequii et assentationis caussa ad hunc virum confluentes, et propter haereditatis spem, quod nullos liberos haberet: Livium vero pauci: sed quorum aliquis erat usus et qui animi elegantia*

et eloquentia praestabant. Et haec quidem tunc ita fiebant. Tempus vero et veritas . . . hunc tanquam occultum thesaurum et multa eaque bona continentem demonstrarunt T. Livium nempe. Alteri vero illi diviti et pecuniis circumfluenti Cornuto oblivionem offuderunt. Quare vel unus vel potius nullus eum novit. (Cornutus iste fuit Leptites philosophus (Leptis vero urbs Africae) qui Romae vixit sub Nerone et ante eum. Sublatus una cum Musonio. Scripsit multa philosophica et oratoria.) Haec Suidas, qui Leptiten Africanum quidem eum fuisse asserit, si tamen rem recte aestimaverimus, more suo homonymos confundit *). Ut taceamus enim Cornuti non ita periisse memoriam, ut ne unus quidem eum norit, tempora non concordant. Livium enim L. annis prius obiisse, quam in exilium missus est Cornutus, ex Eusebii Chronico recte demonstravit G. I. Vossius **). Nec qui Cornuti meminere, huius rei mentionem faciunt. Recte itaque hunc Cornutum obscurum historicum a philosopho Stoico discernendum esse iudicarunt viri docti, licet incertum prorsus sit, quod ex tempore coniicit Vossius, fuisse eum philosophi patrem."

Hactenus Bruckerus, cui libentior assentior, Cornutum historicum a philosopho recte distinguenti. At vero forte non Suidas, sed eius exscriptores homonymos confundentes, ex duobus diversis articulis unum conflaverunt, et sic in Suida pro hisce verbis historici Cornuti vitae subiectis *οὗτος ὁ Κορνοῦτος* ita legendum *καὶ ἕτερος Κορνοῦτος ὁ Λεπτίτης φιλόσοφος*, ut novum hic inchoes articulum. Certe Eudocia in *Ἰωνιά* MS. omisit prius fragmentum apud Suidam occurrens de historico Cornuto, quod recte pro sua incredibili nec umquam satis laudanda sagacitate Aeliano vindicat Toupius Emend. in Suid. T. II. p. 107. Sic autem habet simpliciter Eudocia [p. 273]: *Κορνοῦτος Λεπτί-*

[*) Villoisonus: „V. Fabric. Bibl. Gr. III, 15. T. II. p. 401. Casaubono quidem iudice ad satyram quintam Persii Cornuto philosopho inscriptam multa de hoc falsa et inepta Suidas, cui fidem habere caveant tirones."]

**) De hist. Lat. I, 25. p. 137.

της φιλόσοφος et cetera cum Suida prorsus convenientia *). Bruckerus autem sic vitam Cornuti prosequitur p. 540:

„Exilium tandem passus est doctissimus philosophus sub Nerone, quod oris libertate imperatorem offendisset. Refert enim Dio, a Nerone in insulam relegatum et prope occisum fuisse, quod cum Nero plurimos iam libros versibus scripsisset, de rebus gestis Romanorum, et adulatoribus suadentibus quadringentos adhuc esset compositurus, monitus esset a Cornuto, nimios fore, neque a quoquam legendos: cumque nescio quis obiiceret, Chrysippum, quem ipse laudibus eveheret, et cuius sectator esset Cornutus, etiam plura volumina scripsisse, responsum ferret, illa utilia vitae hominum esse, haec autem inutilia nulliusque pretii. Et Suidas quidem ἀναιρεθέντα σὺν τῷ Μουσωνίῳ dicit, quod cum ita intelligerent viri docti, *interfectum esse cum Musonio*, fides ideo Suidae vapulavit doctissimo Ionsio **). Ast licet supinam Suidae negligentiam multoties

[*) Martinius, qui p. 15 utrosque illos Cornutos recte inter se distinguit, οὗτος ὁ prorsus inducenda esse censet, ita ut sequentia novum argumentum constituant. Ego contra, quoniam initio duobus de Cornutis Suidas se dicturum profitetur (δύω συγγραφέε), malim reponi ἕτερος δὲ Κορνοῦτος. Sic ad alios homonymos transiens verbo ἕτερος passim utitur, ut v. Ἀντίμαχος T. I. p. 224 et 225 et v. Ἀπολλώνιος, p. 284 et alibi. Ceterum quum Martinius hic id agat ut eorum qui Cornuti nomine apud antiquos nostra memoria noti fuissent, recensum exhibeat, iuvat hac occasione uti Cornutosque quosdam ab eo omissos subiungere. Cornutum cum filio cognomine exhibet lapis in vicinia Apolloniae, Milesiorum ad Pontum Euxinum coloniae, repertum, in Boeckh. Corp. inscr. T. II. p. 76. Verecundus Cornutus memoratur in inscriptione ex foro Hadriani (Voorburg prope Hagam Comitum) allata a Reinesio Synt. inscr. I, 160. p. 182. Κορνουτίων Sinopensis exstat in lapide, Syllog. inscr. p. 448.]

[**) V. Martinium l. c. p. 28, qui coniicit, in Gyarum insulam Cornutum relegatum a Nerone fuisse.]

***) De scr. hist. phil. III, 7. p. 247. [Tota hac re difficultatibus nonnullis obnoxia diligenter perpensa, Martinius p. 30 seq. statuit, annum fuisse sexagesimum octavum, quo Cornutus in exilium missus esset, in qua temporum computatione et nos interim acquiescimus: ἀναιρεῖσθαι autem illud in speciosis apud Suidam verbis ἀναιρεθεὶς

accusaverimus ipsi, cum tamen heic loci sine censura dimittendum putamus, eo quod *τὸ ἀναιρεῖσθαι* non ad mortem tantum, sed ad exilium quoque referri posse, supra demonstravimus. Ceterum cum plures Cornuti apud veteres occurrant, Stoicus a reliquis accurate distinguendus est. Quod leviori forte labore fieret, si hodie legeretur *Cornuti historia*, quam scripsisse Lacharem sophistam tradit Suidas (T. II. p. 419) *)."

σὺν τῷ Μουσωνίῳ, quum plerique nulla alia quam exilii poena Cornutum plexum fuisse tradant, non de caeso, sed sublato tantum h. e. relegato intelligendum esse, ut idem sit quod *καθαιρεῖσθαι*, statuerunt. In qua explicatione non solum Bruckerum Martinius, sed Olearium quoque et Reimarum, quos laudat, adde nunc etiam Iahnium p. x, socios habet. His ego quoque accedam, simulac haec verbi significatio idoneis exemplis corroborata fuerit, quod vereor ut fieri possit, dum contra nihil magis ex usu scriptorum est quam altera illa verbi significatio. Utrumque verbum ita inter se differt, ut illud simpliciter sit, de gradu vel loco aliquem deiicere, hoc idem sed ita ut deiectus pereat. Theodulus in Boisson. Anecd. T. II. p. 254: *τοὺς μὲν ᾕρουν, τοὺς δ' ἀνῄρουν*. Cf. quae ex Gramm. MS. ad Philem. Lex. technol. p. 246 excitavi, quibus adde Gramm. in Maii Auct. cl. T. IV. p. 527. Igitur ex Suidae vel eius quem ille exscripsit sententia de vita sublatus fuit Cornutus, quod non eo, quod id factum cum Musonii caede falso componitur, redarguitur, quum hoc facile errori tribui possit. Quae iam discrepanter narrari videntur Cornuti et de exilio et intercmtione optime ita conciliabuntur, ut Cornutum iussu Neronis in exilium ivisse eumque ibi defunctum esse statuamus, ita ut quum exilium mortis caussa appellari possit, Cornutus quodammodo a Nerone interemptus esse recte dicatur. Nam apud Suidam *πρὸ αὐτοῦ* in *πρὸς αὐτοῦ* (*Νέρωνος*) mutandum, quod iam Reimarus suaserat, iungendumque esse cum seq. *ἀναιρεθείς*, recte monuit Martinius p. 16.]

[*) Lacharis sophistae Marciano et Leone imp. florentis hanc *ἱστορίαν τὴν κατὰ Κορνοῦτον* ad historiarum scriptorem Cornutum Liviique aequalem referendam et inde potius appellatam esse, quod Lachares in ea concinnanda Cornutum secutus sit, adversus Bruckerum bene monuit Martinius p. 17. Permirum autem, historici illius quamvis insipidi Cornuti memoriam, si Suidam duobus illis locis excipias, prorsus interiisse, et magis etiam mirum, posteriore tempore quo non deerant optima locupletissimorum auctorum scripta, quae qui vellet excerpere suumque in usum convertere potuisset, a Lachare doctis-

„Certe, ut ait Gale Praefat. Opusc. mythol., laudatur Cornutus quidam a Gellio, Macrobio, Servio, Charisio ob ea quae in Virgilium commentatus erat." „Et meminit quidem Gellius, ut ait Brucker. p. 537, Cornuti Grammatici, quem *haud sane indoctum et ignobilem*, et alibi *hominem pleraque alia non indoctum nec imprudentem* vocat, eiusque commentarium in Virgilium laudat *). Ast hunc a Cornuto

---

simo suaque aetate clarissimo philosopho illius opus pro fundamento novi condendi adhibitum esse. Quidquid vero huius rei est, huius ex Cornuti libro historiarum malo sumptum putare fragmentum illud, cuius de fonte mihi cum aliis non liquet, quod, si modo fide dignum est, a Beiero ad Cic. Off. T. II. p. 170 monitus Iahnius p. XX ex Scoppae Collectan. c. 2 (Grut. Lamp. T. I. p. 895) affert: „Quod *summus Ianus* dicitur summa pars vici, in quo colebatur Ianus et templum habebat, Cornutus philosophus de urbis Romae antiquitate ad Palaemonem grammaticum haec scribens apertissime indicat: inquit enim: *Iani templum biforis* [Beier. *biformis*] *in clivo Capitolino vetustissimum crustatis marmoreis vel e Pariis columnis vidimus: quia in medio eius clivi summitas Ianus summus, et imus in extremo clivo appellatur: ubi Puteal et feneratores incolerent.*" Philosophum hunc Cornutum appellari nihil moror: sed fatendum, temporis si sola ratio habetur, librum ad Palaemonem grammaticum scriptum probabilius a Cornuto philosopho quam ab historico profectum putari. Eiusdemque Cornuti, siquidem pro patre philosophi cognominis eum habere fas est, mentionem in loco perobscuro reperisse mihi videor Charisii II. p. 181, ubi nunc vulgatur: *Caecilius quoque ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui: Profecto* etc. Haud male Lindemannus *fabularum* in *tab.* latere suspicatus est; pro *tab. castarum* Iahnius p. XXI legendum proposuit *tabernariarum* et ita quidem ut in seq. *patris sui* lateat tabernariae alicuius nomen, quod vel ideo displicet, quod tale nomen singulare cum praecedentibus conciliari non posse videtur. Repositis aliis, qui in promptu sunt, ingenii lusibus, unum ego hoc pro certo habeo, commemorari illo loco qualicunque tandem ratione restituendo librum Cornuti patris a filio philosopho, qui aut secundis curis expoliverit aut praefatione auxerit, vulgatum.]

*) [In dubium a nonnullis quum vocatum esset, Stoicus Cornutus idemne esset cum Grammatico cognomine, hic illic a veteribus laudato, probabiliter nunc maxime ex temporum convenientia utriusque Martinius p. 19 seq. statuit, non posse non de uno eodemque homine

philosopho diversum esse contendit Casp. Barthius (ad Claudian. p. 128). Quod quamquam certo definiri non potest,

cogitari; probabiliora certe haec iis, quae contra monuit Lilius Gyraldus de poetar. hist. dial. IV (Opp. ed. Iensii T. II. p. 236), qui auctorem Scholiorum in Persium et Virgilium philosopho Cornuto multo posteriorem esse ait, non prorsus improbans sententiam Hermolai Barbari et aliorum, qui Scholiorum illorum auctorem potius Probum nuncupent: quae sententia ab eodem alio quoque loco repetita (v. Grut. Lamp. crit. T. II. p. 394), quantum ad Virgilium, vel solis scholiis Veronensibus nunc in lucem protractis refutatur. Atque a Martinii partibus se stare C. F. Hermannus quoque significavit Disp. de scholiorum usu et auctoritate in Persii satiris emendandis, Marburgi 1842. p. 12. De his Cornuti nostri Commentariis in Virgilii Aeneidem, Silii Italici, ut videtur, nomini ab auctore inscriptis, post Burmannum ad Virg. Praef. p. 39. Maium ad Schol. Virgilii Veronensia p. XI et Martinium p. 95 seq. diligentissime exposuit Suringar Hist. Schol. Lat. T. II. p. 116 seq. At haec omnia fusius nunc persecutus est Iahnius p. XV seq. CXLV. Ad eandem studiorum classem referenda sunt quae Cornuti nomine vulgantur Scholia in Persii discipuli sui satiras scripta, de quibus in Epimetro horum Prolegomenorum dicam. Contra qui ex Frobeniana quadam Terentii editione a Westerhovio affertur titulus, *Terentius cum scholiis ex Donati, Asperi et Cornuti commentariis*, eum non satis idoneum testem esse, quo Cornutum in Terentium commentatum esse plane demonstretur, lubenter concedimus Martinio p. 101 et Suringario l. c. T. I. p. 104 sq., quamquam non mirarer, si quod levi nunc fide vacillat, graviore aliquando auctore confirmaretur. Praeterea iis quae Martinius p. 99 de libro de *enuntiatione sive orthographia* Cornuti nomini recte vindicato monuit, hoc adiectum velim, pro *Cneo* nomine, quod in Cassiodori exemplari Putschiano p. 2281 fertur, aliquanto rectius *Agneus* in codice Cassiodori Darmstadiensi a me inspecto exhiberi, tam in elencho auctorum praemisso quam in capitis 1, quod est Cornuti, praescriptione. Ceterum in enodandis et explicandis vocabulis rarioribus vel obsoletis magnopere Cornutum cum aliis illius aetatis veterum scriptorum enarratoribus sibi placuisse, loci nonnulli docebunt, qui hac demum aetate ad nostram pervenerunt notitiam, veluti qui exstat in Placidi Glossis in Maii Auct. class. T. III. p. 476: *Ingluviem, Cornutus ventrem, Plinius edacitatem.* Idem T. VI. p. 566: *Magmentum alii pinguissimum extorum* [sic leg. pro *exterum*]; *alii secunda prosecta. Cornutus quicquid mactatur, id est quicquid stratur*, unde eadem glossa prius a Maio ex alio codice edita T. III. p. 485 corrigitur, qua sola usus est Iahnius p. XIX, qui hunc et su-

caussa tamen gravis haud est, duos hic Cornutos exsculpendi. Qui enim in dicendi arte ita excelluit, ut libros quoque rhetoricos conscriberet, et pangendi carminis felicitate usus est *), cum in grammatica quoque versatum satis fuisse quis est qui dubitet **)?" Praeterea Galeus Prae-

periorem locum ad Cornuti Commentarios Virgilianos referendos existimat.]

*) [Tragoedias Cornutum scripsisse, Welckerus Trag. Gr. T. III. p. 1456, cui adstipulatur Iahnius p. XXII, docere studet ex his Vitae Persii verbis a Martinio neglectis: *Per Cornutum cognovit Annaeum etiam Lucanum, aequaevum auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore tragicus fuit, sectae Stoicae, qui libros philosophiae reliquit.* Etsi etiam hac in parte litterarum Cornutum vires suas expertum esse per se haud improbabile est, tamen hoc ex illis verbis certo colligi, minime mihi persuadeo. Ut enim non obiiciam mirum videri, quod Cornutum, cuius hic accuratiorem notitiam scriptor exhibere vult, inter prima eius munera ac virtutes *tragicum* fuisse exhibeat, quod isto excepto nemo memoria prodidit, ceteris omnibus, qui eius mentionem fecerunt, laudem philosophiae praevertentibus: gravissimi videtur mihi momenti esse, quod Lucanus eodem tempore cum Persio Cornuti auditor fuisse traditur. Num recitantis tragoedias suas, vel artis tragicae praecepta tradentis? immo philosophiae, ut paullo supra legitur: *a quo introductus aliquatenus in philosophiam est.* Necessario igitur etiam posteriore Vitae loco de philosophia praecipue agi existimandum, ita ut commemoratio *tragici* Cornuti ab hoc loco plane aliena fuerit. Quare, ni auctor vitae plane ineptiit, potius de emendanda quam explicanda voce *tragicus* circumspiciendum videtur.]

**) [De variis Cornuti scriptis ad artem rhetoricam pertinentibus v. Martinium p. 93 seq. Quae ibi ex illis afferuntur, augeri nunc his possunt. De amphibolia affertur Cornuti sententia ab Anonymo in Walzii Rhet. Gr. T. IV. p. 298: *δύο εἶναι ἐν ταῖς στάσεσιν ἀμφιβολίας· τὴν μὲν περὶ ῥητά, τὴν νομικὴν ἀμφιβολίαν, τὴν δὲ περὶ πράγματα, τὴν στοχαστικήν· πρῶτα δὲ εἶναι τὰ ῥητὰ τῶν πραγμάτων.* Simillima ex Cornuto refert alius rhetor ibid. T. IV. p. 843, unde simul quod *πρότερα* pro *πρῶτα* legendum esse coniicio, egregie confirmatur. Alius ibidem T. V. p. 592: *Τί ἐστι τῆς ῥητορικῆς ἡ στάσις; καὶ λέγομεν, ὅτι συμβέβηκεν τῷ λόγῳ τῷ ῥητορικῷ ἡ στάσις, καὶ δύναμιν ἔχει συμβεβηκότος, ταύτης δὲ τῆς δόξης καὶ Δολλιανός ἐστι καὶ Κορνοῦτος.* De *εἰδῶν* sive generum numero, quem Cornutus statuerit, disputatur a Schol. in Aphthonium ap. Spengel Art. script. p. 225. et in Walzii Rhet. Gr. T. II. p. 631. Rursus alius incertus auctor

fatione: „Auctor vitae Persii ait Cornutum multa reliquisse philosophiae suae monumenta. Ea viderunt Origenes, Porphyrius, Iamblichus, Syrianus, Stobaeus, Simplicius et alii."

Ad hunc quoque Phornutum seu potius Cornutum brevem de cometis, *περὶ κομητῶν*, tractatum operi de natura deorum in Cod. MS. Laurentiano immediate subiectum refert Bandinius Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 449: cui coniecturae suffragari dicit verba, *Φρουνούτου περὶ κομητῶν*, singulis libelli paginis epigraphes instar apposita, ac sequentem subscriptionem in fine rubris litteris exaratam hoc modo: *μετεγράφησαν καὶ τὰ παρόντα, ἤτοι Φρουνούτου περὶ θεῶν καὶ περὶ κομητῶν διὰ χειρὸς ἐμοῦ* etc. *).

---

apud Walzium T. VII, 2. p. 931: *Δοκεῖ δὲ ὁ Κορνοῦτος σαφέστερον περὶ αὐτῶν εἰπεῖν . . . φησὶν οὖν ὁ Κορνοῦτος, κῶλόν ἐστι μόριον λόγου συγκείμενον ἐξ ὀνομάτων δύο ἢ καὶ πλειόνων, τελειοῦν ἐπὶ μέρος διάνοιαν, εἶτα παρακατιὼν σαφέστερον τὸν λόγον ἐποίησεν, ἐπιμνησθεὶς αὐτοῦ· κῶλον γάρ ἐστι διανοίας μέρος ἀπαρτίζον πρὸς ἕτερον κῶλον παρακείμενον· τὸ γὰρ, εἰ τὸν χορευτὴν οὐδὲ ὁ προσκαλέσας ἀζήμιος ἔσται, κῶλον μέν ἐστι σαφῶς, οὐκ ἂν δὲ εἰλικρινῶς, οὐδὲ τὴν ἐπὶ μέρος παρέστησεν ἡμῖν διάνοιαν μὴ προσλαβοῦσι· τὸν δὲ χορηγὸν αὐτὸν οὐδὲ ὁ συγκόψας οὐ δώσει δίκην. Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ κόμματος ὁ Κορνοῦτος, σαφῶς οὑτωσὶ λέγων· κόμμα ἐστὶ λόγος διάνοιαν δηλῶν δύο ἢ τρισὶ λέξεσιν, οἷόν ἐστι τό· μηδὲν ἄγαν, καὶ τό· γνῶθι σαυτόν.* Ex Cornuti libro *de figuris sententiarum*, de quo disputavit Martinius p. 94, nuper etiam Iahnius p. XIV, posterioris temporis rhetoras veluti Cl. Sacerdotem argutias suas adscivisse, Lobeckius in Actis soc. Graecae T. II. p. 309 suspicatus est, iusto iniquius de Cornuti doctrina rhetorica existimans. De libro, quem adversus Athenodorum Tarsensem, ut videtur, Augusti aetatem florentem (v. Martin. p. 35) de Aristotelis categoriis Cornutus scripsisse dicitur, post eundem Martinium p. 93 nuper quaedam attulit Iahnius p. X, quem etiam p. XIII confer, *τέχνην ῥητορικὴν* Cornutus reapse an scripserit, quod Martinius l. l. asseruerat, in dubium vocantem. In quo toto studiorum genere, quod spectat ad rhetoricam, non magnopere errabimus, quum Cornutum, quo duce in libro de natura deorum scribendo eum usum esse in comperto habemus, eundem etiam hic potissimum secutum esse statuamus. Ac constat Chrysippum cum alia multa de rhetorica scripsisse, tum etiam de *amphiboliae* ratione pluribus, teste Diogene, scriptis exposuisse. Cf. Bergk Comm. de Chrysippi libris *περὶ ἀποφατικῶν* p. 37.]

*) [Hunc Bandinii errorem castigavi in Ephem. litt. Hal. 1832.

Gale Praefat. „ob philosophiam inclaruit Cornutus, magnum quoque nomen obtinuit etiam ob humaniores litteras. Dio scribit eum *εὐδοκιμῆσαι ἐπὶ παιδείᾳ*", et „Fulgentius *Satyricum* vocat *)." Idem: „Simplicius ex Porphyrio nos docet Athenodorum et Cornutum scripta edidisse adversus Aristotelis Categorias **). Addit Simplicius magnam partem operis Cornuti consumptam fuisse in explicatione et distinctione vocum." Hoc quidem Stoicis usitatissimum. Gale videndum iis dicit, quibus commodum est, an non sit

---

Suppl. 100. p. 798 seq. ubi simul monitum, libellum illum nihil aliud esse quam partem quae de cometis agat integram operis de ostentis a Io. Laurentio Lydo conscripti: cuius editio supplementi instar ad Hasianum totius libri hac in parte insigniter mutili, ex illo codice Laur. egregie restaurandi exemplar paranda et, ut promiseram Auctar. Lex. Gr. p. XVII, sine mora vulganda, licet tria quatuorve folia impressa prelo ante tria amplius lustra iam exierint, singulari quodam fati iniquitate quominus absolveretur, ad hunc ipsum diem prohibita fuit. Illa quum multis, ut dixi, abhinc annis palam professus essem, illarum litterarum studiosis parum consuluit Bekkerus quum in scriptis Io. Laurentii inter scriptores hist. Byz. nuper edendis nihil aliud ageret, quam ut codicis imperfecti scripturam ex Hasii exemplari describendam curaret. Nam quae nunc in lucem prodierunt corrupta et manca, ea poterant omnia ex codice illo vel ex apographo meo integra tradi. Praeterea praeter exspectationem nostram novae nuper quoque ad damnum, quod Laurentianus libellus passus est, resarciendum inventae sunt copiae in cod. Britann., ex quo Excerpta ad illam operis partem maxime pertinentia edidit Cramerus Anecd. Gr. T. III. anno ante Bekkeri editionem emisso, p. 403, futuro editori haud spernenda, de quibus alias sermo erit.]

*) [Hac de re infra dicetur.]

**) [De his supra. Videtur Cornutus et alia quaedam philosophica scripsisse, quandoquidem sententia eius de immortalitate animae a Iamblicho in Stobaei Ecl. phys. p. 922 Heer. tradita certe in libro de natura deorum non reperitur. Quem locum quum nonnulli ad Platonicum nescio quem Cornutum referre maluerint, erroris eos Martinius p. 66 eo coarguit, quod placitum illud, quo animam simul cum corpore interire docetur, a Stoicorum doctrina minime alienum fuerit. Neque aliter statuere isti poterant, qui corpus esse animam censerent, quod Chrysippi et Zenonis sectatores censuisse idem Iamblichus l. l. p. 874 tradit.]

ille liber qui nunc servari dicitur in Regis Galliarum bibliotheca sub nomine Phurnuti una cum Magistro de vocis Atticis. At Fabricius Bibl. Gr. L. III. c. 15. T. II. p. 401 hunc Phurnutum, qui in nova Bibliotheca Labbaci p. 166 traditur exstare in Cod. 29 Regis Christianissimi, non alium esse ab edito de diis libro observat.

Quod Gale putavit in hoc nostro opere profiteri Cornutum se scripturum in Hesiodum, ad hoc credendum impulsus fuit auctoritate loci dubii, qui occurrit p. 178. c. 17: *Ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἡσιόδου* etc. Fabricius p. 400 dicit Cornutum his verbis commentarium in Hesiodum promittere videri et ita vertendum esse illum locum, nec Clausero nec Velario intellectum: „sed Hesiodi quidem perfectior interpretatio alio loco dari poterit, qui nonnulla, ut existimo, ab antiquissimis theologis desumpsit, fabulosiora vero addidit ipse, qua ratione plurima capita antiquae theologiae non mediocriter corrumpi contingit"; ubi vides, Fabricium legisse *ποτ' ἂν* pro *τότ' ἄν* *).

Idem Gale ad Cornutum c. 1. p. 139 annotat, huic quoque Nostro tribui *Δωδέκαθλον* Herculis in Cod. Veneto et sane immediate praemitti huic operi in Cod. Oxon. *α,* ut edidit Allatius. Sic et praemittitur in Cod. Laurent. 19 plutei 60 in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 609, ubi inscribitur *Οἱ δώδεκα ἀγῶνες τοῦ Ἡρακλέους,* versibus sex politicis descripti, et postea soluta oratione capitibus duodecim explicati, auctore anonymo, et ubi concordare penitus dicuntur cum editis inter Excerpta varia Graecorum sophistarum et rhetorum Leonis Allatii Romae 1641. a p. 321 ad p. 341. Vide et Galeum ad finem c. 21 Cornuti p. 227. Cf. Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 400 **). „Sed, ut observat

---

*) [Praeter Martinium p. 100, qui illam Exegesin in Hesiodum inter eos Cornuti libros recenset, quos huius scriptores esse certo non constet, vide nobis notata ad illum Cornuti locum l., ex quo nunc demum ad pristinam manum restituto patet, de libro in Hesiodum scribendo sermonem omnino non esse.]

**) [V. Martinium l. c. p. 102 et quae coniecimus in censura eius libelli Ephem. litt. Hal. 1832. Suppl. 100. p. 798.]

Bruckerus T. II. p. 539, nec ex aliis Cornuti iisque indubitatis scriptis aliquid superest praeter libellum *de natura Deorum* sub Phurnuti nomine primo quidem editum, postea vero recte Cornuto Stoico vindicatum, in quo mythologia Graecae Stoicae physiologiae, allegoriae in Stoicorum scholis receptae opera attemperatur, et theologia Stoica eleganti enarratur compendio." Revera hic Fabricius p. 398 similiter memorat, ex scriptis huius philosophi nihil exstare quam *Θεωρίαν περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, sive librum de natura deorum saepius editum sub nomine Phornuti, et ad physicas ac morales trahentem allegorias, quae de diis apud Graecos tradebantur, curiosiusque inquirentem nominum illorum etymologias, exemplo Zenonis, Cleanthis, Chrysippi et aliorum e stoa philosophorum, ut Cicero de N. D. III, 24 dicit magnam molestiam suscepisse primum Zenonem, post Cleanthem, deinde Chrysippum, commentitiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quaeque ita appellata sint, caussas explicare. Idem ibidem monuerat, in enodandis nominibus eos laboravisse.

Et huius quidem elegantis, quemadmodum vocat Bruckerus, theologiae Stoicorum compendii, quod nunc denuo edimus, titulus et auctoris nomen varie in variis codd. deformata et corrupta sunt. In Edd. Venet. Basil. et Galei hoc opus inscribitur *Φουρνούτου θεωρία περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*. Gale monet Gyraldi codicem et Oxon. *α* consentire cum impressis. Idem legitur in Codd. Regiis 2860 et 3076 et in Cod. Augustae Vindelicorum *), cuius variantes habeo, et in Cod. 20 plutei 56 Bibl. Laurentianae. At in calce libri in ed. Venet. p. 81 verum ac germanum Cornuti nomen sic restituitur: *τέλος τοῦ περὶ τῆς θεῶν φύσεως Κορνούτου*, et in titulo totius voluminis: Phornutus seu ut alii Cornutus de natura deorum. Quod repetit editio Basileensis, in qua et legitur huiusce libelli versio a Clausero Tigurino confecta, quae sic inscribitur: Cornuti de natura deorum commentarius. Similem inconstantiam in codd.

---

*) [Item Monacensis Regius 536, de quo v. Praefationem.]

Oxoniensibus observavisse se profitetur Gale Praef. Opusc. mythol.; esse tamen unum inter eos, qui Cornuti nomen praeferat, cuique etiam adstipuletur MS. Vaticanus. Codd. Regii 2551 et 3078 alium sic exhibent titulum: *Φρανούτου* (pro *Φουρνούτου*) *ἐκ τῶν παραδεδομένων ἐπιδρομὴ κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν.* Idem habet Cod. 37 plutei 31 bibl. Laur. praeter *Φουρνούτου* pro vitioso *Φρανούτου*, ut Cod. 13 plutei 58 eiusdem bibl. habet *Φρουννούτου* pro *Φρανούτου* et *Φουρνούτου*. At Bandinius T. II. p. 449 annotat, in aliis Codd. pro *Φρουννούτου* legi *Κουρνούτου*, et hanc lectionem viris doctis, Ioh. Meursio in Bibl. Graec., Henr. Valesio p. 122 ad Eusebium, Vossio de historicis Latinis, Galeo aliisque maxime probari, ut Fabricius p. 399 observaverat hanc lectionem placere viris doctis Ioh. Meursio Bibl. Graec. et Praef. ad Apollonium Dyscolum, Vossio, Galeo, Barthio aliisque. Is qui variantes lectiones bibl. Laurent. mihi misit, annotat in Cod. 9 plutei 60 titulum esse *Κορνούτου πρὸς τὸν υἱὸν Γεώργιον περὶ θεῶν*, et in hoc codice per singulas paginas legi *Κορνούτου*. Hunc eundem esse codicem puto, quem Bandinius indicavit sub alio numero, scilicet sub 18 plutei 60 Bibl. Laur. T. II. p. 609, ubi dicit alibi Phornutum, sed hic ubique Cornutum scribi et in titulo praeferre *Κορνούτου πρὸς τὸν υἱὸν Γεώργιον περὶ θεῶν,* et forte per hunc Gregorium [Georgium] intelligendus est Cornuti filius, quem saepe in decursu operis sic compellat, *ὦ παῖ*. At recte Fabricius p. 399: „Filii quoque nomen, cuius studiis hunc librum auctor dicavit, in codice quo Gyraldus est usus, et in Oxoniensi uno, quem Galeus inspexit, vocatur *Georgius*: *ὁ οὐρανὸς, ὦ παιδίον Γεώργιε.* Sed et Pollucis illud praenomen et nomen Georgii subdititium mihi et meliorum codicum auctoritate reiiciendum videtur *)." Ante Fabricium Gale Praef. Opusc.

*) [Idem statuit Martinius p. 27. *Georgii* nomen, quod initio post *παιδίον* nonnulli et melioris quidem notae codices inserunt, si genuinum est, certo prodit, totum libellum esse non posse Cornuti illius philosophi, quem ineunte Christiano saeculo primo vixisse constat; ab

myth. observaverat, istos codices, qui habent ὦ παιδίον Γεώργιε, esse recentioris aevi; et revera codex Laurentianus, de quo supra, optimae quidem notae, sed XIV tantum seculi dicitur apud Bandinium T. I. p. 610. Cornuti autem potius quam Phurnuti nomen praefixum esse cod. 24 plutei 57 bibl. Laur., non ex eo consequitur, quod Bandinius in eiusdem bibl. catal. T. II. p. 371 habet: *Φρουνούτου* (sive *Κουρνούτου*) *ἐπιδρομὴ τῶν* etc. Et ibidem: „vertit Phurnuti (seu Cornuti) in ea, quae etc." Unde appareret utrumque nomen in huiusce codicis titulo coniunctum fuisse. Sed hoc ex ingenio restituit Bandinius, cum qui huiusce codicis variantes descriptas mihi misit, annotat in hoc MS. et titulum deesse et vetustate multa abrasa aut corrupta esse. Similiter in catalogo Divi Marci, qui prodiit Venetiis a. 1740, habetur Cod. 513. p. 277. Phornuti, sive Cornuti, de natura deorum, et Cod. 531. p. 287 Phornuti, sive Cornuti, de generatione deorum *). At credo etiam alium Cornuti codicem delitescere in eadem bibliotheca sub numero 490. Doctissimus enim huiusce catalogi auctor cum alia in

---

hoc enim aevo Georgii nomen alienum. Sed ut nemo serio huic Cornuto opusculum eripiat, gravissimis testibus auctori vindicatum, ita fraus ex ipsa iunctura verborum *ὦ παιδίον Γεώργιε*, quae prorsus insolens videtur, satis cognoscitur. Igitur aliunde invasit nomen illud, quippe ab eo probabiliter adiectum, qui Georgio cuidam, filio puta suo, institutionis caussa illud opusculum in manus traditurus, addito illius nomine tanquam ipsi inscriptum dicare vellet. Neque sublato iam illo nomine cum iis consentio, qui ad filium suum a Cornuto libellum scriptum censeant, cui sententiae fulciendae nihil afferri potest quam quae passim inserta legitur allocutio *ὦ παῖ*, cuius rationem exposui in Notis crit. ad initium opusculi, referenda potius illa ad artificium quoddam rhetorum vel philosophorum, quo vel initio vel etiam medio in opere ad puerum tanquam instituendum oratio conformatur: qua arte haud pauci usi sunt, veluti Philostratus Imaginibus, Hermes in libri sui Excerptis ap. Stob. Ecl. phys. T. II. p. 926 sq. ed. Heer., aliique.]

*) [Hic codex, teste Gaisfordio ad Procli Chrestom. p. 477, inscriptionem hanc fert: *Φουρνούτου ἐπιτομὴ περὶ τῶν παραδεδομένων περὶ θεῶν.*]

hoc MS. inclusa opuscula recensuit, Thomae Magistri, Ammonii, Harpocrationis etc., in hoc desinit T. I. p. 256: „praeeunt fol. 104 allegoriae et physiologiae de nominibus deorum. Init. *οὐρανὸς περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν*," quae prima sunt Cornuti verba: quod doctissimum catalogi confectorem fugisse miror *). Sic Valesius ad Eusebii Hist. eccles. VI, 19 dicit, se hunc Cornuti libellum olim ms. vidisse in bibl. Memmiana, sed nullum fuisse nomen auctoris, et addit ex eo libro apparere Cornutum allegorias sectatum fuisse; quare, inquit, Porphyrius merito illum recenset inter philosophos, qui tropologicum sensum adamarunt.

Cornelius Tollius in Praefatione praefixa suae Palaephati editioni (Amstelodami 1649), in qua Phornutum, ut vocat, a se recensitum propediem proditurum foras pollicetur (quod non praestitit), dicit Cl. Salmasium ex veteri libro Londinensi sibi suppeditavisse Phornuti apographum, et contendit verum huiusce operis titulum esse *περὶ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας*, non ut vulgo *περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*. Hoc didicerat e Theodoreto, a quo et doceri debuisset, verum auctorem esse Cornutum, non autem Phornutum. Sic enim habet Theodoretus Therap. Serm. II. p. 502, ubi Cornutum inter eos recenset, qui de veteribus scripserint theologiis et, quod Nostro perhonorificum est, cum Sanchuniathone, Manethone, Hesiodo, Orpheo et Cadmo (qualibus et quantis viris) annumerat et coniungit: *Κορνοῦτος δὲ ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ξυντέθηκε.* Consonat Etym. M. p. 408 in *Ζεύς*, ubi eodem prorsus modo et titulum operis et auctorem sic designat: *Κορνοῦτος* **) *ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας*, et verba ibidem

---

*) [De hoc Veneto codice v. Praefationem.]

**) Notandum pretiosum Cornuti fragmentum servari a Stobaeo Ecl. phys. p. 116, qui eum vocat *Κουρνοῦτον*, non autem *Κορνοῦτον*. [Eadem illa nominis forma recurrit in Schol. Aphthonii ap. Spengel Art. script. p. 225. Walz. Rhet. Gr. T. II. p. 631 et in titulo Gruteri p. 633, 9, cuius loco Martinius, qui affert p. 19, *Κορνοῦτος* exhibet. In Tzetzae Exegesi in Iliad. p. 3 ed. Herm. exstat *Κρουνοῦτος*, non *Κρονοῦτος*, ut refert Martinius p. 6, idemque vitium in Indice scripto-

affert, quae evidenter e cap. 2. p. 141 deprompta sunt. Sed per compendium sic vocaverunt Theodoretus et Etym. M., brevitatem quaerentes, ut ait Gale ad Cornut. p. 139, et, quod fere fit, magis operis propositum spectantes. Quem titulum et eam quidem inscriptionem, quam referunt Theodoretus et Etym. M., non esse ab auctore, probe animadvertit Vossius Arte hist. p. 36 et de hist. Graec. p. 218. Gale Praef. Opusc. myth. se videre dicit in quadam Philelphi Epistola ad Pallantem Strozzam *Κορνούτου Ῥωμαίου περὶ ἀλληγοριῶν*, ubi Cornutus ille, qui revera in suo opere allegorias explicat, male dicitur *Ῥωμαῖος*, cum eum Leptitem esse probaverimus. Equidem verum huiusce operis titulum esse puto: *Κουρνούτου* (seu *Κορνούτου* *)) *ἐπιδρομὴ*

---

rum repetitur, dum *Κορνοῦτος* vocatur in Schol. ad Lycophronem 177.]

*) [Hanc ego formam cum Schweighaeusero ad Appian. de bello civ. I, 73 Martinioque nostro unice probo, non solum quod ea ut origini vocis consentanea ideoque altera, quam haud prorsus damnaverim, certe antiquior videtur, sed etiam quod vetustiores testes, quos recenset Martinius p. 5, cum Scholiis Veronensibus et parte ipsorum MSS. et quidem antiquiorum, ut videtur (v. Martin. p. 7), in ea consentiunt. Hic vero notanda C. F. Hermanni l. l. p. 13 sententia, qui nullum se ait dubitare, quin nativo nomine Phurnutus fuerit, quod Phurnuti certe radicem prorsus Africanam esse, oppidorum nomina, quae in Numidia audiamus, satis probabiliter suadeant. Qua de sententia pene salios esto iudicium. De reliquis scriptoris nostri nominibus Villoisonum omnino tacuisse mirum, nunc supplendis ex accurata Martinii disputatione, qui demonstratum dedit p. 5 seq. praeter *Lucii* praenomen cognomini *Cornuti* nomen gentile *Annaei* adiectum fuisse; subdititium vero esse *Pollucis* sive *Πολυδεύκους* nomen, quod in quibusdam MSS. addatur: neque hoc veterum testium ullus, quantum sciam, agnoscit. Ceterum in folio volante, quod ad Prolegomena pertinere videtur, haec Villoisonus notaverat, quae nolui perire: „Gale suspicatur forte integrum nomen fuisse *Ἀνναῖος Πολυδεύκης Κορνοῦτος*. Revera Fabricius T. II. p. 399 monet in MS. codice Bibl. Augustanae, cuius meminit Reiskius Catal. MSS. eius Bibl. p. 80, quique hodie in hac desideratur, opus de natura deorum, quod edimus, inscribi: *Πολυδεύκους Φουρνούτου*; et Gesnerus Bibl. p. 567 testatur se inter codices Bibl. Vaticanae reperisse *Polydeucen Furnutum de*

τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων; quemadmodum legunt Codd. Oxon. *β.* Flor. Ravii et Vaticanus apud Gale ad Corn. p. 139 [ubi tamen *παραδιδομένων* affertur], qui sic ipsummet scripsisse Cornutum credit. Et quidem *ἐπιδρομὴν* compendium hoc opus vocatum puto, quod, ut ait ipse Cornutus sub finem ultimi capitis p. 236: *διὰ πλειόνων δὲ καὶ ἐξεργαστικώτερον εἴρηται τοῖς πρεσβυτέροις φιλοσόφοις, ἐμοῦ νῦν ἐπιτετμημένως αὐτὰ παραδοῦναί σοι βουληθέντος· χρησίμη γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπὶ τοσοῦτον προχειρότης ἐστί.* Dicitur *τῶν παραδεδομένων* prorsus ut decimum septimum Cornuti caput inscribitur *περὶ τῶν παραδεδομένων μύθων*, a quo uno capite

---

fabulis Graecorum, unde Gale ad Cornutum p. 139: „Fuit huic praenomen *Πολυδεύκης*, cuius *περὶ μύθων* in Vat. non videtur alius ab hoc libro. Sed Pollucis illud praenomen subdititium et meliorum codicum auctoritate reiiciendum videtur Fabricio p. 399."" Quo autem casu illud nomen ortum sit, cum Martinio ignoro, praeterea miram Galei coniecturam de nominis *Phurnuti* origine explicanda non probandam esse recte statuente. Cf. censuram nostram libri Martiniani p. 793. De titulo, quem operi Cornutus praefixerit, res mihi quidem non ita certa ut Villoisono placuit esse videtur, neque adhuc eorum me piguit, quae olim l. l. p. 796 dubitanter ea de re monui: neque genuinus mihi videtur, quem Martinius §. 3 posuit, *περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, vulgo ab omnibus receptus: neque Villoisonianus ille, in quo deorum notio aegre desideratur; quamquam facile est ad intelligendum, hunc ut qui a librariis minime confictus esse videatur, tam prope ad mentem auctoris accedere, ut addito *περὶ θεῶν*, aut mutato *θεωρίαν* in *θεολογίαν*, rem acu tetigisse tibi persuadeas. Atque in ipso titulo expressam fuisse *theologiae* notionem, quum per se probabile est, tum Theodoreti et Etymologi M., quos secutus olim a Cornuto profectum putaram l. l. *περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας*, auctoritate confirmatur. Quum vero quae pristina et germana operis inscriptio fuerit, divinando magis quam certa argumentandi ratione assequi liceat, re omni ex parte accurate expensa, tutissimum visum fuit, fronti libelli eum titulum praefigere, qui et vulgari usu ferretur, et ipsa brevitate sua argumentum planissime declarante commendaretur, h. e. *de natura deorum*, *περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, cui quod Galeus insuper *θεωρία* apposuit, id ego quoque admisissem, locutionem *θεωρία περί τινος* si exemplo idoneo adstructam haberem.]

nomen ducere potuit totus libellus, qui de hisce fabulis unice agit *).

Esse autem verum ac germanum Cornuti foetum, probatur auctoritate codicis, ex quo descripta fuit Aldina editio, codd. Ravii, Oxon. Flor. et Vaticani, de quibus Gale ad Corn. p. 139 et confirmatur epistola Philelphi ad Pallantem Strozzam, cuius meminit Gale Praef. Idem ibidem Gale addit, omnem hac in re dubitationem tollere Theodoretum supra laudatum et auctorem Etymologici M. a nobis supra citatum in *Ζεύς*, qui cum quaedam adducat ex hoc libro ipso, eius parentem facit *Κορνοῦτον*. Iisdem innititur testimoniis Fabricius p. 398 et 399 et Theodoreto ac Etymologico M. comitem adiungit Eusebium Hist. eccles.

---

*) [Sed ipsa capitis XVII inscriptio, teste eodem ibi Villoisono, suspecta, atque, ut infra nos docebimus, a Cornuto non profecta. Ceterum ex iis, quae supra posuit Villoisonus, Iahnii ad Persium p. XII sententia refutatur, ob exilem quandam sterilitatem, qua liber compositus sit, viro tam eximie docto, qualem Cornutum fuisse sciamus, statuentis indignum esse: immo videndum esse, an hoc quoque opus, ut tot alia, epitomatorum et sciolorum magistrorum opera ad hanc ieiunitatem redactum et luxatis membris maleque curatis turpiter deformatum sit. Quo ducere idem subiicit etiam diversos huius libri in codd. titulos, quorum unus ipsius sententiae egregie patrocinari videatur, ita conceptus: *Κουρνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων*, qui dubitari vix possit quin ita emendandus sit: *Κορν. ἐπιτομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλ. θεολογίαν παραδ.* In his unum verum, quod *θεολογίαν* scribitur: a mutanda v. *ἐπιδρομή*, cuius sensum Villoisonus recte cepit, manum cohibent exempla eius significationis ex Gregorio (ubi cum *συντομία* componitur) et Basilio ab editoribus Thesauri Steph. Parisiensibus apposita; est enim subita, compendiosa rei tractatio, quae omnino huius libelli indoles est, quale opus se exhibere auctor loco supra descripto ipse professus est. Est igitur compendium vel, si mavis, epitome doctrinae de diis Stoicae, sed ea minime a posteriore magistro confecta, neque mala membrorum luxatione malaque curatione turpiter deformata. Librariorum culpa quod operi illatum est, id suo quoque loco, quantum fieri potuit, notatum: cetera eius forma in qua iustam rerum dispositionem et ordinem desiderare possis, non excusatione, sed explicatione eget, infra danda.]

VI, 19. Haec indubitata Fabricii et Galei sententia confirmatur opinione Meursii in Bibl. Graec. et Praefatione ad Apollonium Dyscolum, H. Valesii ad Euseb. p. 122, Vossii de hist. Lat., Barthii in Stat. Theb. I. p. 29 et Adversar. LX, . . . Kusteri ad Suidam T. II. p. 351, Koenigii Bibl. vet. et nov. p. 214 ed. Altdorf., Clauseri Tigurini in versione sua. Bruckerus et alii innumeri hoc nostrum opus cum laudant, semper Cornutum eius auctorem vocant, ut Piersonius Verisim. I, 3. p. 32. Wesseling. ad Diodor. I. p. 17. Adrianus Heringa Observat. crit. p. 89. Koenius ad Gregor. Cor. de dial. p. 69. Valckenaerius Animadv. in Ammon. p. 10 et 52, in Hippol. p. 212, Digressionis a Theocrit. p. 179. 301 et 223 et Diatrib. c. 6. Ruhnkenius in epistola ms. ad me data et in Epist. cr. ad Valcken. p. 66. Bandinius Bibl. Laur. T. II. p. 448 et 449 diserte testatur Cornutum illum philosophum sectae Stoicae, praeceptorem Persii et Annaei Lucani poetarum a Nerone in insulam relegatum ac prope occisum, ut refert Dio LXII. p. 715, quem *Λεπτίτην*, sive e Lepti Africae urbe fuisse tradit Suidas, eundemque cui Persius satiram suam quintam inscripsit, esse huiusce libelli auctorem, in quo, ut ait Fabricium exscribens Bibl. Gr. T. II. p. 398, ad physicas ac morales trahit allegorias, quae de diis apud Graecos tradebantur, curiosiusque ipsorum nominum inquirit etymologias, Zenonis, Cleanthis, Chrysippi et aliorum Stoicorum philosophorum exemplo. Denique Hemsterhusius ad Luciani Timon. T. I. p. 99: „apud Phurnutum, quem Cornutum dicere malim". Eum Phurnutum vel Cornutum vocandum censet Gataker ad Antonin. IV, 21. p. 141.

Enimvero etiamsi aliis quibus abundamus destitueremur argumentis ac veterum nec non recentiorum testimoniis, vel haec sola theologiam physicam tractandi ratio prorsus Stoica absque codicum et auctorum auctoritate satis arguere posset ac prodere Cornutum, quem in aperta luce collocant innumera porticus dogmata passim plena manu in hoc opus congesta, quae suis indicare locis non omittemus. Unde miror Galeum Praef. Opusc. myth. ita duos statuere Cor-

nutos, ut Platonicus, non Stoicus illi videatur ille Cornutus, quem Stobaeus adducit, qui toties Proclo laudatus, quemque Platonicum huiusce libri quem denuo edimus auctorem esse infeliciter coniicit eumque esse, quem toties Origenes et Proclus imitati sunt. Quod est prorsus miscere quadrata rotundis, et vel unum impedimento esse poterat, quo minus recte Cornutus Stoicus et Stoicorum dogmata exponens ab illo intelligeretur, a quo Platonicus esse immerito et praeter omnem exspectationem credebatur. Hunc gravissimum Galei errorem sic docte refellit Bruckerus T. II. p. 539: „non ex aliis Cornuti iisque indubitatis scriptis aliquid superest praeter libellum de natura deorum sub Phurnuti nomine primo quidem editum, postea vero recte Cornuto Stoico vindicatum, in quo mythologia Graecae Stoicae physiologiae, allegoriae in Stoicorum scholis receptae opera attemperatur et theologia Stoica eleganti enarratur compendio." E Porphyrio quoque Cornutum vocari debere huiusce libelli auctorem, probare, sed infeliciter, sic conatur Gale Praefat. „Porphyrius de antro nympharum profitetur se libenter sequi Cornutum in allegoriis eliciendis." Ad quae van Goens in Porphyrio de antro nymph. p. 85 notarum: „Cum in universo hoc Porphyrii libro ne unus quidem locus sit, ubi Cornutum citet Porphyrius, et in scribendo Cronii *) nomine editi etiam omnes conveniant, dubium non est quin similitudine utriusque vocis deceptus Galeus, Cornutum se crediderit legisse, ubi Cronium legerat." Sed pergit in eodem errore porro: „Immo p. 262 de antro nympharum editionis Cantabrigiensis sic scribit, ὅθεν ἐπιθυμία μὲν etc. Haec autem sunt ipsissima verba huius Cornuti, quemadmodum restitui ex MS. Cod. in n. 2. p. 148. Adhuc idem Porphyrius in libro περὶ ἀγαλμάτων quaedam disputabat de voce Ζεύς; ea hausit ex secundo capite huius libelli." Van Goens: „Quid sequi ex hac argumentatione possit, non video: cum aetas istius Phurnuti sive Cor-

*) [De hoc Platonico philosopho adi Fabric. T. I. p. 499. Stob. Ecl. phys. T. II. p. 896. Heer.]

nuti, cuius libellus est *περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως*, certo definiri non queat, incertum est, uter alterum descripserit. Id manet, Cornutum a Cronio distinguendum esse et universam istam Galei de Cornuto disputationem erroneam esse, et *ἁμαρτήματι μνημονικῷ* inniti." Quibus ultimis van Goensii verbis libenter quidem assentior, ut putem eum immerito affirmavisse, huius Cornuti aetatem certo definiri non posse, quem sub Claudio et Nerone vixisse constat. „Docet autem L. Holstenius, teste eodem ibidem Galeo, ea verba (Porphyrii) tributa fuisse Cornuto a Io. Stobaeo, etiamsi nunc dierum non addatur in Stobaeo nomen Cornuti. Sed hoc nemini videri debet mirum, qui viderit schedas Andreae Schotti, in quibus multa reperiuntur, quae frustra quaeras in Stobaeo edito." Notandum autem, Fabricium in eundem ac Gale incidisse errorem ac scripsisse p. 400, usum hoc Cornuti libro etiam Porphyrium in scripto de antro nympharum et altero deperdito *περὶ ἀγαλμάτων* et hoc notatum Galeo. Verum in hunc eundem errorem incidisse Moshemium, qui ad Cudworth T. I. p. 401 hunc Platoneum dicit et hoc bene sane Galeo observatum pronunciat; sed hunc ipse errorem sic emendavit p. 625: „vix aptius haec omnia corroborari posse puto quam ex Phornuti qui exstat adhuc de natura deorum libello, quem Thomas Gale inter opuscula veterum mythologica ... retulit. Platonicum hunc Phurnutum fuisse Gale coniicit in Praefatione p. 7, ego Stoicum fuisse potius crediderim, cum propter ea quae de mundi exustione c. 17. p. 174 tradit, quae a Platonis aliena plane sunt scitis, tum propter ipsam deorum naturam explicandi rationem et alia, quae nunc praetermitto. Utcumque est, homo hic id agit toto hoc libello, ut veterum deos ad naturam rerum revocet et cum mundi adspectabilis partibus et membris componat. Ipsum vero summum deum animam esse mundi, sine circuitu confitetur c. 2. p. 141: *ὥσπερ δὲ ἡμεῖς ἀπὸ ψυχῆς διοικούμεθα, οὕτω καὶ ὁ κόσμος ψυχὴν ἔχει τὴν συνέχουσαν αὐτόν· καὶ αὕτη καλεῖται Ζεύς*."

Revera totum Cornuti opus nihil aliud esse puto nisi

epitomen operis Chrysippi *περὶ θεῶν*, cuius meminit post Laertium, Harpocrationem, Macrobium, Plutarchum etc. Fabricius T. II. p. 396 quemque de natura deorum inscribit Cicero, qui quaedam ex eo deprompta et cum libello Cornuti consonantia habet de nat. Deor. II, 15 *). Non autem ex hoc solo Chrysippi libro, sed etiam aliis innumeris Stoicorum maiorum gentium operibus hortulos suos irrigavit Cornutus eaque omnia ita in succum sanguinemque suum convertit, ut in iis quae ad theologiam, cosmogoniam, cosmologiam, physiologiam et metaphysicam spectant, ea omnia ferme repraesentaverit Zenonis, Cleanthis, Chrysippi etc. fragmenta, quae de hisce disciplinis agentia apud varios auctores Graecos et Latinos supersunt **). Quorum omnium locorum diligenti collatione, quam in hac nostra instituimus editione, et Cornutus illustratur et mutuam iis omnibus affundit lucem eoque pulchrior enitescit, quod non nudus ac solus ut antea et ab omni fere auxilio destitutus suas venditet opiniones, sed totius porticus systema fideliter exponere ostendatur, et cum omnibus fere veteribus auctoribus Graecis ac Latinis, quorum intelligentia e Stoicae disciplinae cognitione apta et suspensa est, arctissimo vinculo coniungatur.

Ex allegoriarum explicatione quae ad theologiam pertinent, ea omnia Cornutus hausit e libris Zenonis, qui apud Laert. p. 165, inscribuntur *προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε*, et *περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως*, in quibus fabularum adeo poeticam theologiam, ut pulchre distinguit Varro apud Augustinum de civ. dei VI, 5, ad physicam seu naturalem traduxerat, quod postea praestitit Heraclides, Stoico prorsus

*) [De hoc Chrysippi libro v. Menag. ad Diog. Laert. VII, 202. p. 345. b. Placita eius exposuit Baguet de Chrysippo p. 89 (Annal. Acad. Lovan. T. IV.). Atque non solum in doctrina, sed etiam in vocabulorum quorundam usu Cornuto Chrysippum fuisse auctorem, dubitari nequit: v. Adnot. crit. ad c. 14. 15 et 22. p. 192. Animadv. ad c. 13. 17. p. 174. Ceterum diversus videtur Chrysippi liber *περὶ θεότητος, de divinatione*, laudatus Schol. Plat. p. 61 Ruhnk. (p. 315 Bekk.)]

**) [Eadem Heynii fuit sententia ad Apollodor. T. I. p. 388.]

modo allegorias Homericas interpretatus. Hausit et ex eiusdem Zenonis theogoniae interpretatione, cuius meminit Cicero de N. D. I, 14 *), cuiusque idem propositum erat, cum in eo, teste ibidem Velleio apud Ciceronem, tolleret omnino insitas praeceptasque cognitiones deorum; in quo eum secutus est Cornutus. Usus est et illius libris *περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας* apud Laert. p. 165. Profecit e libris Cleanthis *περὶ θεῶν* **), *περὶ γιγάντων*, *περὶ τοῦ ποιητοῦ* et *πρὸς Ἀρίσταρχον*, in quibus allegorias Homericas exposuerat (v. Laert. p. 206), ex eiusdem *ἀρχαιολογίᾳ* et libris qui dicebantur *τὰ μυθικά*, quorum meminit Athenaeus XIII, 14: quae fortasse non diversa esse a libris *ἀρχαιολογίας* Laertio memoratis suspicatur Menagius ad Laert. p. 198 et quae respicit Cornutus c. 31, teste Fabricio III, 15. T. II. p. 396; qui ibidem dicit, Cleanthem in hoc opere videri commentitiarum fabularum reddere rationem, quod fecisse Zenonem, Cleanthem ac Chrysippum tradit Cicero de N. D. III, 24 ac facere Cornutum videre est. Quae de Iove et Iunone dixit Cornutus, ea partim desumpsit e Chrysippi *περὶ τοῦ Διὸς συγγράμματι* et *περὶ Ἥρας*, quorum meminit Menagius ad Laert. p. 203 [VII, 202. p. 345. b.]. Quae de Minerva, ea mutuatus est e libro Diogenis Babylonii Stoici, qui, teste Cicerone de N. D. II, 15 inscribebatur de Minerva, et in quo partum Iovis ortumque Virginis ad physiologiam traducens, eodem prorsus modo disiungebat a fabula quo postea Cornutus ***). Unde Minucius Felix p. 20 [XIX, 13. p. 124 ed. Lind.] in hoc ut in aliis bene multis Ciceronem sic expressit: *Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi et disserendi, Iovis partum et ortum Minervae et hoc genus cetera rerum vocabula esse, non deorum.*

---

*) [Suo interpretandi modo Zenonem Hesiodi etiam Opera et Dies tentasse, ex uno certe versu 291 patet, teste ibi Proclo, ubi vide quae Heinsius attulit.]

**) [De hoc libro Diog. Laert. VII, 174. Cf. Cic. de N. D. I, 14 Plutarch. de commun. notitiis p. 1075. Chalcid. in Timaeum fol. XXXIX. a. ed. Ascens. Macrobius passim.]

***) [V. notata ad Corn. c. 20.]

Quae de Amore, de Gratiis, de legibus, de λόγῳ dicit, ea sumpsit e libris Cleanthis περὶ ἔρωτος, περὶ νόμων, περὶ λόγου γ', περὶ Χάριτος, quorum meminit Laert. VII, 175, et e libris Zenonis περὶ λόγου, περὶ νόμου, apud Fabric. III, 15. T. II. p. 415 *). Quendam Chrysippi librum indicare videtur Seneca de benef. I, 3 et 4 et ex eo multa profert cum iis ad verbum consonantia, quae c. 15 περὶ Χαρίτων disputavit Cornutus. Denique praeter Cleanthis et Chrysippi opera περὶ θεῶν usus est et libris Posidonii pariter περὶ θεῶν inscriptis et quorum decimum tertium laudat Laert. p. 197.

Quae ad metaphysicam spectant, ea transtulit Cornutus e libro Zenonis περὶ οὐσίας, apud Laert. p. 196, e libris Chrysippi et Antipatri, qui inscribebantur et περὶ οὐσίας, apud Menag. ad Laert. p. 204 et Laertium ipsum p. 200, e libris Zenonis, Chrysippi et Antipatri de anima, apud Laert. p. 201 et Menag. p. 204, e libris Chrysippi, Posidonii et Boethi περὶ εἱμαρμένης, apud Laert. p. 200, e libris Chrysippi περὶ προνοίας, περὶ μαντικῆς, περὶ χρησμῶν et περὶ ἐνυπνίων, apud Menag. p. 203 et 204, e libro Cleanthis περὶ χρόνου, apud Laert. p. 206.

Quae ad physiologiam, cosmogoniam et cosmologiam in Cornuto referenda sunt, ea omnia decerpsit e libris Zenonis περὶ ὅλου, apud Laert. p. 196, ex eiusdem libro, qui fortasse idem est ac dicitur Καθολικά, apud Laert. p. 165, e Cleanthis libro', qui Laertio vocatur p. 206: περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας, et ex eiusdem apud Laert. ibid. Ἡρακλείτου ἐξηγήσεων: quod, ut observat Cicero, Stoici in plerisque Heraclitum sunt secuti, qui fundamenta porticus iecit; ex eiusdem opere quod dicitur Φυσικὰ ὑπομνήματα, v. Fabric. T. II. p. 397; e Chrysippo περὶ κενοῦ, περὶ κινήσεως, περὶ φύσεως, seu libris, qui inscribuntur, φυσικά, φυσικαὶ τέχναι, φυσικὰ ζητήματα, apud Menag.

*) [Quidni vel etiam Chrysippi ex libro περὶ νόμου? De quo dictum in Beiträge T. I. p. 263. Cf. Petersen ad Phaedr. de N. D. p. 38.]

ad Laert. p. 204, ex eiusdem *συγγράμματι περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων* et *περὶ δογμάτων*, apud Menag. p. 204, ex Aristonis Chii dialogis *περὶ τῶν τοῦ Ζήνωνος δογμάτων*, apud Laert. p. 203, ex Apollophanis et Apollodori *φυσικῇ*, apud Laert. p. 197, e Posidonii *φυσικῷ λόγῳ*, apud Laert. p. 196. 197, e Boetho *περὶ φύσεως*, apud Laert. p. 199, e Posidonii, Cleanthis et Antipatri Tyrii libris *περὶ κόσμου* apud Laert. p. 197 et 198, e Posidonio *περὶ μετεώρων*, ap. Laert. p. 196, ex Archedemo *περὶ στοιχείων*, apud Laert. p. 196, etc.

Quod spectat ad partem grammaticam et ad etymologias, quibus scatet Cornuti libellus, ut et aliorum Stoicorum opera, ea sumpsit e libro Zenonis *περὶ λέξεων*, apud Laert. p. 165, e libro Chrysippi *περὶ τοῦ κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα τοῖς ὀνόμασιν*, apud Menag. p. 204. Enimvero proprietatem verborum maxime spectabant Stoici et nova excogitaverant verba *), unde Cicero Tusc. V Zeno-

*) [Ferax omnino verborum vel recens fictorum vel novo et insolenti usu dictorum Stoica secta, non modo talium quae ad disciplinae placita recte demonstranda fingerentur, sed etiam quae ad vulgarem dicendi consuetudinem pertinerent; nam ad hoc quoque genus excolendum ab altero illo, ex quo semel huic labori sese dederant, facilis fuit progressus. Quam Stoicorum indolem praeter libellum de mundo, si non Chrysippo, Stoico certe vindicandum, de quo hac ratione disserui Beitr. z. Litt. T. I. p. 234 seq., in primis refert et prodit Cornuti opusculum, utroque verborum novorum genere refertissimum. Ad illam classem, quae ad ipsius Stoicae doctrinae expositionem spectat, in qua explicanda Villoisonus tum in Theologia physica, tum in Animadversionibus allaborat, ex Cornuto, de quo hic nobis solo sermo est, referendum est v. c. *μῶσις* c. 28, in quo praeterea *θεσμοθέτις* et *νομοθέτις* reperiuntur. Adde *ἐκφερομυθεῖν* p. 219; *ἐνδομένεια*, c. 14. p. 158, ubi vide; *παραίτιος*, quae Chrysippea vox videtur, c. 22. p. 192, ubi vide. *Ἀλήκτως*, etymologiae caussa inventum, c. 10. p. 153, una cum *ἀπαύστως*, quod illius interpretandi gratia continuo adiicitur; de quo v. Beitr. l. c. p. 235. Vocabulo *ἀπαύστως* praeterea usus est Simplicius ad Aristotelem in Philological Museum T. II. p. 611. Simile *ἀπαραλλάκτως*, Nemesio, ubi Stoicorum quandam sententiam refert, usurpatum, de nat. hom. p. 310. 311: quo vocabulo adhuc Lexica nostra carent. Novae praeterea vo-

nem verborum opificem vocat, et de finibus III et passim alibi eum non tam rerum inventorem fuisse quam verborum affirmat. Et de leg. I dicit eos rebus non commutatis immutavisse vocabula, unde, inquit, nascitur non rerum, sed verborum discordia. Et Acad. II Arcesilas Zenoni obtrectat, eum nihil novi reperisse, sed emendavisse superiores immutatione verborum; contra quem Chrysippus scripserat librum Plutarcho laudatum, qui dicebatur *αἱ πρὸς Ἀρκεσίλαον ἀντιγραφαί*, de quo v. Menag. ad Laert. p. 204. Sic apud Cic. de N. D. I, 7 Antiocho Stoici re concinere videntur, verbis discrepare. Seneca Ep. 59: *Permitte mihi uti verbis publicis, nec illa ad significationem Stoicam revoca.* Quae verba Stoicis propria et in Cornuto proinde frequentia in nostris explicavimus Animadversionibus, ad significationem Stoicam revocavimus et exemplis allatis ita confirmavimus, ut inde non parva philosophico scribendi genio apud Stoicos auctores recepto totique adeo porticui lux accendatur. Suas igitur hausit etymologias Cornutus ex operibus supra laudatis et e libris Chrysippi *περὶ τῶν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων πρὸς Ζήνωνα* et *πρὸς τὸ περὶ σημασιῶν Φίλωνος*, et *λογικοῦ τύπου περὶ τὰς λέξεις καὶ τὸν καθ' αὐτὰς λόγον*, *περὶ λέξεων ἀνομαλίας πρὸς Δίωνα δ'*, apud Laert. p. 210, et ex aliis eiusdem libris grammaticis apud Laert. p. 211 memoratis, quorum iactura multo magis dolenda est quam omnium eiusdem librorum moralium, ut praeclare observat Fabricius III, 15. T. II. p. 393. Praesertim usus fuerat Cornutus libro *ἐτυμολογικῶν πρὸς Διοκλέα*, cuius meminit Laert. Vit. Chrysippi p. 212.

Notandum autem ea omnia, quae de physiologia et theologia dixit Cornutus, in variis auctoribus, qui varia veterum Stoicorum fragmenta servavere, consonantia reperiri, unde evidenter apparet Cornutus eorum scrinia compilasse et libros sublegisse; ut et pleraeque illius allegoriae occurrunt in Plutarcho, Eusebio, Eustathio, in Scriptore Vitae

---

ces *ἐπιπεδᾶν*, c. 7 fin. et *ὀδυνηφόρος*, c. 30. p. 217, ut alia taceam, suo quaeque loco a nobis notata.]

Homeri a Galeo edito inter Opusc. myth. et praesertim in Auctore, qui Heraclides dicitur, quemque Stoicum fuisse luce clarius est et cuius ope miror Galeum, qui Cornutum et Heraclidem coniunctim in eodem opere edidit, non plura Cornuti loca ad verbum convenientia explicasse, illustrasse, emendasse. Sic et omnes Cornuti etymologiae, quod suis admonuimus locis et indicavimus, habentur in Hesychio, in Suida, in Eustathio et in Etymologico M., apud quem Fabricius p. 399 recte monet passim legi etymologias in Cornuti libro obvias. Merito igitur dixit Sylburgius ad Etym. M. p. 49. not., veluti per manum traditas esse istas veterum etymologias interdum philosophicas magis quam grammaticas, id est, ut ipse explicat, rerum magis quam verborum rationem consectantes. Earum partem Stoici hauserant e Cratylo Platonis, in quo eaedem prorsus reperiuntur ac in Cornuto, ut in libro de mundo, quem Aristoteli falso tributum et cuiusdam Stoici, fortasse Posidonii, opus esse confido.

Totum autem huncce Cornuti libellum nihil aliud esse nisi prolixiorum operum ab aliis philosophis Stoicis de theologia physica conscriptorum epitomen, ipse sic testatur fine ultimi cap. *διὰ πλειόνων* etc. *).

Hoc opus merito Stoicae fidei symbolum et catechi-

---

*) [Quod supra Villoisonus dixerat, Cornuti libellum nihil aliud sibi videri esse quam epitomen Chrysippei operis *περὶ θεῶν*, nunc sic ipse retractat, ut eum iam ex variis Stoicorum libris conflatum vel compilatum esse censeat: in qua sententia ego quoque acquiescendum puto. Nam ut recte observatum est, in plerisque Chrysippo Nostrum usum esse, qua de re et conferri possunt nobis dicta Beitr. l. l. p. 221, tamen ab illo minime totus pendet, ut adeo haud semel et primariis quidem doctrinae partibus ab eo omnino recesserit. Quae discordia satis animadvertitur p. 184, ubi mentis sedes in capite collocatur, dum contra Chrysippus in corde ponebat, ut ibi docet Villoisonus ad verba *γενέσθαι δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς*. Cf. Petersen ad Phaedr. de N. D. p. 41. 43. Aliud discrepantiae exemplum notavi ad c. 9 fin., ubi vocis *ἀλάστωρ* ratio redditur. Adde p. 157 et p. 236 *τῶν πρεσβυτέρων* afferri auctoritatem, ubi praeter Chrysippum, etiam alios superioris aetatis Stoicos significari confitendum erit.]

smum vocat baro de St. Croix, ut illud antea Bruckerus T. II. p. 539 dixerat theologiae Stoicae elegans compendium. Eo pretiosius autem est, quod solum tot veterum Stoicorum, Zenonis, Chrysippi, Cleanthis, Posidonii et aliorum innumerorum, quorum opera supra aut laudavimus aut brevitatis caussa omisimus, iacturam expleat *) atque ὑποτύπωσιν sistat, a doctissimo philosopho, celeberrimo illo Cornuto delineatam, et unicum supersit de Stoicorum theologia et physiologia conscriptum **), cum eorum moralem doctrinam ex Marco Antonino, Epicteto, Arriano et Seneca cognoscere ***), physiologicam autem et theologicam e solo

*) [Simplicio teste, aetate ipsius plurima Stoicorum scripta iam interciderant. V. Abh. d. philol. philos. Kl. der K. Baier. Akad. d. Wiss. II, 1. p. 212.]

**) [Animi caussa iuvat his quae de laude Cornuti et gravitate Villoisonus commonuit, opponere iudicium gentilis cuiusdam sui de Cornuto, et iudice et Cornuto indignum, quo egregium habemus eius levitatis exemplum, qua nostra aetate multi, qui tanquam ex tripode respondere sibi sumant, uti soleant. Sed audiamus nostrum hominem. „Quant à Cornutus, était-il bien propre à former l'esprit de son élève, lui qui n'admirait rien que les ouvrages de Chrysippe? Ce Chrysippe était un rêve-creux qui écrivit, selon la nomenclature de Diogène Laërce, *trois cent onze* traités sur des matières de dialectique; trois cent onze pertes, à très-peu de choses près, pour la posterité, qui n'en a plus que les titres. Chrysippe soutenait, entre autres doctrines folles, qu'il est très convenable qu'un père épouse sa fille, et qu'il vaut mieux manger les morts que les enterrer. Je puis juger Cornutus par son estime pour Chrysippe, et il le faut bien, puisque l'anecdote que j'ai citée est le seul monument biographique que l'on ait de lui; il n'est pas deraisonnable de dire que Chrysippe et Cornutus étaient deux fous, qui ne pouvaient point à eux deux faire un homme de bon sens. J'avoue que je n'ai pas lu un traité de la nature des dieux, qu'on dit être l'ouvrage de Cornutus; parceque d'abord ce traité est parvenu jusqu'à nous sous le nom de Phurnutus, et parcequ'ensuite un ouvrage de théogonie stoïcienne ne serait guère propre à changer l'opinion que j'ai du bon sens de Cornutus." Etudes de moeurs et de critique sur les poètes Latins de la décadence par M. D. Nisard, T. I. Bruxelles 1834. p. 274.]

***) [Seorsim hunc locum tractavit Klippel Doctrinae Stoicorum ethicae atque Christianae expositio et comparatio, Gottingae 1823, de

Cornuto discere liceat. Praeterea cum, ut observat Bruckerus T. I. p. 953, principiis physiologicis, quae abunde in Cornuto exponuntur, innitatur doctrina Stoicorum moralis, sine horumce principiorum cognitione nec moralis perfecte cognosci potest. Idem Bruckerus T. I. p. 920 similiter monuerat, physiologiam Stoicam eo magis attenta consideratione dignam esse, quod, ut ait, magis magnificorum atque splendidorum verborum ornatu summam iactavit sapientiam et fundamenta praebuit morali philosophiae parti *), quibus ad nubes usque surgeret. Idem Bruckerus T. I. p. 911 dicit secundum Stoicos, sapientiam esse rerum humanarum divinarumque scientiam, philosophiam vero, sive sapientiae studium, exercitationem esse artis ad sapientiam accommodatae. Cum vero, inquit, mundus non dei tantum opus, sed et ipse deus sit, ut postea indubitatis Stoicorum testimoniis probabimus, facile inde intelligitur, quae res divinae sint, circa quas sapientia et philosophia versatur, et qua ratione physiologia magna et nobilissima pars sit philosophiae Stoicae. Adde et hinc facile intelligi posse, quam utile sit Cornuti opus, qui solus hanc magnam nobilissimamque philosophiae Stoicae partem tractat. V. Plutarch. de Stoic. repugn. p. 1037, ubi legis Chrysippum disputationem de deo solere omnibus moralibus praemittere quaestionibus et ab huius cognitione omnia apta et suspensa statuere, et sine hac nullum initium, nullum aditum moralis doctrinae esse **). Et cum, ut ait Cicero de fin. V, [28]

---

cuius disputationis indole et argumento copiose disseruit Censor in Zimmermanni Paedag. philol. Litteraturbl. 1825. No. 26.]

*) V. Georgii Alb. Hagendornii Disputationem, quae inscribitur: Moralia Chrysippea e rerum natura petita. Altdorfii 1685.

**) [Hac de sententia Chrysippi disputavimus Beiträge l. c. p. 230. Ceterum hic inserere ex re videtur, quae folio volanti a Villoisono adscripta in his Prolegomenorum schedis reperi: „Cur physicae non sine caussa tribuatur honor, praeclare sic docet Cato, Stoicorum partes sustinens, apud Ciceronem de fin. III, 22: *propterea quod qui convenienter naturae victurus sit, ei proficiscendum est ab omni mundo atque ab eius procreatione. Nec vero potest quisquam de bo-*

mirabilis sit apud Stoicos contextus rerum, respondeant extrema primis, media utrisque, omnia omnibus, et, ut in geometria, pergit Cicero, prima si dederis, danda sint omnia, sic prima si eorum systematis fundamenta ignoras, ita prorsus quid inde sequatur, quid hisce fundamentis innitatur, ignorabis ac qui prima Euclidis et geometriae elementa non perspecta habuerit, propositiones inde deductas ignorare omnino cogetur. Hinc vel tempore Origenis adeo difficile erat omnia Stoicorum dogmata pernoscere, ut exclamet neminem adeo audacem esse, ut se ea omnia perspecta habere praedicare possit: *τίς οὕτω θρασὺς εἰπεῖν, πάντα γὰρ οἶδα τὰ Στωϊκά.* Ei vero, si quis tamen esse poterit, qui dicit parum sua interesse, porticus dogmata perspecta habere, respondendum est, eum in omni antiquitate nullum fore, in omnium auctorum Graecorum et Latinorum, sacrorum et profanorum, tam qui adstricta quam qui soluta oratione post Zenonem scripserunt, libris omnino hospitem et peregrinum fore, et sine perfecta Stoicorum dogmatum cognitione nec intelligi posse scriptores, qui bene multi semper aliquid ex hac philosophia, quae alias brevi superavit, suis insperserunt scriptis, aut ad eam alluserunt, quod patebit ex innumeris locis, quae ope Stoicae philosophiae ita explicaverimus, ut homo antea in ea parum versatus miraturus sit, se ea toties quidem legisse, numquam vero intellexisse. Ita necessaria est ad historiam ecclesia-

---

nis et malis vere iudicare, nisi omni cognita ratione naturae et vitae etiam deorum, et utrum conveniat nec ne natura hominis cum universa: quaeque sunt vetera praecepta sapientium, qui iubent tempori parere, et sequi deum, et se noscere, et nihil nimis. Haec sine physicis quam vim habeant (et habent maximam) videre nemo potest. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias et reliquas caritates quid natura valeat, haec una cognitio potest tradere. Nec vero pietas adversus deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturae intelligi potest etc. Ut Antoninus, qui III, 1 coniungit *ἐμπειρίᾳ τῶν τε θείων καὶ ἀνθρωπείων*, habet II, 9: *τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις καὶ τίς ἡ ἐμή, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποῖόν τι μέρος ὁποίου τοῦ ὅλου οὖσα, καὶ ὅτι οὐδεὶς κωλύων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε ἀεὶ καὶ λέγειν.* V. et Senecam Epist. 95 et Theol. phys."]

sticam et theologiam perdiscendam Stoica philosophia, ut sine ea patres ecclesiastici nec intelligi, immo non satis tuto legi queant, nisi scias, quos errores vulgo receptos impugnaverint, quos ipsi admiserint et retinuerint, ethnica philosophia seducti, quam prius complexi fuerant quaeque tot haeresium ita origo fuit et fons perennis est, cuius solius ope veterum haereticorum placita, id est difficillimam historiae ecclesiasticae partem cognoscere queas. Sanctum quoque Paulum multis in locis illustrat et dilucidat Stoicismus. Salmasius Not. in Epictet. et Simplic. p. 119. ed. Lugd. Bat. haec habet: „Paulum fuisse secta Pharisaeum, ex ipso scimus. Pharisaeos autem cum Stoicis quoad opinionem de moribus in plurimis convenisse, Iosephus testatur. Maxime illud Stoicum, quod in καρδίᾳ διάνοιαν statuit, et peccata passionesque animi haud sine διανοίᾳ fieri censet, hoc est κρίσει." Hieronymus Stoicam disciplinam simillimam dicit Christianae religioni. V. et Brucker. T. I. p. 26, ubi solidioribus comprobat argumentis, sacris litteris lucem inferre Stoicorum dogmatum cognitionem*). Idem et summum eius

*) [Hic insero adnotationem Villoisoni loci quidem incerti, sed in his Prolegomenorum schedis repertam: „Eusebius, teste Fabricio p. 398 et 399, Origenem e Cornuti scriptis allegoricam theologiam ethnicam interpretandi modum didicisse e Porphyrio scribit. Sic Gale Praef. dicit Cornuti, quem toties Porphyrius laudat μεταληπτικόν, scribendi modum Origenem et Proclum imitatos esse. Iac. Thomasius Diss. 19, quae inscribitur „Origenes aliqua ex parte Stoicus", sic habet p. 240: Hoc equidem constat, Origenem Pantaeno usum esse praeceptore sectae Stoicae scientissimo (Halloix L. I. Orig. def. c. 1. f. 5), usum quoque voluminibus Chaeremonis Stoici et Cornuti (Niceph. XIII, 5 e Porphyrio), pro quibus, ut obiter moneam, perperam Zeno et Cerinthus memorantur apud Haymonem C. sacr. hist. III (p. 104 ed. Colon. a. 1600 et p. 110 ed. Lugdun. a. 1650 ex rec. Boxbornii). Contra Fabricius T. II. p. 540: „Utrum vero ab hoc Cornuto allegoriae methodum acceperit Cornutus, ut visum Galeo, qui in eo praeeuntem habet Eusebium Hist. eccl. l. c., iudicium erit penes eos, qui in Aegypto diu ante Cornutum hanc methodum invaluisse, Alexandriae autem litterarum studiis innutritum esse Origenem, cogitare volunt." Hieronymus Epist. ad Magnum T. VI. p. 656: *Hunc*

in iuris prudentia usum sic demonstrat p. 28: „Iuris vero Romani culturam historia philosophica carere non posse, is non negabit, qui ex Romani iuris historia tenuit, placuisse Romanis iuris conditoribus Graecam philosophiam, maxime vero Stoicam, quae cum πολιτικώτερος Romanis, qui ad rei publicae gubernacula sedebant, principibus viris videretur, et negotiorum appetentes sibi deditos faciebat et in docendi tradendique methodo et in ipsis adhibendis doctrinis aliis palmam praeripiebat. Unde multa in iure esse tum dicendi genera, tum regulas atque principia iuris e Stoicorum ducta principiis, recte disertissimus iureconsultus Ianus Vincentius Gravina monuit, aliis non dissentientibus, sed multis ea exemplis probantibus." V. sequentia apud Bruckerum, qui conferendos monet praeter alios magni nominis Ictos Io. Schilterum in Manuduct. philos. mor. ad iurisprud. c. 5. p. 6 et Ever. Ottonem de Stoica veterum iurisconsultorum philosophia. Plurimum et confert Stoicismi cognitio ad veteres medicos intelligendos, ut Galenum, qui in philosophia versatissimus, de hac peculiares conscripsit libellos et ex ea multa ceteris suis inspersit operibus. Notissimum est, Hippocratem plurima deprompsisse ex Heracliti philosophia; quam in physicis dogmatibus plerumque secutus cum sit, non potest intelligi sine philosophia Stoica, quae Heracliti viroribus hortulos suos irrigavit, et sic cum Hippocrate ibidem hauriente in multis consonat, quod abunde patebit ex nostra Theologia physica nostrisque in Cornutum annotationibus.

Vides igitur quam utilis sit historia philosophica, id est historia ingenii humani, quae multo magis praeterea delectat et animo arridet quam historia humanorum scelerum et bellorum, quae semper una eademque est idemque exhibet et res minori attentione dignas affert, cum multo iu-

---

(Clementem) imitatus Origenes decem scripsit Stromateas, Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans et omnia nostrae religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmans.]

cundius sit cognoscere quid veteres de deo, de materia, de animo eiusque immortalitate, de creatione censuerint, quam quot homines in hoc aut in illo ceciderint praelio, quis princeps hoc tempore aut in illis regnaverit regionibus. Equidem tantum interesse censeo inter historiam proprie dictam et historiam philosophicam, quantum inter corpus et animum, audacius dicam cum Seneca in Praefat. Quaest. nat., quantum inter deum et hominem. Illa docet quid in terris actum fuerit, haec quid agi in coelo dictum fuerit a sapientissimis viris et ideo, ut ait Seneca, altior est et animosior: multum permisit sibi: non fuit oculis contenta; maius esse quiddam suspicata est ac pulchrius, quod extra conspectum natura posuisset. Illa mala humana et scelera pugnasque enarrat, semper sanguine foedata et lachrymis deformata et clamoribus resonans: haec multo amoenior hanc caliginem, in qua volutamur, excedit et e tenebris ereptos, e scelerum domicilio abstractos illo perducit, unde lucet, ubi pax, ubi virtus regnant, ubi felicitas, quam terris invidet, placide conquiescit. Equidem cum Seneca tunc naturae rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte video quae publica est, sed in secretiora eius intravi: cum disco quae universi materia sit, quis auctor aut custos: quid sit deus; tunc cum eodem Seneca exclamo: quam utile existimas ista cognoscere et rebus terminos ponere . . . haec inspicere, haec discere, his incumbere, nonne transilire est mortalitatem suam et in meliorem transcribi sortem? Quid tibi, inquis, ista proderunt? Si nihil aliud, hoc certe sciam, omnia angusta esse ac praesertim hominum ingenium et illud quidem maximorum philosophorum, qui in hisce contemplandis caligant, nisi divino lumine collustrentur. O quam contempta res est homo, inquit Seneca, nisi supra humana se erexerit! Idem Seneca Epist. 65: interdicis mihi inspectione rerum naturae ac toto abductum redigis in partem? ego non quaeram, quae sint initia universorum, quis rerum formator etc. ego nesciam, quo hinc iturus sim? quae sedes expetat animam solutam legibus servitutis humanae? Vetas me coelo interesse, id est, iubes me vivere capite

demisso. In Acad. I, 1 Cicero Varronem alloquens se mirari dicit, cur cum multa scribat, genus hoc praetermittat, praesertim, inquit, cum et ipse in eo excellat et id studium totaque ea res longe ceteris et studiis et artibus antecedat (genus hoc, id est, ut explicat Tullius ibidem, philosophiam veterem illam e Socrate ortam) Latinis litteris illustrare.

Hanc historiae philosophicae utilitatem cognoscebat ille incomparabilis Hemsterhusius, qui, teste in illius Elogio p. 26 seq. Ruhnkenio, „per omnes philosophiae partes sic vagatus est, ut modo versaretur in sancto Pythagorae recessu, modo in academia Platonis, modo in Aristotelis Lyceo, modo in Zenonis porticu, modo in hortis Epicuri, ubique cum admiratione quadam deprehendens permulta, quae aetatis nostrae vanitas audet ut recens inventa iactare. Plerique veteris philosophiae studiosi vel partem eius delibant, vel in locis amoenioribus, maxime in eo de moribus commorantur. At Hemsterhusius ingenii sui magnitudini consentaneum iudicabat, etiam partem omnium difficillimam, quae metaphysicam complectitur, pervestigare . . . Caeterum in metaphysica quae vera certaque sint et in quibus firme consistere possis, apud veteres se reperisse omnia dicebat. Novarum opinionum subtilitatem ut facile agnoscebat, sic earum levitatem et inconstantiam vel hoc argumento demonstrabat, quod quotiescunque novus metaphysicus existat, toties prior loco, quem tenuit, pellatur." Enimvero haec est non parva historiae philosophicae laus, quod omnia fere ex antiqua philosophia hausta aut ei cognita huius ope ita deprehendere licet, ut non falsa novitatis specie proscribamus et nihil verum aut absurdum, quod non ab aliquo vetere philosopho dictum fuerit, deprehendamus. Et elegantissime ingeniosissimus poeta Germanus Gellert, quales multos ut et eruditissimos viros haec gens Musis egregie inter paucas dilecta tulit *), in salsa sane fabula,

---

*) Notandum in Germania ingeniosissimos poetas simul et doctissimos et eruditissimos homines esse et intimam rerum alienarum doctrinam cum flore ingenii coniungere, quales eminent Klopstock,

quae inscribitur historia petasi, dicit eandem fuisse philosophiae sortem quam petasi, cui cum semper vetus remaneret, a patribus ad filios et hinc ad nepotes per manus traditus, novum semper habitum externum accommodabant; quemadmodum Ciceronem vidimus docentem, Stoicos non res, sed vocabula immutasse. Praeclare igitur illa ingeniorum regina Christina, quemadmodum eam vocat Mathias Gesnerus, dicebat antiquas delirationes certe non minoris esse debere quam novas *).

His momentis impulsus non abs re litteraria fore putavi, si sepositis paulisper quae graviora agito negotiis Cornutum innumeris in locis emendatum, nova versione donatum et notis ornatum ederem. Hunc primus Graece cum Aesopi et Babriae fabulis, Palaephato, Heraclidis seu Heracliti **) Allegoriis Homericis, Hori Apollinis Hieroglyphicis et cum collectione proverbiorum Tarrhaei et Didymi Venetiis fol. a. 1505 Aldus edidit. Deinde, ut utar verbis Fabricii III, 15. T. II. p. 399, post Aldinam editionem Graecam lucem vidit Latine quidem Iodoco Velareo interprete Antverp. 1528. 8 et cum Hygino, Palaephato, Fulgentii myth. et de vocum antiquarum interpretatione, Arato cum Germanici metaphrasi et Proclo de sphaera Basil. 1549. 1570. fol. Graece et Latine cum versione Conradi Clauseri Tigurini, additus Palaephato cum versione Phasianini et Iuliani Aurelii Lessigniensis libris III. de cognominibus

---

Lessing, Wieland, inter Suissos Gesnerus, Hallerus. [Ad omnia illa, quae modo Villoisonus iusto pleniore sacculo effudit, recte aestimanda, nunquam quo tempore h. e. aliquot ante nostrum seculum lustris ea scripta sint, obliviscendum erit. Sed ad statum nostri aevi recte aestimandum iuvat etiam praeteritorum temporum memoriam nonnunquam recolere.]

*) V. Mémoires concernant Christine T. I. p. 345 et Mémoires de Motteville T. I. p. 389: „Christine n'a pas fait difficulté de dire, que les sottises anciennes valoient bien les nouvelles."

**) [Unice verum huius scriptoris nomen *Heraclitus*, si quidem fas est in homine nobis alioquin ignoto codicum auctoritatem sequi, illam nominis formam solam exhibentium.]

deorum gentilium, ibid. 1543. 8*). Hactenus Fabricius. Sed liceat observare, Basileensem editionem ut et plerasque in hac urbe excusas fere semper κατὰ πόδα sequi principem editionem, nisi quod fere fit et non semel in nostris annotavimus annotationibus, litterarum compendia in hac Aldina obvia assequi non potuit; quod obiter monendum est, cum principes editiones in hoc codicis MS. vicem nonnunquam vel ideo explere possent, quod earum compendia male a sequentibus editoribus lecta sint. Denique, pergit Fabricius, cum Conradi Clauseri versione et notulis suis atque castigationibus eruditis hunc Cornuti libellum edidit vir egregius Tho. Galeus inter scriptores Historiae Poeticae, Cantabrig. 1671. 8 et Amstelod. 1688. 8**). Quod spectat ad elegantem Galei editionem, ea etsi multis parasangis praecedentes superat, textum tamen praefert in multis ita corruptum et mancum, ut vix in multis, nullo autem modo in quibusdam locis intelligi possit; quod nemo mirabitur qui nostram editionem cum ea conferet nosque videbit codicum, quibus destituebatur Galeus, ope infinitos locos emendasse, voces quae deerant, imo et elapsas lineas integras retraxisse: nam paucis adiuvabatur MSS. ***) Galeus, qui praeterea ubi probas lectiones offerebant ii codices, eas in

*) Cornutum, ut Fabric. p. 400 observat, ante Velareum et Cornarium [Clauserum?] transtulit Latine Malarinus nescio quis, cuius versionem ante sexcentos vel septingentos annos compositam vidisse se scribit Barthius ad Stat. T. II. p. 401.

**) [De utriusque editionis diversitate v. Martinium p. 6, quae in posteriore accessissent, ea Meibomio, quippe qui eam curasset, deberi censentem. Posteriorem cum Villoisono ego quoque secutus sum.]

***) Sic loquitur Galeus Praef. ad ed. Cantabr. „Cornutus spissus nobis negotium facessebat, πολλοῖς ἕλκεσι βρύων. Suppetias venere hic tres codd. Oxonienses calamo exarati, quorum mihi copiam fecit eruditus et amicissimus Tho. Hyde, bibliothecarius Bodleianus. Ex iis nonnullas ipse emendationes excerpseram, alias (partem longe maximam) et capitis ultimi fragmentum hactenus desideratum idem semper mihi colendus Eduardus Bernhardus suppeditavit. Lilius Gyraldus in Syntagmatibus (de diis) infinitos locos in hoc scriptore ex vetere codice sanarat; eos quoque huc adduximus."

textum non recepit, sed ad annotationes reiecit, in transferendis priorum editionum mendis nimis religiosus, sicque textum reliquit non emendatiorem quam ipse invenerat. Deinde versionem Latinam Clauseri, quam non modo non probabat vir doctissimus, sed existimabat una tantum litura opus habere, ut ipse testatur Praef. ad ed. Cantabr., non refinxit, nec aliam concinnavit. Denique in suis annotationibus multa omisit, quae dicenda erant, et in explicandis dogmatibus Cornuti non poterat non tota via aberrare, qui eum perperam credebat Platonicum, quem fuisse Stoicum maiorum gentium, ut de Cleanthe dicit Cicero, luce clarius est. Sed facile excusandi sunt illi errores viri inter paucos eruditissimi et de litteris Graecis immortaliter meriti, quod ad alia maiora properans haec obiter attigerit nec omnem suam in eo edendo collocarit operam. Nam ipse scribit Praef. ad ed. Cantabr., aliam interpretationem concinnare sibi non licuisse per operas typographicas, quibus quotidianum pensum conscribendis annotationibus his soluturum se receperat. Unde merito mirari possumus, eius editionem tam brevi tempore confectam non plures maculas inspersas tulisse, sed contra tot in ea bona enituisse, ex quibus ut ex ungue leonem agnoscas. Itaque quoties me veritas levis armaturae iuvenem a tanto viro discedere cogit, toties memor ero reverentiae clarissimo Galeo debitae, qui tot egregii ingenii sui monumenta reliquit ac in ea doctissima gente eminuit, apud quam vel pueri, ut sane a doctissimo viro observatum, Graece balbutire discunt et viri vel generosissimi et in amplissimis locis constituti id sibi honori ducunt, ut etiam magis doctrina atque eruditione et Graecae linguae cognitione, omnium doctrinarum fonte, quam gente et divitiis ac dignitatibus superent.

Equidem ope codicum MSS. textum innumeris in locis, quae aut vitiosum aut nullum etiam funderent sensum, ita emendavi, supplevi, auxi, ut prope novus videatur et nihil iam fere supersit, quod lectorem remorari possit. Ad hoc praestandum usus sum Codd. Regiis qui notantur 2551. 2720. 2860 et 3052, et variantibus lectionibus, quae occur-

runt in Cod. Reg. 3076, olim Philiberti de la Mare, in quo praeter cetera continentur variae lectiones in Cornuti librum de natura deorum, e vetusto exemplari, quod fuit penes Henricum Scrimgerum, excerptae, et variantibus lectionibus Cod. Reg. 3078, olim eiusdem Philiberti de la Mare, in quo habentur variae lectiones in Cornutum, Palaephatum et Gregorium Nazianzenum, a Claudio Salmasio excerptae e veteri codice, quem Sylburgi fuisse suspicor ob ea quae habet in Ἅιδου post καὶ τῶν φροντίδων „et sic imperfectus hic manet Sylburg". Et horum quidem codicum usuram debeo clar. Capperonnerio et Begoto, bibliothecae Regiae doctissimis custodibus, viris de litteris litteratisque omnibus praeclare meritis, et quibus plura debeo quam ut hic commemorare possim. Usus sum et collatione quinque codicum bibl. Mediceo-Laurentianae, quam debeo humanitati illustrissimi viri et egregia eruditione pariter ac insigni, qua praefulget, dignitate conspicui Angeli Fabroni, hunc favorem mihi conciliante charissimo et clarissimo collega in Academia humaniorum litterarum Parisiensi, abbate le Blond, viro inter paucos in antiquitatum et numismatum cognitione peritissimo et ad omnia officia promptissimo, qui me semper humanissime libris bibliothecae Mazarineae, cui praeest, adiuvit. Horumce quinque Codicum Florentinorum primus ab eo, qui hasce variantes mihi descripsit, designatur sub numero 37 plutei 31; secundus sub num. 20 plutei 56, tertius sub num. 13 plutei 58, quartus sub num. 9 plutei 60, quintus sub num. 24 plutei 57. Augustani codicis collationem debeo praestantissimis viris et de litteratura omni egregie meritis et nomen immortale consecutis, Stoebero et Urlspergero, intercedente clar. Oberlino Strasburgi bibliothecario, doctissimis operibus merito celeberrimo et nobiscum longo usu coniunctissimo, qui me omnibus cumulavit officiis cuiusque amicitiam omni auro pretiosiorem duco. Harum variantium lectionum e codice Augustano describendarum molestam sane provinciam in se suscepit Ioh. G. Schneider, de cuius immensa eruditione, sagacitate critica paucis concessa et elegantissimis operibus

plura nec umquam tam docto viro satis digna praedicare vellem, nisi suum ille mihi Marcellum Sideten Plutarcho de liberorum educatione coniunctum sic mihi dedicasset, ut illius praeceptor Io. Iac. Reiske, qui ad hanc editionem Cornuti curandam mihi auctor fuit, cuiusque mortem quotidie doleo, suum Dionysium Halicarnasseum, cuius Antiquitates iam typis excusae sunt, meo, quod sane nullum est, nomini inscribere non dedignatus fuit. Alium codicem bibl. Augustanae, qui inscribebatur *Πολυδεύκους Φουρνούτου* cuiusque meminit Fabricius L. III. c. 15. p. 399, hodie in hac bibliotheca desiderari rescivi ab iisdem clar. viris Urlspergero, Oberlino, Stoebero et Schneidero, qui omnem ad hunc reperiendum lapidem moverunt. [Praeterea usus sum] varietatibus lectionum codicis, cuius ope Iac. Tollius in Fortuitis sacris plurima Cornuti loca emendavit, quemque eundem esse puto ac Phornuti *ἀπόγραφον*, quod e veteri libro Londinensi sibi suppeditasse Claudium Salmasium scribit Cornelius Tollius ad Palaephatum, ubi novam, quam non dedit, promittit Cornuti editionem. Omnium quoque criticorum recentiorum libros excussi, ut ex iis ea excerperem, quae ad emendandum Cornutum attulerant.

Variantes lectiones quae frugis erant in textum receptae quum prorsus alium ac multo emendatiorem constituant, coactus fui novam quae illi respondeat componere versionem. De prioribus, quae pessimae erant, loquitur Gale ad ed. Cantabr.

EPIMETRUM EDITORIS.

De Cornutiani libelli argumento et indole ipsi quo minus continua oratione verba faceremus, otium nobis fecerunt et quae Villoisonus Prolegomenis, et quae Martinius libro toties laudato erudite disputavit, ita ut ad partes meas pauca esse relicta videam, brevi disputatione hic absolvenda. Ac duo inprimis sunt, de quibus quaerendum videtur, ac primum de opusculi, quale nunc quidem exstat, forma deque auctoris consilio, quo perspecto apparebit, totius libelli rationem eam esse, quae iudicis vel paullo severioris censuram eludat. Quum enim supra iam monuerim fuisse, qui in eo iustam argumentorum dispositionem desiderarent, ita ut farraginem ex capitibus singulis sine arcto materiae nexu congestam existimarent, quam indigestae molis speciem totum librum obiter inspicienti offerre negari nequaquam potest: tamen, sublatis singulorum capitum distinctionibus, quas a Cornuto profectas non esse ad cap. 1 init. monitum, rem, si paullo diligentius examinaveris, prorsus aliter habere facile apparebit. De ista vero operis descriptione in singula capita, quibus singula argumenta tractari videantur, ut primum dicam, eam librariorum sapientiae deberi, tum ex eo certissime colligitur, quod ea operis distributio in codd. minime una eademque servatur, ut v. c. cap. 2 init., ubi v. Gale, vel c. 9, verbis *οὕτω δέ*, ubi v. p. 29, vel c. 27, ubi v. p. 152, tum ob constructionem verborum a fine capitis in sequens continuatam, ut c. 25. 26. 27, ubi vide p. 139. 144 et 148 notata. Remotis igitur capitum sectionibus prodit libellus uno tenore conscriptus, in quo quae ordinem eius iustum ac processum turbare

videntur, si quo consilio ille scriptus sit memineris, facillimo negotio expediuntur, et ita quidem ut his impedimentis de medio sublatis plane nova opusculi ratio cognoscatur. Etenim quum verissimum sit, quod Villoisonus in Prolegomenis demonstravit quodque ipsi etiam firmius corroborare studuimus, contineri eo libello theologiae Stoicae doctrinam, ex maiorum gentium Stoicis, praesertim ex Chrysippi placitis in formam compendii relatam, ea doctrina qualis sit quaerenti statim occurrit, haudquaquam Stoicorum esse potuisse, ut in explicanda ea in solis deorum muneribus et facultatibus, quales vulgi opinio sibi informasset, illustrandis unice consisterent, sed ut ab eo exorsi, a quo Stoico exordiendum erat, h. e. a generali dei notione, huic omnia ista, quae a vulgo diis attribuerentur, ex illa apta subiungerent. Summa vero theologiae Stoicorum, ut egregie Villoisonus de Theol. phys. Stoic. demonstravit, eo comprehendebatur, quod unum idemque numen esset, quod iidem vel mundum, vel mundi animam vel rationem divinam appellassent, quodque quum omnes rerum naturae partes permearet et agitaret, variis innumerisque facultatibus praeditum esset. Has cerni aiebant variis muneribus operationibusque, quae quamquam proprie ab unius dei facultate promanarent, tamen singularum speciem prae se ferrent nominibusque singulorum deorum variis insignitae essent. Hos esse quos vulgus deos putaret, atque tot quidem inventos quot nosset varias virtutes divinas: de quibus quae antiquitus traderentur, ea cum ipsorum de summi dei natura et ratione conciliaturi simulque sese vulgi opinioni applicaturi explicandi genus tam allegoricum quam etymologicum ita adhibuerunt, ut quum quaeque munera divina diversorum deorum propria ex uno fonte promanasse illucque reverti artificiosius quam verius docere studerent, ingenio saepe abusi exstimandi sint. Itaque Stoico res divinas explicaturo et eo quidem modo compendiario et ad adolescentulorum instituendorum captum accommodato, quo uti Cornutum voluisse ipse eius liber abunde testatur, singulorum deorum res non seorsim vel singulis capitibus ex-

ponendae erant, sed ita de iis agendum erat, ut quorumque virtutes, quae specie singulares esse viderentur, unius eiusdemque numinis partes vel facultates esse demonstraretur. Quod reapse fecit Cornutus, cuius opusculum si coacta argumenti expositione nunc perlustraverimus, simul effectum iri speramus id quod demonstraturi sumus, ut omnia eius operis membra ex ordine suo disposita esse iunctaque ea unum efficere corpus integrum et sibi constans appareat. Naturam igitur unius maximi dei variasque eius formas interpretaturus, Cornutus recte a mundo eiusque anima, a qua omnia gubernentur, quamque Iovis nomine appellemus, exorsus, discrimine inter aethera et aëra, quorum hunc Iunonem, illum Iovem esse perhibet, facto, horum deorum ortum ex Crono et Rhea repetit iisque adiungit consanguineos Neptunum et Plutonem, quippe cuius familiae facultatibus elementa, quibus mundus constet, universaque rerum natura circumscribatur perpetuoque motu et mutatione mutua agitetur, c. 1—7. His subiuncta aliorum sententia de Oceano omnium rerum auctore c. 8, ad Iovem summum, ut qui in summa mundi parte sedem habeat, deum reversus c. 9, varias huius virtutes et munera exponit, quae inter quum etiam ultoris scelerum officium contineatur, Erinnyum, quibus negotium illud maxime demandatum sit, mythologia adiicitur c. 10, qua absoluta ad Iovem c. 11 *) reversus, clementem eum et in poena remittenda facilem exhibet, quippe precibus exorandum, quas nomine *Λιτῶν* c. 12 pertractat, ita ut ipse sors hominum esse videatur, *μοῖρα*, quae *Μοιρῶν*, de quibus c. 13 agit, specie appareat. Ut vero sic vitae recte instituendae provisum sit, ita quum ad bene vivendum liberaliore institutione per artium litterarumque studia con-

*) Inscribitur hoc caput, ut etiam c. 9, *Ἔτι περὶ τοῦ Διός*, aperta librariorum interpolatione, qui ordinem, ex quo interpositae ceterorum deorum rationes suspensae essent, ignorarent. Cuius generis interpolationum exemplum ipse Codex Reg. 3076 c. 9 praestat, ubi v. not. p. 29. Similis corruptelae index eadem particula *ἔτι* exstat c. 12, ubi v. p. 37. Aliud insignis interpolationis exemplum c. 2. p. 8.

ficienda opus sit, Cornutus pergit ad Musas, c. 14, hinc ad Gratias c. 15, utpote cum illis natura et munere coniunctissimas, quarum utrarumque dearum genitor item Iuppiter perhibetur, Mercurio, cuius facultates subsequente cap. enarrantur, Gratiis ideo statim ducis instar et praesidis adiuncto, quod in beneficiis recte collocandis, quod in primis Gratiarum sit, ratione (λόγῳ), quam Mercurius repraesentet, utique opus sit. His absolutis, quae omnia ad Iovem tanquam auctorem primarium referuntur, corollarii in modum c. 17, quod περὶ τῶν παραδεδομένων μύθων absurde inscribitur, comprehenduntur omnia ea quae ad Iovis Iunonisque facultates plane pernoscendas restant et quae in physica potissimum horum numinum natura versantur, qualia sunt Iuno a Iove catena suspensa, res Titanum, Terrae affectiones, alia eiusdem generis ex physica theologiae ratione repetita, quibus absolvitur id, unde auctor exorsus erat, a demonstranda summi dei notione, quatenus ea in Iove atque in Iunone cernatur. Quibus adiungitur c. 18 Prometheus ut qui nihil aliud sit quam intelligentia (σύνεσις) et providentia, quibus facultatibus quum opus sit ad artium inventionem, transitus paratur ad Vulcanum et Minervam, quorum res in ambobus capitibus subsequentibus tractantur: quorum quum huius propria φρόνησις et ἀγχίνοια sit, illius tractatio ignis, ratio ideo ad Iovem pariter pertinere intelligitur, quod is idem sit cum aethere et igne purissimo: unde et Minerva a Iove nata, Vulcanus a Iunone, vel simul etiam secundum quosdam a Iove dicantur. Praeterea mentione bellicae Minervae sub calcem capitis facta, sequente cap. recte adiungitur Mars, qui et ipse Iovis filius est, atque a patre in mandatis habet, ut dissidiis inter homines per ipsum excitatis, et fortitudinem ipsi colere pacisque suavitatem adamare discant. Profligata iam hac prima operis parte, qua quae ad Iovis Iunonisque stirpem pertinent comprehenduntur, ad ceteros Croni et Rheae natos Cornutus transit, initio a Neptuno, Iovis fratre, c. 22, ut par erat, facto. Atque ad alteram quasi operis partem se iam properare, ea ratione, qua hoc caput exorsus est, ipse significasse videtur. Neptuno

iam, qui humidae naturae praefectus dicitur, una cum iis, qui eiusdem familiae sunt, quales Trito et Amphitrite, pertractato, Cornutus ad ea numina pergit, quae Neptuni naturae plus minus affinia sunt, ut ad Nereum c. 23, ad Venerem c. 24, quae non aliam ob caussam in mari genita dicitur, quam quod ad omnium rerum procreationem motu et humore opus sit. Veneri apte subiungitur c. 25 Amor, ut qui a nonnullis pro toto mundo habeatur suaque natura motus imaginem exhibeat. Item mundi symbolum Atlanta esse docetur c. 26, sed ob firmam stabilemque eius naturam, qua coelum et terram continere valeat: item Pana c. 27, qui idem ac *τὸ πᾶν* sit; cui fortasse et Priapus, cuius fabulas eodem cap. tractat, non absimilis fortasse sit, quoniam eius sit, omnia in lucem protrahere. Sequitur, ut quum sermo ad terrae sustentationem terrestriumque rerum procreationem et proventum delatus sit, de Cerere et Vesta, quae ab ipsa Terra nihil differant, dicatur, quod c. 28 ita fit, ut quae Cerere adiuvante ex terra procreata sint, custodiae et praesidio Horarum, quibus conservandi natura datur, c. 29 amandentur. His c. 30 propter eandem conservandi facultatem, praesertim in tuendis arboribus mitibus conspicuam, Bacchus adiungitur, qui, istis virtutibus instructus, pacis maxime muneribus iuvandis praepositus sit. Quo deo una cum omni eius comitum caterva absoluto, Herculis, de quo agitur c. 31, nomine vim naturae invictam, quae omnibus eius partibus robur et firmitatem sistat, tractat, inde c. seq. ad Apollinem et Dianam proficiscens, quibus quum solis et lunae symbola contineantur, horum ratio et effectus, quatenus is in animantia terrestria vim habeat, cummaxime spectatur, inprimis vero Apollinis ratione habita: nam mentione ibi etiam Paeanis, dei averrunci, facta, quum oratio ad Aesculapium, Apollinis filium, qui c. 33 absolvitur, ultro deflexerit, redit c. 34 ad Dianam peculiariter tractandam. His extremo loco et capite quidem ultimo Hecate, quae praecedentis fine memoratur, sponte eo ducente, adiiciuntur quae de Plutone, ultimo Croni et Rheae filio, cuius iam supra c. 5, ut par fuerat, mentio facta fuit, tradita sunt,

quaeque ea quae sub terra sunt omnia, h. e. inferum comprehendunt.

Alterum, de quo disserendi locum mihi relictum video, ad commentarios in Persium, Cornuto vulgo adscriptos, spectat, de quibus quum supra iam commodiore loco me expositurum pollicitus sim, id nunc exsequar, contentus, si qua attulero, quibus Martinii sententia mihi plane probata etiam firmius stabiliatur. Etenim commentariorum illorum sive scholiorum quum iam olim de origine dubitatum esset et Casaubono maxime auctore plurimi Cornutum philosophum cum iis quicquam commune habere negassent *), oblocutus recte est Martinius p. 96 eamque contra sustinuit sententiam, ut genuinis interpretis verbis multa posteriore tempore aliena accessisse censeret. Quae sententia profecto maioris et modestiae et diligentiae nomine commendatur quam quae nostro tempore VV. DD., re a nemine quod sciam accurate explorata, statuerunt. Ut omittam Passovium, cui ad Persium p. 142 non satis probabile videbatur, magistrum in discipuli opus commentatum esse, nostra aetate E. Guil. Weberus Corp. poet. Lat. p. XLVII ea scholia tanto nomine, quantum fuerit Annaeo Cornuto, indigna censuit, adstipulante Baehrio Gesch. d. Röm. Litt. p. 175. His etiam confidentius, quo auctore fretus nescio, Pinzgerus monuit in Zeitschr. f. d. Alterth. 1835. No. 30. p. 247, quo minus pro spuriis habenda illa scholia sint, hodie vix ullum dubitare, dum multo cautius Plumius iam ad Persium p. 372 pronuntiaverat, scholia in Persium, quae Cornuti nomen prae se ferrent, ea certe forma, qua hodie exhiberentur, ab auctore non videri profecta. At contra Martinius praeter alia, quibus scite suam sententiam confirmavit, hoc demonstratum dedit, in his commentariis quaedam inesse, quae certo Persii aequalem auctorem prodant, dum alia permulta concedit iis contineri, quae inepte et insulse scripta sint, quippe a seriore manu adsuta, quae hic recitare longum es-

*) Varias superiorum sententias vide ap. Fabric. Bibl. Lat. T. II. p. 165.

set. Unum ex hoc genere addo, non solum Iuvenalem aliquoties, sed etiam Acronem grammaticum in iis laudari, quem, eius de aetate quo modo cunque statuas, Nerone imp. certe uno duobusve seculis posteriorem censebis: qua de re interim adi Parrhasii Epistolas p. 15 ed. H. Steph. 1567 (Grut. Lamp. cr. T. I. p. 735). Neque iam latet, quo modo ubi Auctor operis de natura deorum cum Persii scholiasta dissidere reperiatur, quod factum esse in origine cognominis *Βασσαρεὺς* derivanda ad c. 30. p. 219 adnotavimus, ea discrepantia componatur. Illam vero Martinii sententiam eo promptius amplectimur, quo minus dubitari potest, Cornutum explicandis discipuli satiris aliquam operam navasse, quod quum Auctor vitae Persii anonymus, ubi Persii satirarum a Cornuto retractatarum mentionem facit, breviter indicasse videtur, tum eo minus a veritate abhorret, quo Cornutum certius nunc constat interpretis partes etiam in aliis poetis, ut in Virgilio, sustinuisse. Habemus igitur, ut summam colligam, farraginem scholiorum et antiquiorum et recentiorum, quorum fundus quidem fuit Cornuti in Persium commentarius, sed ita nunc deformatus posterioribus accessionibus, ut quum alia Cornuto deberi in compertis habemus, alia aperte temporis recentioris esse convincantur, multa denique reperiantur, quorum de auctore, utrum ea a manu Cornuti profecta sint, nunquam diiudicari possit. Quae scholiorum ratio eo insuper satis cognoscitur, quod non eadem eorum est in quoque codice conditio, sed ea modo contractiora modo uberiora in variis codd. exhibentur; quorum magna pars ne adhuc quidem publici iuris facta est, ita ut etiamnunc plena horum commentariorum collectio desideretur. V. Passov. l. l. Otho Iahn in Zeitschr. f. d. Alterth. 1838. No. 130. p. 1049. Illam vero sententiam tamdiu tenebimus quam meliora ab Iahnio edocti fuerimus, qui l. l. aliquando se demonstraturum pollicitus est, a Cornuto quidem quopiam ea scholia profecta esse, sed non a philosopho illo, immo ab alio cognomine medii aevi viro; quae opinio quibus sese tueatur argumentis, ea ne divinare quidem nunc valeo. Sed omnia ista, quae de scholiorum

Persianorum origine et conditione monui, quo minus diligentius persequar, otium mihi fecit C. F. Hermannus Disputatione de scholiorum usu in Persii satiris emendandis supra iam laudata, qui totum hunc locum accurate pertractavit eandemque sententiam se amplecti professus est: quae disputatio in vulgus emissa, quum quae supra posui multis annis ante scripta fuissent, comparantem docebit, acta me non egisse, quum quod ipse olim chartis mandaram, nunc in vulgus exire iusserim. At vero in hac caussa ulterius fortasse, quamvis coniectando, progredi licet. Laudatur a Fulgentio Expos. serm. ant. in Mythogr. Lat. ed. Staveer. p. 775. v. *tittivillitium* haec: *Nam et M. Cornutus in Satira ait: tittivilles* *), *Flacce, do tibi.* Quid hoc? Num satiras Cornutus scripsit? Potuit quidem; sed non est admodum probabile: neque magis commendatur sententia eorum, qui, ut Martinius p. 100, ad instituendum Persium de natura et indole satirae Romanae quiddam Cornutum composuisse vel, quae est Casauboni de Sat. Rom. II, 3. p. 235 ed. Creen. coniectura, Persium ut exerceret in scribendis satiris, Cornutum exempli caussa satiras scripsisse censeant; nam ne sic quidem tali scripto *satirae* nomen convenerit. Quum vero semel propria tituli illius notio deserenda est, facile adducor ut nomine *satirae* nihil aliud dicam significari quam Cornuti in satiras Persii sui commentarium. Cui coniecturae si quid tribuendum, patet verba illa a Fulgentio laudata ex praefatiuncula esse, quam opusculo suo auctor praefixerit, et in qua Persium quamvis mortuum allocutus (nam eo vivo non probabile a Cornuto aliquid de Persio vulgatum esse) ipsius commentarius, cuiuscunque demum formae fuerit, quum praesertim cum ipsis satiris Persii contendatur, quam vilis sit pretii, ingenue simul confessus sit. Quid? Nonne rei consentaneum videbitur, Cornutum, etsi teste Anonymo in Vita Persii post mortem Persii primum suaserat, ut poetae reliquiae abolerentur, tum quum mater vulgandas certe satiras constituisset, comitem iis dedisse commentarium,

---

*) *Titi villos* legendum proponit Gronov. ad Plaut. Cas. II, 5, 39.

quo imperfectum opus hic illic emendatione tentaret, quod uno saltem loco eum fecisse ex eadem Vita constat, vel illustraret? Qua de laboris a Cornuto confecti ratione quomodocunque iudicaveris, satirarum librum antequam vulgaretur eum retractasse certum est: v. Iahn. ad Persium p. XLV. Hunc vero si audiamus p. XXIII, cui fragmentum illud a Fulgentio fraudulenter fictum videtur, omnia quae supra coniecimus concidunt: qua de re certum iudicium non ante ferri poterit, quam de Fulgentii auctoritate, de qua inter V. D. adhuc lis est, decretum fuerit, quod est altioris indaginis quam ut rem Iahnii expositione confectam existimem. At non solum haec, quae modo statuimus, sed omnia quae de scholiorum illorum ratione cum aliis censuimus, vana et falsa, si quidem vera aut saltem probabilis videatur eiusdem Iahnii sententia in Praefatione ad Persium suum enucleate exposita: in qua vir eruditissimus quum a recta via plane aberrasse videatur, ei refutandae eo maiore cura illaborandum est, quo plures vel rei novitate vel speciosorum argumentorum fuco fallere possit. Sed quae multis verbis Iahnius exposuit, ea, quo rei ratio vera clarius perspiciatur, contrahenda ac summatim examinanda videntur.

Iahnius igitur p. CXV ab eo profectus, quod Persii scholiis, quae dicantur, fundamento fuisset commentarius ab uno quodam auctore et quidem perpetuus, qui dicitur, conscriptus, quae sententia non ita certa est, ut in dubium vocari nequeat, tria haec posuit, commentarium scriptum esse tempore non ita antiquo neque a grammatico vera doctrina praedito, referri ad auctorem Cornutum, inesse ei autem quaedam, quae antiquam originem prae se ferant: quibus componendis ait demonstrandum esse, fuisse Cornutum quendam iuniorem, eoque tempore, quod ab his studiis et simili doctrinae ratione non abhorreat, et quae in eius commentariis insint antiqua, probabiliter ad veterem aliquem doctum grammaticum partim quidem referri posse. Huic probationis rationi rite ut satisfaceret, Iahnius in sequentibus demonstrare omni modo et quidem perdocto ac laborioso studuit, Caroli Calvi temporibus Cornutum quendam

grammaticum vixisse, quem iure pro commentarii perpetui auctore haberi posse veri quam maxime simile sit, illam vero scholiorum partem, quae antiquiorem originem prodat, ex Valerii Probi Berytensis grammatici commentariis olim in Persium scriptis sublectam esse. Haec est summa sententiae a Iahnio propositae, speciosis quidem sane argumentis sustentatae, nec tamen tam gravibus, ut a vulgari opinione sine mora discedere cogamur. Atque proinde a nemine non intelligitur, quum non modo simpliciter Cornuti alicuius, sed Annaei Cornuti, et quidem ita ut philosophus Persiique magister significetur, nomine commentarius iste in plurimis codicibus inscribatur, sed etiam Persii hunc magistrum in discipuli satiris vulgandis adornandisque operam dedisse satis superque constet, hanc veterum famam non posse aliter repelli quam demonstrando, vel Annaeo Cornuto commentarium prorsus esse indignum, vel argumenta, quibus commentarium recentiori Cornuto adscribendum esse probetur, tanti esse momenti, ut nisi qui pertinace mente omnino fuerit ipsorum pondere non persuadeatur. Iam quod primo loco posui, id quum ex iis, quae de illorum scholiorum indole in superioribus allata sunt, tum maxime ex ipsa Iahnii confessione satis profligatum videtur, ut nihil addi opus sit. Nam quum ipse diserte affirmarit, inesse in scholiis nonnulla, quae ab antiquo grammatico necessario repetenda videantur, nihil caussae est quo minus eam scholiorum conditionem, quam supra exposuimus, cuiusque rationem et originem in plurimis eius generis commentariis obtinuisse idem Iahnius p. CXIV agnovit, esse negemus. Cui sententiae praeter illos viros doctos, quos supra commemoravi, alios quoque adhaesisse atque hos inter Creuzerum quoque, quem honoris caussa appello, monuit idem p. CXIV. Quae quum ita sint, de alterius argumenti, quod posui, gravitate quaerendum, et primo quidem de altero Cornuto illo, quem Iahnius sibi finxit, iuniore. Atque totius argumentationis fundamentum nititur eo, quod qui in codice quodam bibl. Bernensis commentarius in Iuvenalem exhibetur, quem in eodem continuo ex-

cipiat alius in Persium Cornuti nomini adscriptus (v. p. cxvi), idem sit cum eo, qui in aliis exemplaribus Cornuto vindicetur, in Laurentiano quodam haec in fronte ferente: *Cornuti expositio super toto libro Iuvenalis* (v. p. cxviii); hunc vero commentarium temporibus Caroli Calvi confectum esse, Iahnius p. cxxvii colligi certo ait ex scholio eius commentarii ad IX, 37, quo auctor Hierici alicuius *), quo magistro usus sit, mentionem iniiciat, quem nihil obstet quo minus eundem putemus esse cum monacho quodam illis temporibus vivente, *Herico* vel *Heirico* appellato; cui argumento porro favere (v. p. cxxvii), quod Cornutus illius commentarii auctor ad III, 33 recentissimum se aetate et Christianum quidem prodat. His pro certo positis concluditur p. cxxxi, commentarios et in Iuvenalem et in Persium scriptos, quum praesertim illorum hi indole non dissimiles sint, summa cum veritatis specie ad eundem Cornutum referendos esse. Sed omnia haec calidius in rem probandam atque speciosius disputata mihi quidem videntur. Ut primum non urgeam, an revera monachus ille significetur, ob diversam nominis formam dubitari posse: gravius est, immo gravissimum, et in quo totius argumentationis cardo vertitur, numne commentarius ille in Iuvenalem reapse Cornuto cuidam adiudicandus sit, id quod extra omnem dubitationem positum esse, Iahnius sibi persuasit. Quod ut verum existimemus tantum abest, ut, re diligentius explorata, longe alia eius commentarii ratio fuisse videatur, qua ea ipsa sententia, quam post alios nos quoque tenendam diximus, egregie sustentatur. Quum enim singulae tantum Cornuti alicuius observationes sparsim in commentario afferantur, quantum quidem ex speciminibus scholiorum a Iahnio exhibitis colligitur, permirum est Iahnium non animadvertisse, falsam esse eius inscriptionem, quandoquidem omnia, quae commentario contineantur, ad Cornutum referenda esse ea indicetur, immo

*) Verba sunt: *Unus pes deest versui Graeco, quem magister Hiericus scire non potuit.* Ita Cod. Paris. et Laur. et Bern.; in hoc tamen *Hircus.*

patet conformatam eam esse ad clarum eius grammatici nomen, quo in concinnando commentario auctor quicunque potissimum usus sit. Itaque ut commentator Herici vel Hierici fuerit discipulus, quod lubenter concedimus quoque concesso pro certo sane habendum, commentarium Caroli C. fere aevo adornatum fuisse: tamen Cornutum illa aetate quempiam fuisse, haudquaquam probatum est, atque notandum insuper, duobus illis scholiorum locis, ex quibus Cornutum Hierici discipulum atque recentissimum et Christianum Iahnius efficere studuit, Cornuti nullam fieri mentionem *). Igitur Cornuto illo iuniore recte, ut videtur, de medio sublato, habemus iam eum totius caussae statum, ut tametsi nova exoriatur quaestio, quo modo commentarius in Iuvenalem Cornuti nomini inscribi potuerit, quam difficultatem ita facile expediri posse existimo, ut a commentarii in Persium, qui in codice illum sequitur Cornutoque vindicatur, inscriptione nomen auctoris adscitum sit, tamen, hac de coniectura quidquid statuas — nam haec enodare meum non est —: disputatio nostra ad Cornutum veterem ultro revocatur, tum demum omittendum et cum Valerio Probo commutandum, quum illi locum dari nullo pacto posse demonstratum fuerit. Hoc autem adhuc demonstratum non

---

*) Priore loco quae in cod. Bern. leguntur, non quod decurtata Iahnius p. CXX ea affert, sed ut uno exemplo demonstrem, nonnulla Cornuti nomine proferri, quae antiquam doctrinam indubie sapiant, pleniora ex Sinneri Catal. p. 503 describere iuvat: „Apud antiquos servi qui emebantur sub hasta emptoris domini transire cogebantur. Idem est autem, ut ait Cornutus, sub corona vendi quod sub hasta transire; sub corona vero vendi dicebantur, quia imponebatur capiti eorum ramusculus arboris etc. Hoc tractatum est a Iugurtha rege Numidarum; cum enim esset Iugurtha in — Albinus Spurius et Aulus frater eius missi sunt cum magna legione; demum in tempore comiciorum Albinus Romam rediit; volebat enim scire si Romani vellent amplius eum regere consulatum. Interea Aulum obsedit Iugurtha, cuius legio voluit sese dedere Iugurthae; sed Iugurtha eos recipere noluit nisi in servitutis signum sub hasta ipsius transirent, quod ita factum est. *Dominam* autem dicit hastam, quia dominos facit."

est: immo quum in scholiis Persii concessum est nonnulla inesse, quae Probum merito auctorem habere possint, nihil impedit quo minus ea a Cornuto haud ita multum antiquiore profecta esse sumamus: quae sententia insuper ex eo nonnihil praesidii nanciscitur, quod cuius Cornuti commentarius ille sit ut significetur, adiecto *Annaei* nomine in cod. Bernensi declaratum est. Iam quum nulla caussa sit, quod de alio commentarii fundamento anquiramus, tamen operae pretium videbitur in examen vocare ea, quibus Iahnius p. CXXXVI sq. demonstrare studuerit, quae antiqua in scholiis reperiantur, ea omnia a Valerio Probo repetenda esse. Atque nititur omnis eius sententia eo, quod Vita Persii, Suetonio vulgo adsignata, in codicibus ita inscripta feratur: *Vita A. Persii Flacci de commentario Probi Valerii sublata*, quod quum ita explicari posse videatur, ut eius vitae argumenta singula ex diversis Probi adnotationibus, quas ad Persium chartis mandasset, congesta sint, id quamquam in hac explicatione, ipso Iahnio monente, loco vocis *sublata* aliam, veluti *collecta*, exspectasses, tum demum pro vero haberi poterit, quum demonstratum fuerit, commentarium in Persium a Valerio Probo reapse scriptum fuisse. At hoc ipsum, quamvis ab eadem illa inscriptione suppeditatum, quominus credamus, multae caussae obstant. Non obiiciam, ut nihili Iahnius fecerit, quod in codice Bernensi *Annaei* Cornuti nomine commentarius in Persium inscriptus est, eodem iure etiam hic suspectum videri posse *Valerii* nomen, a librario docto adiectum, quemadmodum idem in cod. Bernensi acciderit; neque equidem urgebo, commentarium in quempiam scriptorem Valerium Probum scripsisse, id prorsus adversari iis, quae de studiis eius litterariis Suetonius in eius vita tradidit; possunt enim ista verba non accurate a librario scripta putari: at gravius est quod idem Suetonius narrat, primum *nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidisse, reliquisse autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui*, ex quibus certo colligitur, Probi lucubrationes in explicanda notandaque sermonis indole cummaxime sese continuisse; quod etiam

haec Suetonii verba aliquantum firmant, *multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et adnotare curavit, soli huic nec ulli praeterea grammatices parti deditus*, ita ut Probus non alio quam grammatici proprie dicti nomine dignus esse videatur. Iam quae in Vita exponuntur, ad rem domesticam et litterariam Persii amicorumque tantum non pertinentia omnia, si comparaveris, num credi posse videtur excerpta ea esse ex adnotatione arida illa Probi mere grammatica? Adde mirum videri debere, quod quum quosdam poetas, in quos Probus commentatus est, aliunde novimus, Virgilium, Terentium, de quibus v. Iahnium p. CXL, curarum eius in Persium alioquin nulla fiat mentio. Denique adiicio quod gravissimi in hac re momenti esse videtur argumentum, a Iahnio quidem non neglectum, sed extremo loco, fortasse quod eo pondere totum ipsius aedificium artificiosius exstructum obrutum iri praevideret, positum p. CLVII. Refert enim Parrhasius epistolis (Grut. Lamp. T. I. p. 735): „Incidi in Probi grammatici commentarios in primam Persii satyram, *non illos qui Cornuti nomine circumferuntur*, et quos Hermolaus ut Probi citat II castig. in Plin. in verbo *Barba*, sed alios longe maiori cura ac ingenio compositos" etc. Haec quum nullo modo ad Berytium referri posse ipse Iahnius concesserit, quumque nulla caussa sit, quod Parrhasio, homini minime mendaci, fidem denegemus, patet de iuniore Probo omnino cogitandum esse, eo facilius admittendo, quo plures eo nomine grammatici recentiore aetate fuerint, quorum unus istorum commentariorum auctor haberi potest. Simul vero etiam patet, haud levi premi suspicione interpolationis nomen illud *Valerii* Probo in codd. adiectum, de quo dubitari posse iam supra adnotatum est. Quidquid vero huius rei est — nam multum abest ut expedita videatur, immo tantis tenebris ea obruitur, ut certi ego quidem nihil dispiciam — in luce clara positum esse videtur, Cornuto commentarii illi si quidem eripiendi sunt, cuius nomini adsignandi ii sint, minime constare, nulli vero minore cum probabilitatis specie quam Probo Berytio tribui.

CORNUTUS

DE NATURA DEORUM

EDIDIT

FR. OSANN.

ΚΟΡΝΟΥΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ

ΦΥΣΕΩΣ.

ΚΟΡΝΟΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ ΦΥΣΕΩΣ. †

Caput I.

[Περὶ οὐρανοῦ. *]

Ὁ οὐρανὸς, ὦ παιδίον, περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν καὶ τὴν P. 139 ed. Gale.

† [Gyraldi cod. et Ox. α consentiunt cum impressis. Ox. β. Flor. Ravii cod. et Vaticanus legunt, *Κουρνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδιδομένων.* atque ita ipsum scripsisse credo Phurnutum; nam *περὶ οὐρανοῦ*, ut habet alius codex Oxon., est primi capitis titulus. Ger. Vossio placet titulus impressus. Theodoretus Therap. 3 et Etym. in *Ζεύς*, *περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας* inscribunt, brevitatem quaerentes. Fuit huic praenomen *Πολυδεύκης*, cujus *περὶ μύθων* in Vat. non videtur alius ab hoc libro. Tribuitur huic quoque *δωδέκαθλον* Herculis in cod. Veneto; sane immediate praemittitur huic operi in cod. Ox. α. ut edidit Allatius. Vid. Gesneri Bibl. in *Phurnuto*, *Polydeuce* et *Cornuto*. GALE. De omnibus his vide Prolegomena.]

* [Hanc et reliquas praescriptiones, quae singulis capitibus vulgo praemittuntur, Villoisonus delevit, quippe ab auctore ipso non profectas, qua de re vide quae de compositione operis in Prolegomenis exposui. Servavi tamen lectorum in commodum, cancellis inclusas.]

[*Ὁ οὐρανὸς*] Abest articulus a Par. 2 et Monacensi cod. 567, de quo v. Praefationem.]

παιδίον] Tres Codices [Laur. 4. Par. 2, quorum de lectione v. Prolegomena Villoisoni] addunt *Γεώργιε* post *παιδίον*. Infra c. 28 *ὦ παῖ*. [ubi vide. Nos nomen Georgii licet a Villoisono in contextu servatum inque duobus insuper Galei MSS., Oxoniensi et Gyraldi, repertum cum Galeo delevimus ut subdititium, qua de re v. quae ad Villoisoni Prolegomena monuimus. Ab August. alteroque Monacensi Regio 536, de quo v. Praefationem, diserte abesse dicitur.]

θάλατταν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐν θαλάττῃ πάντα· καὶ διὰ τοῦτο ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, οὗρος ὢν ἄνω πάντων, καὶ ὁρίζων τὴν φύσιν. Ἔνιοι δέ φασιν ἀπὸ τοῦ ὡρεῖν αὐτὸν ἢ ὡρεύειν τὰ πάντα, ὅ ἐστι φυλάττειν, οὐρανὸν καλεῖσθαι· ἀφ' οὗ καὶ ὁ θυρωρὸς ὠνομάσθη, καὶ τὸ πολυωρεῖν. Ἄλλοι δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι ἄνω

[περιέχει] Augustanus περιέχοι.]

[θάλατταν] θάλασσαν Par. 1. 5. 6. Laur. 1. 3. 4, eandem formam per totum opus, ut videtur, servantes, quamquam hoc quoque loco adnotatum non reperio, ubi repercro sedulo moniturus; alteram reliqui, quantum ex Villoisoni silentio colligitur, Codices, et in his optimi Par. 2 et 4. Qua in scripturae inconstantia cum Rudolpho in Beckii Comm. soc. phil. Lips. Vol. IV. p. 97 facio, in negotio admodum lubrico eum versari statuente, „qui contra librorum scriptorum fidem auctores ad grammaticorum praeceptionem corrigat". Sic infra c. 23. Codd. omnes θάλασσα. Cf. Ast. ad Plat. Rep. I, 7. p. 342. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 392. 395.]

[καὶ τὰ ἐπὶ] Copula a Par. 6 abest.]

καὶ διὰ τοῦτο] Hancce copulam, quae ab Edd. aberat, e novem Codicibus restitui. [Par. 2. 3. 4. 5. 6. Ceteri quatuor Codices qui sint, ignoro.]

οὗρος] In quibusdam codicibus ὅρος. [Par. 2 et Laur. 4. V. Animadv. In sequentibus post ὢν excidisse τῶν, credibile est et comprobatur loco Libri de mundo in Animadv. allato.]

δεχόμενος] An forte δεχομένων. Gyraldus noluit vertere hunc locum. Ego λειπομένων in versione expressi. GALE. Postrema pertinent ad λεγομένων; vertit enim: „et plures quam relinquuntur". Correctione nulla opus esse, nunc patet revocato πλειόνων ex Par. 4. 5. Laur. 1 et 3, cuius loco vulgabatur πλείονας, quos Villoisonus in Varr. lect. recte interpretatur *mortuos*, his additis: „Ios. Scaliger Coniect. in Varron. p. 123 et 124, Tanaquil Faber ad Aristophanis Concionatrices et post eum e Suida Kusterus ad v. πλειόνων in versu Aristoph. pro παρὰ τῶν νεκρῶν legunt παρὰ τῶν πλειόνων: nam, inquit Faber, PLVRES sunt mortui. Hesychius, Plautus [Trin. II, 2, 14], Pausanias p. 41. Sed horum piget. Suidas: Πλειόνων· τῶν νεκρῶν. Hesychius: Πλείονες· οἱ τετελευτηκότες. Ita Latinis dici *ire ad plures*, id est mortuos, quoniam maior est numerus mortuorum quam viventium, ad Hesychium observavit Maussacus. Videndos Suidam et Casaubon. ad Laert. I, 104 monet ad Hesych. Albert. Toto coelo hic aberravit Gale." In Schedis idem confert Alciphronis III, 7. p. 290: ἐῤῥύσατό με μέλλοντα παρὰ τοὺς πλείονας ἰέναι. Mox Gale ἀρχῶν.

δύναται δὲ καὶ] Sic cum Villoisono restitui ex Par. 2. 4 et 5. Vulgo abest δέ.

ἢ τοῦ χανδάνω] Hic mihi aqua haeret, et, ut puto, Gyraldo. Χάζω, unde κεχανδώς, est χωρῶ. Χανδὴ κύλιξ apud Eustath. An ergo ἢ ἀπὸ τοῦ χάνδου? aut χανδάνω? GALE. Postremum Galeus in Versione expressit et nos cum Villoisono in textum interim suscepimus ex Par. 2. 4 et Laur. 5. Praeterea Villoisonus in Varr. lect. scriptum ait se malle ἀπὸ τοῦ χωρέω, τουτέστι χανδάνω. Vulgatur ἢ ἀπὸ τοῦ χανδάκου. Certum est locum in genuinam formam adhuc restitutum non esse, nisi

μον ἔχειν, ἢ ἀπὸ τοῦ κεχηκέναι. Ὁ δὲ Ἀχέρων ἀπὸ τῶν γινομένων ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι ἀχῶν προσήχθη, καὶ ἡ Ἀχερουσία λίμνη. Φανερὸν δὲ πόθεν καὶ ὁ Κω-
235 κυτὸς καὶ ὁ Πυριφλε|γέθων τὴν κλῆσιν ἔσχον, πάλαι καιόντων τοὺς νεκροὺς καὶ κωκυτὸν ἐγειρόντων τῶν Ἑλλήνων, διὰ τοῦτο καὶ δαίμονας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κεκαῦσθαι καλούντων. Ἡ δὲ ἄορνος λίμνη φυσικώτερον ἴσως ἀπὸ τοῦ ἀέρος προσηγορεύθη· καίτοι καὶ τὸν σκότον ἔσθ' ὅτε καὶ τὴν ὁμίχλην ἀέρα οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, εἰ μὴ νὴ Δία οὕτως ἀπεχρήσαντο τῇ τοῦ ἀέρος ἐγγύτητι, ὡς καὶ τῶν λεγομένων φασγάνων στέφουσι τὸν Πλού-

ἀπὸ τοῦ χωρέω ἤτοι χανδάνω scripseris; nam verbis ἢ τοῦ χανδ. manifeste praecedentis verbi interpretatio continetur. Et fortasse ne haec quidem sufficiunt, quum in eiusmodi explicationibus Cornutus verborum infinitivis uti soleat.

ἔχειν] Laur. 5 ἔχων.

κεχηκέναι] Par. 2 κεχηκέναι.

ἐπὶ] Omittit Par. 4.

τετελευτηκόσι] Par. 5 τελευτηκόσι.

ἀχῶν] Par. 2 οιχῶν (ευ superscr.).

προσήχθη] Par. 4 προήχθη.

ὁ Κωκυτὸς] Abest a Laur. 3.

ἔσχον] Par. 2 et Laur. 1 ἔσχεν.

καιόντων] Addit Par. 5 male καί.

κωκυτὸν] Sic Par. 2. 4. Laur. 4 et 5. Vulgo κωκυτούς.

καλούντων] Iubente Villoisono illud reposui ex Par. 2. 4. 5. Laur. 1 et 4. Vulgo inconcinne καλοῦντες. Laur. 3 καλοῦνται. Villoisonus in Varr. lect. adscripsit: „Inepte deducit τὸ δαίμων a δαίω, incendo. Hesych. Δαῖε, ἔκαιεν. Δαίειν, καίειν, φλέγειν. Δαίων, καίων. Δαίω καὶ ἐξάπτω, et postremo Δαίμων, θερμόφρων, quam vocem ultimam in Hes. unice retinendam, nec cum clar. Biel. in θεόφρων mutandam comprobare videtur Cornutus." Genuinam vocem θερμόφρων recte nunc H. Steph. Thesauro inseruerunt editores Angl. et Paris. Reliqua a verbis ἡ δὲ ἄορνος usque ad οἷον διαναρκᾶν omittunt Par. 5 et Laur. 1.

φυσικώτερον] Par. 4 φυσικωτέρως.

ἐκάλουν] In vulgatis punctum hic positum.

εἰ μὴ νὴ Δία] Vulgo οὐ μὴν ἰδίᾳ. Quod nunc cum Villoisono restitui, offerunt Par. 2. 4. Laur. 4 et 5.

ἀπεχρήσαντο] Sic pro vulg. ἀπεχρήσατο legendum esse, iam Galeus conieceraț, nunc confirmatum Par. 4.

ὡς καὶ τῶν] Vulgo ὥς τ' ἐκ τῶν. Illud Par. 2. 4 et Laur. 5. Exemplum genitivi in hac phrasi nude positi exhibet inscriptio in Chis-

ιωνα. Στέφουσι δὲ αὐτὸν καὶ ἀδιάντῳ πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ αὐαίνεσθαι τοὺς τελευτῶντας καὶ μηκέτι διερὸν ἴσχειν· στέρεσθαι δὲ τῆς παραιτίας τοῦ ἀνακαινίζεσθαι καὶ θάλλειν ἰκμάδος. Ἐντεῦθεν ὑπονοητέον καὶ τοὺς Ἀλίβαντας μεμυθεῦσθαι· ἐν Ἅδου εἰσί, διὰ τὴν τῆς

bulli Antiq. Asiat. p. 158, ubi est ἐστεφανωμένου θαλλοῦ. Eodem pertinet genitivus eius materiae, qua corona conficitur, ut dicatur v. c. στέφανος σελίνου, de quo usu monui Syllog. inscr. p. 176.

φασγάνων] Sic Par. 4. Vulgo φασγανίων. Ceterum huius herbae symbolicam vim fateor me haud magis perspicere, quam quid sibi velit ἐγγύτητι. An παχύτητι, vel ὑγρότητι?

καὶ ἀδιάντῳ] Sic Par. 4. Vulgo τῷ ἀδιάντῳ. Apte confert in Schedis Villoisonus haec Eustathii p. 1231, 27: Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ Διὸς ἤτοι ἀέρος τὸ διαίνειν παρῆκται, καὶ δηλοῖ τὸ ὑγραίνειν καὶ ὡς εἰπεῖν διαβρέχειν. ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ἀδίαντον βοτάνης εἶδος, ἧς τὰ φύλλα οὐ θέλει διαίνεσθαι ὑετῷ. V. Caylus Recueil d'antiq. T. VI. p. 55.

αὐαίνεσθαι] Hoc iam coniecerat Galeus, nunc repertum in Par. 2 et 4. Vulgo ἀναίνεσθαι.

ἀνακαινίζεσθαι] Par. 4 διαπνεῖσθαι.

Ἐντεῦθεν ὑπονοητέον — διὰ τὴν] Vulgo ἐντεῦθεν καὶ ἀλίβαντα μεμυθεῦσθαι, διὰ τήν. Galeus: „Legit Gyraldus Ἀλίβαντα et de Plutone intelligit; ego ἀλίβαντας." Quod nunc reposui, exhibet Par. 4, adstipulante ibi Villoisono, qui haec adscripsit: „Si legis in plurali Ἀλίβαντας, sunt mortui. Etym. M. p. 63, 41: Ἀλίβαντας· τοὺς ἐν θαλάσσῃ τελευτήσαντας· ἢ τοὺς ξηρούς· ἄλλοι, τοὺς διὰ πενίαν ἀτάφους, et infra: Ἄλιβας, ὁ νεκρός, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα μήτε θερμότητα, ὅ ἐστιν ὑγρότητα· οἱ γὰρ ζῶντες ὑγροί. Idem p. 774, 26: διερὸς ὁ ζῶν καὶ ἄλιβας ὁ νεκρός. V. etiam p. 414. Idem fere habet Suidas in Ὄξει [ubi praeter alia haec leguntur: τὸ ὄξος καὶ ἄλιβας λέγεται, ἀπὸ τοῦ μὴ λείβεσθαι· ὅτι νενεκρωμένος οἶνός (lege mecum ἄοινος, licet eadem scriptura iteretur etiam v. Κήρ) ἐστι· καὶ ἄλιβας ὁ νεκρός.] Hesychius, quem vide in Ἄλιβας, Ἀλίβαντες ac Διερόν. Iis opponi διεροὺς apud Homerum Odyss. ζ, 201 [ubi v. Schol.]:

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός,
οὐδὲ γένηται,

observavit ad Hesych. Heinsius, qui addit apud Lucianum in Necyomant. p. 339. mortuos φυλῆς Ἀλιβαντιάδος, seu, ut alii, Ἀλιβαντίδος dici. In Plutarch. Symp. VIII, 10 sub finem [p. 735. T. VIII. p. 933. R.]: ὁ δὲ ἄλιβας καὶ ὁ σκελετὸς ἐπὶ τοῖς νεκροῖς λέγεται [sic, donec alius meliora, cum Xylandro ex Eustathio legimus pro γέγονε], λοιδορουμένης τὰ ὀνόματα τῆς ξηρότητος. Si cum Gyraldo legas Ἀλίβαντα pro Ἀλίβαντας,

λιβάδος ἀμεθεξίαν τῶν νεκρῶν. Οἰκείως δὲ τοῖς κατοιχομένοις καὶ ὁ νάρκισσος ἔχειν ἔδοξε καὶ τῶν Ἐριννύων ἔφασαν αὐτὸν στεφάνωμα εἶναι, προσεδρεύσαντες τῇ παραθέσει τῆς νάρκης καὶ τὸ οἷον διαναρκᾶν τοὺς ἀποθνήσκοντας.

Οὕτω δ' ἂν ἤδη καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶν παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκούντων ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ παραδε-
236 δειγμένα στοιχεῖα, ὦ παῖ, δύναιο, | πεισθεὶς ὅτι οὐχ οἱ

est nomen fluvii in inferno. Suidas in *Κήρ. λέγουσι δὲ καὶ Ἀλίβαντά τινα εἶναι ποταμόν· ἀπὸ τοῦ ἅπαντα καταξηραίνειν καὶ μηδὲ λιβάδα ὑπάρχειν, ἤγουν ἰκμάδα.* Idem fere de Alibante fluvio habet Etym. M. in *Κωκυτὸς* p. 550. Plato Rep. III sub init. coniungit *κωκυτούς τε καὶ στύγας καὶ ἐνέρους καὶ ἀλίβαντας* [ubi v. Ast.]. Praeter auctores ab Hesychii interpretibus indicatos v. et Eustath. p. 679, 19. 1559, 44 et 49. 1679, 32."

τῆς λιβάδος] Par. *τὰς λιβάδος.*

τῶν Ἐριννύων ἔφασαν αὐτὸν στεφάνωμα εἶναι] Vulgo *Ἐριννῦν ἔφασαν αὐτῷ στεφάνωμα εἶναι.* Par. 4 *τὴν Ἐριννύα ἔφασαν αὐτὸν στεφ. εἶναι;* Ex Laur. 5 excitatur *Ἐριννύα . . αὐτόν.* Ex his effeci quod exhibui et quod aptissimum loco visum fuit, nisi malles *ταῖς Ἐριννύσι*, quod vero a scriptura longius recedit. Villoisonus in Varr. lect. *ταῖς τῶν Ἐριννύων Ἐριννύσιν* etc. (sic) legi vult, quorum rationem equidem non perspicio. Pro *στεφάνωμα εἶναι* Galeus servata vulgata coniiciebat *στεφανωθῆναι*, laudatis Eustath. p. 87. Phavorino v. *πεύκη* et Schol. Sophocl. p. 110 et 534. Eustathii verba apprime huc faciunt: *Νάρκισσος Ἐριννύσι στεφάνωμα· νάρκισσός τε γὰρ ἐκ τοῦ ναρκᾶν παρηχεῖται καὶ τοῦ ναρκᾶν Ἐριννύες τοῖς κακούργοις παραίτιοι.* De narcisso proprio Furiis inferisque omnino flore v. Mitscherlich. ad H. H. in Cer. 8 et Meineke ad Euphor. p. 123. De voce *νάρκη* eiusque vi adi Matthaei Lect. Mosq. T. II. p. 82.

καὶ τὸ οἷον] Par. 2 *καὶ τῷ οἷον.* Laur. 1 et 3 *τὸ* omittunt.

διαναρκᾶν] Laur. 1 et 3 *διαναρχᾶν.*

Οὕτω δ' ἂν ἤδη καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶν — ἐπὶ τὰ παραδεδειγμένα στοιχεῖα] Sic cum Villoisono, qui praeterea post *μυθικῶν* addendum censebat *καὶ μυθικῶς*, restitui ex Par. 4. Ex reliquis MSS. hic sub finem non iusta, ut suspicor, diligentia excussis afferuntur *οὕτω δ' ἂν* ex Par. 2; *οὕτω δ' ἂν εἴη καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶν· καὶ παραδεδόσθαι* et mox *παραδεδογμένα στοιχεῖα* ex Laur. 1; *οὕτω δ' ἂν καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶν καὶ παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκούντων ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ παραδεδειγμένα στοιχεῖα* ex Laur. 3; *οὕτω δ' ἂν ᾖ δὲ καὶ*

τυχόντες ἐγένοντο οἱ παλαιοί, ἀλλὰ καὶ συνιέναι τὴν τοῦ κόσμου φύσιν ἱκανοὶ καὶ πρὸς τὸ διὰ συμβόλων καὶ αἰνιγμάτων φιλοσοφῆσαι περὶ αὐτῆς εὐεπίφοροι. Διὰ πλειόνων δὲ καὶ ἐξεργαστικώτερον εἴρηται τοῖς πρεσβυτέροις φιλοσόφοις, ἐμοῦ νῦν ἐπιτετμημένως αὐτὰ παραδοῦναί σοι βουληθέντος· χρησίμη γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπὶ τοσοῦτον προχειρότης ἐστί. Περὶ δὲ ἐκείνων καὶ περὶ τῆς θεραπείας τῶν θεῶν καὶ τῶν οἰκείως εἰς τιμὴν αὐτῶν γι-

τἄλλα et mox *παραδεδεγμένα* ex Laur. 5; *οὕτω δ' ἂν καὶ τὰ ἄλλα καὶ παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκ. ἀναγ. ἐπὶ τὰ παραδεδεγμένα στοιχεῖα* ex Par. 5. Vulgo *οὕτω δὲ ἂν εἰδέναι καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶς παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκούντων ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ παραδεδόμενα.* Verborum *παραδεδεγμένα* et *παραδεδομένα* inter se commutatorum exemplum iam supra c. 6. p. 145 notavimus.

ὦ παῖ] Villoisonus: „V. annot. ad p. 206 *ὦ παῖ.*"

οἱ τυχόντες] In Varr. lect. Villoisonus: „Male 3052 [Par. 5, cui accedit Laur. 1] *ὡς τυχόντες.* Sic de Moyse dixit Longinus: *ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ*". Idem in Schedis: „Sic Arrian. Diss. III, 21. p. 335: *μυστικόν ἐστιν, οὐχ ὡς ἔτυχεν, οὐδὲ τῷ τυχόντι διδομένον.* Sic Latine dicitur *non quilibet.* Augustinus de C. D. I, 36. p. 87: *ut et contra philosophos in ea disseratur: non quoslibet, sed qui apud illos excellentissima gloria clari sunt.* Seneca Epist. 93: *non fuit unus e multis.*" Philo de somniis II. T. V. p. 184 ed. Pfeif. *οὐχ ἡ τυχοῦσα μοῖρα τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας.*

ἱκανοί] Par. 2 *ἱκανά.*

εὐεπίφοροι] Par. 2 *δ' ἐπίφοροι.*

ἐξεργαστικώτερον] Sic cum Villoisono rescripsi ex Par. 4. 5. Laur. 1 et 3, quemadmodum supra p. 235 *φυσικώτερον προσηγορεύθη* Cornutus dixit. Vulgo *ἐξεργαστικωτέρως,* quae adverbii forma a Lexicis abest et aberit, nisi certiore auctoritate aliquando confirmare licebit. Contra vero simplici *ἐξεργαστικῶς* locus concedendus erit, nunc repertae apud Phaedrum de N. D. p. 24 ed. Peters. Laur. 5 *ἐξελαστικώτερον.*

ἐπιτετμημένως] Par. 2. Laur. 1 et 5 *ἐπιτετμηκώς.* Par. 5 *ἐπιτετμικώς.* Laur. 3 *ἐπιτετμεμηκώς.* Par. 4 *ἐπιτομικῶς,* quod correctionem sapit. In Schedis Villoisonus: „Sic suam de rebus naturalibus ad Herodotum epistolam concludit Epicurus apud Laert. p. 638 [X, 82]: *Ταῦτά σοι, ὦ Ἡρόδοτε, ἐστὶ κεφαλαιωδέστατα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτετμημένα.*

παραδοῦναι] Sic Par. 2. 4 et 5. Vulgo *παραδιδόναι.*

ἐπὶ τοσοῦτον] Par. 4 omittit *ἐπί.*

περὶ τῆς θεραπείας] Praepositio abest a Par. 5.

οἰκείως] Hoc ex coniectura Vil-

νομένων καὶ τὰ πάτρια καὶ τὸν ἐντελῆ λῆψη λόγον, οὕτω μόνον ὡς εἰς τὸ εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὸ δεισιδαιμονεῖν, εἰσαγομένων τῶν νέων καὶ θύειν καὶ εὔχεσθαι καὶ προσκυνεῖν καὶ ὀμνύειν κατὰ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἐπιβάλλουσι καιροῖς, καθ' ἣν ἁρμόττει συμμετρίαν, διδασκομένων.

loisonus allatis p. 235 οἰκείως ὁ νάρκισσος ἔχειν ἔδοξε, p. 214 οἰκείως δ' ἔδοξεν, p. 156 οἰκείως ἂν δόξαι. Confirmavit Laur. 3, οἰκίως exhibens. Vulgo οἰκείων.

καὶ τὰ πάτρια] Rescripsi ex Par. 2. 4. 5. Laur. 3. 4 et 5. Vulgo κατὰ τὰ πάτρια.

οὕτω] Laur. 5 οὕτως.

ἐπιβάλλουσι] Vulgo ἐπιβαλλομένοις. Recte illud Par. 2. 4. 5, qui omisso καὶ habet perverso ordine τοῖς ἐν ἐπιβ., et Laur. 1. De quo usu verbi ἐπιβάλλειν, quem supra iam passim advertimus, Stoicis inprimis familiari v. Baguet de Chrysippo p. 163.

καθ' ἣν ἁρμόττει] Haec et sequentia, quoniam ut vulgantur non inepte composita videntur, intacta interim reliqui, donec libris melioris notae (de quibus omnino a Villoisono hic siletur) diligentius aliquando excussis quid Cornutus scripserit compertum habuerimus. Nam aliud ab auctore profectum esse, magna suspicio est, si modo fides iis MSS. habenda est, quorum scripturas ex parte novimus. Par. 5 καθ' οὓς ἁρμωδιώτερόν ἐστι, omisso διδασκομένων. Laur. 3 καθ' οὓς ἁρμοδιώτατόν ἐστι, an pariter omisso διδασκομένων, incertum. Ex Laur. 1 affertur καθ' ἣν ἁρμοδιώτατον.

ANIMADVERSIONES

IN

CORNUTUM

DE NATURA DEORUM.

Caput I.

* ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας] Cornutus c. 32. p. 224: ταύτης τετυχηκέναι τῆς προσηγορίας. P. 140: ἐσχηκέναι τὴν προσηγορίαν, et p. 156: τῶν τριῶν προσηγοριῶν τυγχάνειν. Ocellus Lucanus p. 508 ed. Gale: διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης. Diogenes Laertius in Zenone l. VIII. p. 399: τοῦ δὲ λόγου ἐστὶ μέρη πέντε, ὥς φησι Διογένης ἐν τῷ περὶ φωνῆς, καὶ Χρύσιππος· ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον, ubi Casaubonus p. 400: „Qua voce usus est etiam Priscianus libro secundo [p. 574], cum orationis ipse quoque partes enumeraret, et quidem eas quinque esse ex Stoicorum sententia diceret. Eius verba volui huc afferre: ***Secundum Stoicos vero***, inquit, ***quinque sunt eius partes, nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, coniunctio.***" Menagius p. 289: „ὄνομα, προσηγορία, id est ***nomen***, ***appellatio***. ***Nomina propria*** et ***appellativa*** Latini similiter appellant. Quintilianus I, 4 etiam ***appellationis*** voce usus est: ***Vocabulum, an appellatio dicenda sit*** προσηγορία, ***et subiicienda nomini, necne, quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo.***" Quintilianus paullo ante: ***Alii ex idoneis auctoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus et aetate nostra Palaemon, qui vocabulum sive appellationem nomini subiecerunt tanquam species eius: at ii qui aliud nomen, aliud vocabulum faciunt, novem nihilominus fecerunt, qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent, ut esset vocabulum corpus visu tactuque manifestum, domus, lectus; appellatio, cui vel alterum deest, vel utrumque, ventus, coelum, deus, virtus.*** V. Sosipatrum Charisium p. 126 et Isidorum Orig. I, 6. p. 823. seq. ed. Gothofr. [Vide nobis hac de re disputata ad Philemon. Lex. techn. p. XX et Diss. de Probis Grammaticis, p. 178.]

p. 4 ed. huius.

* οὖρος ὢν ἄνω πάντων καὶ ὁρίζων τὴν φύσιν] Aristoteles de mundo c. 6. de deo: καθαρὸς ἐν καθαρῷ χώρῳ βεβηκώς, ὃν ἐτύμως καλοῦμεν οὐρανὸν μὲν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Philo de mundi opificio p. 7 coelum dictum putat οὐρανόν, ἤτοι διότι πάντων ὅρος etc., et de mundo p. 521: τὸν δ᾽ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὠχυροῦτο, τῶν ἐντὸς ὅρον τε καὶ φυλακτήριον αὐτὸν τιθείς, ἀφ᾽ οὗ καὶ οὐρανὸς ὠνομάσθαι δοκεῖ. Achilles Tatius in Aratum p. 129 ed. Petav. ἢ ἀπὸ τοῦ οὖρος εἶναι καὶ ἔσχατος ὅρος. [Falluntur qui οὖρος ***conservatorem*** interpre–

tentur, quod cum aliis fecit Galeus: quam nominis *οὐρανὸς* explicationem Cornutus in sequentibus demum subiicit. Immo accipiendum pro *ὅρος*, quo de usu v. Bast. ad Gregor. Cor. p. 390. Etym. M. v. *οὖρος*. Hinc quoque factum, ut insolentioris huius dictionis locum in MSS. nonnullis vulgaris forma *ὅρος* occuparit. Ceterum Ionica forma Cornutus, quippe origini v. *οὐρανὸς* melius ita declarandae accommodaturus, usus esse videtur.]

* *ἀπὸ τοῦ ὠρεῖν αὐτὸν ἢ ὠρεύειν τὰ πάντα* etc.] Etymologicum Magnum p. 642: *Οὐρανὸς . . . παρὰ τὸ οὐρῶ, τὸ φυλάττω, ὁ πάντα περιέπων.* Idem in *ἐπάρουρος* p. 353, 37: *οὖρος, ὁ φύλαξ.* Supra Philonem audivimus de coelo dicentem: *τῶν ἐντὸς ὅρον τε καὶ φυλακτήριον αὐτὸν τιθείς, ἀφ' οὗ καὶ οὐρανὸς ὠνομᾶσθαι δοκεῖ.* Achilles Tatius in Aratum p. 129. ed. Petavii: *Οὐρανὸς δὲ ἠτυμολόγηται ἤτοι ἐπεὶ ὅρος παλαιός ἐστιν, ἢ ἐπεὶ σφαιροειδὴς ὢν ἐνδόθεν αὐτοῦ ἡμᾶς ἀρεῖ* (emendo *ὠρεῖ*, ut apud Cornutum) *ὅ ἐστι φυλάσσει· τὸ δὲ ὅρος τὸ ἄνω δηλοῦν Φρυγῶν ἴδιον, ὡς Νεοπτόλεμος ἐν ταῖς Φρυγίαις φωναῖς . . . ἢ ἀπὸ τοῦ οὖρος εἶναι καὶ ἔσχατος ὅρος.* Huc respicere videtur Orpheus Hymn. IV, 5 [Herm.] de coelo canens:

οὐράνιος χθόνιός τε φύλαξ πάντων περιβληθεὶς
ἐν στέρνοισιν ἔχων φύσεως ἄτλητον ἀνάγκην.

Hinc Damascius *περὶ ἀρχῶν* laudatus a Thoma Gale: *Ὁ τοῦ Ὀρφέως οὐρανὸς οὖρος καὶ πάντων φύλαξ εἶναι βούλεται.*

* *ὁ θυρωρὸς*] Etymologicum M. in *θώραξ* p. 464, 21: *γίνεται παρὰ τὸ οὐρῶ, τὸ φυλάσσω, οὖρος καὶ ὦρος· ὅθεν καὶ θυρωρὸς καὶ πυλωρός.*

* *πολυωρεῖν*] Etym. M. p. 682, 4: *Πολυωρῶ . . . ἔστιν ὠρῶ τὸ φυλάσσω· καὶ μετὰ τοῦ πολὺ ἐπιῤῥήματος γίνεται πολυωρῶ, πολυωρήσω, ἤγουν ἐπιπολὺ φυλάξω.* V. Hesychium in *πολυωρήσεις* et *πολυωρῶ*, ubi oppositam vocem *ὀλιγωρεῖν* memorat. [Verbo post alios usus est Boethius Planudis p. 27. ed. Weberi.]

* *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι ἄνω*] Plato in Cratylo p. 273: *ἡ ἐς τὸ ἄνω ὄψις καλῶς ἔχει τὸ ὄνομα καλεῖσθαι οὐρανία, ὁρῶσα τὰ ἄνω· ὅθεν δὴ καί φασιν . . . οἱ μετεωρολόγοι καὶ τῷ οὐρανῷ ὀρθῶς τὸ ὄνομα κεῖσθαι.* Etymol. M. p. 642: *Οὐρανὸς παρὰ τὸ ὁρῶ, τὸ βλέπω, ὁ πᾶσιν ὁρώμενος, ἤτοι φαινόμενος.* Achilles Tatius l. c. *ο᾿ρανὸν* deduci posse putat *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι.*

P. 5 * *κόσμος*] Achilles Tatius l. c.: *ὠνομᾶσθαι δὲ κόσμος* (*ὁ οὐρανὸς*) *διὰ τὴν τῶν συμπάντων διακόσμησιν.* Plutarchus Plac. philos. II, 1. p. 886: *Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως*, ubi Corsini p. 45 suae ed.: „quamvis haec opinio Pythagorae iisdem omnino verbis a Galeno et Stobaeo exprimatur, Laertius tamen VIII, 48 non universam rerum omnium compagem, sed coelum dumtaxat ***mundi*** nomine a Pythagora vocatum esse

testatur: τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον καὶ τὴν γῆν στρογγύλην . . . ὡς δὲ Θεόφραστος Παρμενίδην, ὡς δὲ Ζήνων Ἡσίοδον." Achilles Tatius l. c. et a Gale laudatus: τὸ δὲ πᾶν κόσμον Πυθαγόρας ἐκάλεσεν ἐκ τῆς διακοσμήσεως, οὐδεὶς δὲ πρὸ αὐτοῦ. Idem ibidem p. 130: οὐρανὸς λέγεται ὁ κόσμος. Photius Cod. 259 in excerptis vitae Pythagorae p. 1318 [ed. Schott. p. 440. ed. Bekk.]: "Ὅτι πρῶτος Πυθαγόρας τὸν οὐρανὸν κόσμον προσηγόρευσεν, διὰ τὸ τέλειον εἶναι καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι †) τοῖς τε ζώοις καὶ τοῖς καλοῖς. Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου p. 939: λέγεται κόσμος μόνος οὐρανός· εἰς ὃν ἀπιδὼν Ἀναξαγόρας, πρὸς τὸν πυνθανόμενον, ἧς ἕνεκα αἰτίας τὰ πολλὰ πειρᾶται διανυκτερεύειν ὕπαιθρος, ἀπεκρίνατο, τοῦ τὸν κόσμον θεάσασθαι τὰς χορείας καὶ περιφορὰς τῶν ἀστέρων αἰνιττόμενος. Idem Philo ibidem p. 943: εἰ γὰρ οὗτος ὃν ὁρῶμεν ἐτύμως καὶ προσφυέστατα κόσμος καλεῖται, διατεταγμένος καὶ διακεκοσμημένος. Plinius H. N. II, 4: ***Consensu gentium moveor: nam quem*** κόσμον ***Graeci nomine ornamenti appellaverunt, cum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum.*** [Alium hunc Plinii locum Villoisonus in Schedis confert, II. init. ***Mundum et hoc, quod nomine alio coelum appellare libuit***, ubi v. editores.] Varro Satira Menippea, cui titulum fecit Dolium, p. 13: ***Mundus domus est maxima homulli, et appellatur a caelatura*** ††) ***caelum, Graece ab ornatu*** κόσμος, ***Latine a puritie mundus.*** Cicero in Timaeo seu fragmento de universo T. IV. p. 1114 ed. Ernesti: ***Circum coelum aequabiliter distribuit, ut hunc hac varietate distinctum bene Graeci*** κόσμον, ***nos lucentem mundum nominaremus.*** Plato Timaeo p. 4: νείμας περὶ πάντα κύκλῳ τὸν οὐρανὸν κόσμον ἀληθινὸν αὐτῷ πεποικιλμένον εἶναι καθ' ὅλον. Apuleius de mundo p. 134: ***Quid mundo praestantius? Lauda quam pote speciem; portio a te laudabitur mundus. Admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram; hic et per hunc illud quodcunque ei invenietur esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura sit ratio? Unde*** κό-

---

†) [Unus Bekkeri codex κατακεκοσμῆσθαι, haud male. Eodem verbo in eadem re usus est Philo in Maii Auct. class. T. IV. p. 439.]

††) [Absurda est Britanni nescio cuius in Bibl. crit. I, 1. p. 65 sententia, *coelum* ex Hebraeorum idiomate derivantis, atque adeo ineptientis, ut κοίλη cognomen, quod a Graecis tribuatur multis urbibus, significare dicat non *cava*, sed *coelestis*. Quis vero hodie ignorat, coelum vocatum esse a rotunda eius forma in modum tympani cavi ficta, qua terrae subiectae insidet? Et similiter κοῖλος, ubi de urbibus dicitur, de situ earum montoso, in vallis formam excavato dici, dudum apud omnes constat. Quo sensu κοίλη Λακεδαίμων dicitur in Odyss. δ, 1, ubi v. Schol., κοῖλον Ἄργος Sophocli Oed. Col. 1387, collato Schol. ad vs. 375, alia.]

σμος *Graece nomen accepit.* Tertullianus in Apologetico c. 17. p. 173 ed. Havercamp. ***Quod colimus deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo iussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de nihilo expressit in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo κόσμον accommodaverunt.*** V. Gatak. ad Antonin. IV, 27. p. 114. Lipsii Physiol. Stoic. II. Diss. 6. p. 154 et 155. Stoici, teste Laertio, κόσμον εἶναι λέγουσι αὐτὴν τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων, ubi v. Menag. p. 314. Aristoteles de mundo c. 6: κόσμον δ' ἐτύμως τὸ σύμπαν, ἀλλ' οὐκ ἀκοσμίαν ὀνομάσαις ἄν. Cicero de N. D. I, 13: ***Aristoteles quoque in tertio de philosophia libro . . . modo mundum ipsum deum dicit esse . . . tum coeli ardorem dicit deum esse, non intelligens coelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deum.*** Porphyrius de antro nympharum c. 6. p. 6 et 7: διὰ μὲν οὖν τὴν ὕλην ἠεροειδὴς καὶ σκοτεινὸς ὁ κόσμος· διὰ δὲ τὴν τοῦ εἴδους συμπλοκὴν καὶ διακόσμησιν, ἀφ' οὗ καὶ κόσμος ἐκλήθη, καλός τέ ἐστι καὶ ἐπέραστος. V. van Goens ad Porphyr. p. 88. Quae quidem Porphyrii verba laudat Eustathius in Odysseam p. 1735, 3. Etym. M. p. 532, 10: *Κόσμος* . . . σημαίνει τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημά τε καὶ σύγκριμα, ubi lego σύγκραμα cum Suida in voce κόσμος; quamvis dicat et σύγκριμα Origenes Philosophum. p. 110: τέσσαρα στοιχεῖα . . . ἐξ ὧν καὶ τὰ ἄλλα πάντα συγκρίματα καλούμενα ζῶά τε καὶ φυτὰ συνεστηκέναι. Athenagoras p. 188: συγκράματα ἴσα, concretiones. Origenes contra Celsum V. p. 581: ὅλον μὲν ἔοικε λέγειν τὸν οὐρανόν. [Chalcidius in Plat. Tim., ubi diversas coeli definitiones exponit, fol. XXXII. a. ed. Ascens. ***coelum quoque usurpantes mundum omnem vocamus.*** In locis a Villoisono supra positis passim ubi de mundi ordinatione sermo est, διακόσμησις vocabulum solemniter usurpatum vidimus. Adde Zenonem in Stob. Ecl. phys. T. I. p. 370. Heer. Anastasium MS. in Casaubonianis (Hamburgi 1720) p. 107. Vol. Herculan. T. III. col. XI. Damasc. de princ. p. 140. Plura dabit Bake ad Cleomed. de sublim. p. 256. Item διάκοσμος. V. Damasc. de princ. p. 117 et passim. Orphica in Classical Journal V. XVII. p. 159. Procl. in Plat. Cratyl. p. 6. Boiss. Theodor. in Boissonad. Anecd. Gr. T. I. p. 249.]

* κόσμος] Orpheus, qui in Hymno in Coelum vs. 1. hoc vocaverat κόσμου μέρος αἰὲν ἀτειρές, deinde vs. 3 idem vocat κόσμε πατέρ. Plato in Epinomide p. 1006: εἴτε κόσμον, εἴτε ὄλυμπον, εἴτε οὐρανόν, ἐν ἡδονῇ τῷ λέγειν λεγέτω. Cicero in fragmento Timaei seu de universo Vol. IV. p. 1106 ed. Ernesti: ***omne igitur coelum sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatus sit.*** Plato Tim. p. 1047. A: ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ,τι ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. Ipse Cor–

nutus infra c. 14. p. 160: τὸν ὅλον κόσμον οὐρανὸν appellavit; cuius circumflexu teguntur, numen esse credi par est. Macrobius Sat. I, 18. p. 312: ***Mundus vocatur coelum, quod appellant Iovem.*** Ennius in Scipione apud eundem Sat. VI, 2. p. 587: ***mundus coeli vastus constitit silentio.*** Seneca Ep. 90 hunc locum sic videtur respexisse: ***insigne spectaculum noctium, mundus in praeceps agebatur, silentio tantum opus ducens.*** Et de benefic. IV, 23: ***ipse mundus quoties per noctem ignes suos fudit.*** Seneca in Hippolyto Act. I, 332 et 333: ***candida mundo sidera currunt.*** In Hercule furente vs. 18: ***mundus puellae serta Cnossiacae gerit.*** V. ibid. et vs. 68 et 70. In Oedipo vs. 45: ***tristisque mundus nubilo pallet novo.***

* τῆς περιφορᾶς αὐτοῦ] Sic Eustathius ad verbum p. 1150, 58: ὁ τοῦ Κρόνου πατὴρ Ἄκμων ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς τοῦ οὐρανοῦ, φασίν, ἀκαμάτου φύσεως, αἰνιττομένων τῶν θεολόγων τὸ ἄκμητον αὐτὸν τῆς περιφορᾶς τοῦ οὐρανοῦ, ut in Etym. M., qui eadem ad verbum habet p. 49, 52. Idem p. 1154, 23: Ἄκμων ὁ τοῦ οὐρανοῦ λέγεται πατὴρ διὰ τὸ ἀκάματον τῆς οὐρανίου κινήσεως . . . καὶ ὅτι Ἀκμονίδαι οἱ Οὐρανίδαι, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. ὡς δὲ Ἄκμονος ὁ Οὐρανός, ὁ Ἀλκμᾶν, φασίν, ἱστορεῖ. Quod quidem vocabulum φασὶν demonstrat, Alcmanis carmina non habuisse Eustathium.

* αἰνιττόμενοι] Sic Thaleti Pherecydes scribit apud Laert. p. 77 ex emendatione Casauboni: ὅσσα δ᾽ ἂν ἐπιλέγῃ θεολογέοντα, ἄλλα χρὴ νοεῖν· ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι, quaecunque leges ad deos pertinentia, allegorice sunt intelligenda: omnia enim scripta sunt allegorice. Iosephus Praef. Antiq. Iud. T. I. p. 4 ed. Hudson. τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξίως, τὰ δὲ ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος.

* ἄφθαρτός ἐστιν] In hac fuere sententia e Stoicis Boethius, Posidonius, Panaetius, Diogenes Babylonius. V. Philonem de mundo incorruptibili, Ciceronem de N. D. III, 46. Stobaeum Ecl. phys. c. 24. p. 44. Idem censuerunt Pythagoras, Plato et Xenophanes. Plutarch. de plac. phil. II, 4. p. 886: εἰ ἄφθαρτος ὁ κόσμος. V. Laert. p. 455. [Cf. Aristot. de coelo I, 9. init. et II, 1.]

* κεκμηκέναι] Huncce Cornuti locum profert Meursius in libro singulari de funere c. 1. p. 1086. T. XI. Antiq. Graec. Gron.

* πυρώδης] Orpheus Hymn. V, 3 sic aethera alloquitur:

πανδαμάτωρ, πυρίπνου, πᾶσιν ζώοισιν ἔναυσμα.

Idem Hymn. VII, 5 de astris dicit:

ἀνταυγεῖς, πυρόεντες, ἀεὶ γενετῆρες ἁπάντων,

et vs. 9: πυριδρόμους vocat. Ubi dixit de sole Hymn. VIII, 11:

κοσμοκράτωρ, συρικτά, πυρίδρομε, κυκλοέλικτε,

melius conveniret σκιρτητά; sed Orpheus Apollinem cum Pane confundit H. XXXIII, 25. [V. infra ad c. 27. p. 203.] De substantia solis ignea v. Plutarch. de plac. phil. II, 20. p. 889 et 890, ubi inter

alia dicit eum Stoicos vocasse *ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης*. Stoici teste Laertio p. 456 dicunt *εἶναι τὸν μὲν ἥλιον εἰλικρινὲς πῦρ καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῷ ιζ' περὶ μετεώρων . . . πῦρ μὲν οὖν εἶναι, ὅτι τὰ πυρὸς πάντα ποιεῖ*, ubi v. Menag. Chrysippus apud Plutarch. de Stoicor. repugnantiis p. 1053: *ἔμψυχον ἡγεῖται τὸν ἥλιον, πύρινον ὄντα καὶ γεγενημένον ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως εἰς πῦρ μεταβαλούσης.* Idem adv. Stoicos p. 1084: *γεγονέναι δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἔμψυχον λέγουσι, τοῦ ὑγροῦ μεταβάλλοντος εἰς πῦρ νοερόν.* Balbus Stoicus apud Cic. de N. D. II, 15: ***ea quidem*** (sidera) ***tota esse ignea duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus et oculorum . . .*** Iis tribuendam divinitatem probare conatur ibid. et c. 16 eos esse deos ita perspicuum esse dicit, ut id qui neget, vix eum sanae mentis existimet, quum, ut ait, ex mobilissima purissimaque aetheris parte gignantur: ubi fortasse *nobilissima* quis legendum censeret, ut in quibusdam Edd., sed retine *mobilissima*, quum infra ibid. c. 15 dicatur: ***sidera aethereum locum obtinent, qui quoniam tenuissimus est et semper agitatur et viget . . .*** (Cornutus infra: *τὰ ἄστρα οἱονεὶ ἄστατά ἐστι καὶ οὐδέποτε ἱστάμενα, ἀλλ' ἀεὶ κινούμενα*), ***ex quo efficitur, in deorum numero astra esse ducenda.*** V. et c. 21, ubi sidera dicit non posse nos non in deorum numero reponere et sentiendum, ea deorum vim habere. Idem c. 46: ***sunt autem stellae natura flammeae.*** Plutarch. de plac. philos. I, 7. p. 881: *Ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς.* Similem fere Xenocrati sententiam tribuit Cicero de N. D. I, 13. Sidera Stoicis animata visa et deorum loco habita. V. apud Gatak. ad Antonin. VIII, 19. p. 302 et Iac. Thomas Diss. 14 de Stoico deo formas mundi informante p. 222 et 223, quibus adde Epiphan. Haeres. I. haeres. 5 de Stoicis: *μερίζουσι δὲ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην, εἰς ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα καὶ τὰ ἄλλα.* Plutarch. de plac. phil. I, 7. p. 882 dicit Stoicos vocasse *θεὸν καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν.* Varias de solis, lunae et stellarum natura philosophorum sententias recenset Theodoretus IV. p. 530 et 531. Achilles Tat. in Arat. p. 124: *ὁ ἥλιος πῦρ κατὰ τοὺς Στωϊκούς.*

* *ἄστρων*] Achilles Tat. in Aratum p. 134: *Ἀστὴρ μέν ἐστιν ὡσὰν ὁ τοῦ Κρόνου ἢ τοῦ Ἑρμοῦ, εἷς ἀριθμῷ· ἄστρον δὲ τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων σύστημα, ὡς ἡ Ἀνδρομέδα ἢ ὁ Κένταυρος. Οἶδε δὲ τὴν διαφορὰν καὶ Ἄρατος·*

ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν Ἀστέρας κ. τ. λ.

Εἴη οὖν ὁ μὲν ἀστὴρ ἡνωμένον, τὸ δὲ ἄστρον ἐκ διεστώτων καὶ ὡρισμένων. Ammonius p. 26: *Ἄστρον καὶ ἀστὴρ διαφέρει· ἄστρον μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωμένον ζώδιον, οἷον Ὠρίων· Ἄρκτος· ἀστὴρ δὲ ὁ εἷς.* Macrobius in Somn. Scip. I, 14. p. 82: ***Nunc videamus quae sint haec duo nomina, quorum pariter meminit, cum***

dicit (Cicero), „*quae sidera et stellas vocatis.*" *Neque enim hic res una gemina appellatione monstratur, ut ensis et gladius: sed sunt stellae quidem singulares, ut erraticae quinque et ceterae, quae non admixtae aliis solae feruntur. Sidera vero, quae in aliquod signum stellarum plurium compositione formantur, ut aries, taurus, Andromeda, Perseus, vel corona et quaecunque variarum genera formarum in coelum recepta creduntur. Sic et apud Graecos aster et astron diversa significant. Et aster stella una est; astron signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus.* [Plura in Not. crit. ad h. l. De sole *sidera* nonnunquam, licet raro, dici, id a poetarum usu excusationem habet. V. Weichert. Ep. cr. de Val. Flacco p. 66 et intpp. ad Lucan. I, 15.]

* τὸ ἐξώτατον] Seneca Nat. quaest. VI, 16: *totum hoc coelum, quod igneus aether mundi summa pars claudit.* Cicero de N. D. II, 10: *restat ultimus et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coercens coeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneae formae cursus ordinatos definiunt.* Stoici, teste Laertio in Zenonis Vita p. 451 dicunt ἀνωτάτω εἶναι τὸ πῦρ, ὃν δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι. Achilles Tat. in Aratum p. 130: οὐρανός ἐστιν αἰθέρος τὸ ἔσχατον.

ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι] Hanc Anaxagorae tribuit opinionem Aristoteles Meteor. I, 3. p. 530. ed. Duval. P. 6

* ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν] Propius accedit ad αἰθήρ, quodque confirmant sequentia. Schol. Hesiod. Theog. p. 238: θεοὺς δὲ νῦν λέγει τὰ ἄστρα καὶ ἁπλῶς τὰ οὐράνια σώματα, διὰ τὸ θέειν ἀεί. Auctor libri de mundo c. 2: οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ, ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην. Clemens Cohort. ad gentes p. 22. ed. Potter. θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας. Etym. M. v. θεὸς p. 445: οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἐπὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων (ἀστατοῦσι γάρ) ἐτίθεσαν τὸ ὄνομα, παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν καὶ κινεῖσθαι. Idem p. 33, 3: Αἰθήρ, παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορικῶς, φησὶν Ἀριστοτέλης περὶ Κυρηναίων. Sic Plutarch. de Isid. et Osir. p. 375 θεὸν deducit ἀπὸ τοῦ θέοντος. Eustath. p. 697: ὁ αἰθὴρ διχῇ λέγεται· ἢ γὰρ παρὰ τὸ αἴθειν, ἤγουν λάμπειν, ὅθεν καὶ ὁ ἀστήρ, εἰ καὶ μάλιστα τοῖς σοφοῖς ἀρέσκει παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν αἰθὴρ λελέχθαι, διὰ τὸ κατ᾿ αὐτὸν ἀεικίνητον, συνεσφαιρώμενον τῷ οὐρανῷ. Idem p. 982, 34: ὁ μέντοι Ζεὺς αἰθὴρ ἀεὶ ἐγρήγορε τῇ κυκλοφορίᾳ, ὃς καὶ παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν αἰθὴρ καλεῖται. Eleganter Synesius Hymn. II, 9:

Πολυκύμονος μὲν ὕλας
ἐκάλυψε νῶτον αἰθὴρ
πυρὸς ἐμβιβὰς ἀώτῳ,

ἵνα κυδίμα σελάνα
πυμάταν ἄντυγα τέμνῃ.

Plato in Cratylo p. 173 eandem afferens etymologiam dicit, solem, lunam, terram, astra et coelum a primis Graeciae incolis θεοὺς vocata fuisse, ἅ τε . . . ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, et p. 281: τὸν δὲ αἰθέρα . . . ὑπολαμβάνω ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα, ῥέων ἀειθὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο. Plutarchus sic loquitur de plac. phil. I, 6: βλέποντες δὲ ἀεὶ τοὺς ἀστέρας θέοντας, αἰτίους τε τοῦ θεωρεῖν ἡμᾶς ἥλιόν τε καὶ σελήνης, θεοὺς προσηγόρευσαν. Macrob. Sat. I, 23: θεοὺς **dicunt sidera et stellas** ἀπὸ τοῦ θέειν, id est τρέχειν, ***quod semper in cursu sint.*** Eadem etymologia apud Tertullianum ad nationes II, 4. p. 55. Simplicius ad Epicteti Enchir. 38: τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ περιπολοῦντας, παρὰ τοῦ θεῖν, τουτέστι τρέχειν ἢ ὀξέως κινεῖσθαι, οὕτως (θεούς) ὠνόμασαν, et deinde: καὶ αὐτὸ γοῦν, ὡς εἴρηται, τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα ἀπὸ τῶν οὐρανίων μετῆκται, ὡς ὀξέως κινουμένων καὶ θεόντων. Ocellus Lucanus c. 2. p. 58, ed. Batteux: τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτοῦ (τοῦ παντός) τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμος ἄρα ἐστίν. Aristot. Meteor. I, 3. p. 747: τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα θέον, ἅμα τε θεῖόν τι τὴν φύσιν ἐοίκασιν ὑπολαβεῖν, καὶ διώρισαν ὀνομάζειν αἰθέρα τὸ τοιοῦτον. [Philosophorum de aethere sententias collatas habes in Symbolis nostris litt. T. I. p. 168. seq. Adde Placidi Grammatici in Maii Auct. class. T. III. p. 427: ***Aether generis masculini supra coelos est igneae invisibilisque naturae, quem quidam Deum magnum vel eius regnum dicunt.***]

* ῥοίζῳ φέρεσθαι] Euripides ap. Clem. Strom. V. p. 717 et Euseb. Praep. evang. XIII. p. 681 et Grotium in Excerptis Trag. p. 399:

σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',

ubi v. Valckenaer. Diatr. p. 41. Ῥύμβος αἰθέριος Hesychio est ὁ οὐρανός. Est autem ῥύμβος αἰθέριος Aristophani Nub. 379 αἰθέριος δῖνος, ἡ τῶν ἀστέρων δίνησις (v. Markland. ad Maximum Tyr. XXII. fine) sive κύκλῳ περιφορά, prout Platoni dicitur de legibus V. p. 747. A. VII. p. 818. C. Ἡ περιφορὰ τῆς ὅλης συντάξεως apud Athenaeum IX. p. 328. D. Hos versus laudat Euripidis Scholiastes ad Orest. 980 et Schol. Apollonii Rh. IV, 144. V. Hesychium in αἰθέριος τύμβος, ubi recte interpretes emendant ῥύμβος. Orpheus sic coelum alloquitur, Hymn. IV, 4:

οἶκε θεῶν μακάρων, ῥόμβου δίνησιν ὁδεύων.

τὰ ἄστρα] Eleganter sic depingit Synesius Hymn. IV, 171:

ἐν ἀπειροβαθοῦς
αἴθρας λαγόσι
πολιῶν ἄστρων
ἀγέλα νέμεται.

et Hymn. II, 7 de deo:

ὃς ἔδωκεν ἄστρα νυκτί,
περικοσμίαν χορείαν,

ut de Christo Hymn. VI, 16:

σὺ μὲν οὐρανοῦ σοφὰν ἄντυγα νωμᾷς,
τὰν δ' ἄστρων ἀγέλαν ἀεὶ νομεύεις.

[Egregie Critias p. 67 ed. Bach.

ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας,
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ.]

[οἱονεὶ ἄστατα] Eandem vocis ἀστὴρ etymologiam Nicomachus Harm. p. 6. ed. Meibom. et Schol. br. Il. κ, 252. Plura in Not. cr.]

* ἀπὸ τῆς θέσεως] Eadem etymologia in Eustathio p. 1148, 51. 1575, 54. Idem p. 10, 45: θεὸς ὄνομα ἐπί τε ἄστρων λέγεται, παρὰ τὸ θέειν, καὶ ἐπὶ τῶν στοιχείων παρὰ τὴν εὔτακτον θέσιν αὐτῶν· καὶ ἐπὶ τοῦ τὰ πάντα εὖ διατιθεμένου νοῦς. V. et p. 978, 12 et Etym. M. p. 445.

* οἱ ἀρχαῖοι θεοὺς ὑπελάμβανον] Plato in Cratylo p. 273: φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ γῆν καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν· ἅτε γοῦν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι.

[τῶν ὅλων] Stoici inter τὸ πᾶν et τὸ ὅλον, teste Stobaeo Ecl. phys. p. 7
T. I. p. 440, ita distinguunt: πᾶν μὲν γὰρ σὺν τῷ κενῷ τῷ ἀπείρῳ, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ κόσμον.]

* θετῆρες] Ut supra p. 140 θεοὺς deduxit ἀπὸ τῆς θέσεως. Theophilus ad Autolycum I. p. 344 ed. Benedict. θεὸς δὲ λέγεται διὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀσφαλείᾳ καὶ διὰ τὸ θέειν, ubi v. intpp. Citat hunc locum S. Iohannes Damascenus sub nomine S. Amphilochii, episcopi Iconii, non tamen sine aliqua dissimilitudine. Sic enim habet: θεὸς λέγεται διὰ τὸ τεθεικέναι πάντα τῇ ἑαυτοῦ ἐξουσίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ. V. et Wolfium p. 18 et 19 suae ed. Sic Herodotus II, 10 deos a Pelasgis θεοὺς vocari dicit, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. [De hac et altera etymologia vide Creuzerum Symb. T. I. p. 169 copiose disputantem, cui addas Nicomachum Harm. p. 6. Meib. vocem θεὸς a verbo θέω, curro, derivantem. Vocabulum θετὴρ ceteroquin rarissimum, a philosophis, ut videtur, fictum, Hesychius cum Etym. M. τολμητής, πρακτής interpretatur.]

* ποιηταὶ] Plato, teste Origene in Philosophum. p. 109, deum vocavit ποιητὴν καὶ διακοσμήσαντα τόδε τὸ πᾶν καὶ προνοούμενον αὐτοῦ, ubi Wolfius: „deus sensu Christiano recte ποιητὴς huius universi dici potest, quippe quod ex nihilo produxit: quae creandi ra-

tio verbo ποιεῖν denotari solet. Vide Iac. Basnage Diss. historico-theologic. p. 173 seq." Sed hic quidem sensus a Platonis dogmatibus alienus est, qui materiam praestruxit divinae creationi.

Caput II.

Ὥσπερ δὲ ἡμεῖς — καὶ αὕτη καλεῖται Ζεύς] Sic Stoici, teste Diogene Laertio p. 197, *εἰς ἅπαν αὐτοῦ (κόσμου) μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ καθάπερ ἐφ᾽ ἡμῖν τῆς ψυχῆς.* Seneca Epist. 65: ***Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est.*** De quo vide Lips. Physiol. Stoic. I Diss. 7. p. 35. Sic mundi animam cum anima hominis confert Varro in libris de diis selectis apud S. Augustin. de civ. dei VII, 23 et apud Tertull. ad nationes II, 2. p. 54. Varro ignem mundi animum facit, ut perinde in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Philo de migratione Abraham. p. 417: *λογιεῖσθε ὡς ἐν ἡμῖν ἔνεστι νοῦς καὶ τῷ παντί ἐστι, καὶ ὡς ὁ ἡμέτερος ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν τῶν περὶ ἡμᾶς ἀναψάμενος ἕκαστον τῶν μορίων ὑπήκοον ἀπέφηνεν ἑαυτῷ· οὕτω καὶ ὁ τοῦ παντὸς τὴν ἡγεμονίαν περιβεβλημένος, αὐτοκράτορι νόμῳ καὶ δίκῃ τὸν κόσμον ἡνιοχεῖ.* Manilius IV, 888:

> ***utque sit ex omni constructus corpore mundus,***
> ***aëris atque ignis summi terraeque marisque***
> ***spiritus et toto rapido quae iussa gubernans:***
> ***sic esse in nobis terrenae corpora sortis,***
> ***sanguineasque animas, animum qui cuncta gubernat,***
> ***dispensatque hominem.***

„Comme le monde, vertit Pater Pingré, est composé de tous les elements, de l'air, du feu, de la terre et de l'eau, et qu'il y a de plus dans ce monde un esprit qui veille à l'execution de ce qu'il a ordonné, de même il se trouve en nous un corps formé de terre, un principe de vie residante dans le sang et de plus un esprit qui gouverne et dirige." Sextus Empiricus ex Stoicorum mente loquens adv. Physicos IX. p. 569: *τὴν τῶν ὅλων ὕλην θεωροῦντες κινουμένην καὶ ἐν μορφῇ τε καὶ διακοσμήσει τυγχάνουσαν, εὐλόγως ἂν σκεπτοίμεθα τὸ κινοῦν αὐτὴν καὶ πολυειδῶς μορφοῦν αὐτήν· τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλο τι πιθανόν ἐστιν εἶναι ἢ δύναμίν τινα δι᾽ αὐτῆς πεφοιτηκυῖαν καθάπερ ἡμῖν* (lege *ἐφ᾽ ἡμῖν*, seu potius *ἐν ἡμῖν*) *ψυχὴ πεφοίτηκεν.* Ante hos omnes Xenophon Mem. I, 4, 17: *κατάμαθε, ὅτι καὶ ὁ σὸς* (vel *σοὶ*) *νοῦς ἐνὼν τὸ σὸν σῶμα, ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται. οἴεσθαι οὖν χρὴ καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι.*

Quod autem dixit Cornutus sua mundum anima contineri, *κόσμος ψυχὴν ἔχει τὴν συνέχουσαν αὐτόν*: hoc vocabulum *συνέχειν* et elegans

est et in tali re proprium. Laertius Vita Zenonis: φύσιν δὲ ποτὲ μὲν ἀποφαίνονται (οἱ Στωϊκοὶ) τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον. Ad verbum Balbus Stoicus apud Ciceronem de N. D. II, 11: ***natura est quae contineat mundum omnem eumque tueatur.*** Balbus ibidem contendit, deum esse mundum omnemque vim mundi divina natura contineri, ut Chrysippus dixit apud Plutarch. de Stoicor. repugn. p. 1035: συνέχεσθαι μιᾷ δυνάμει τὸν κόσμον ἕνα ὄντα καὶ πεπερασμένον. Idem ibidem Balbus: ***Haec ita fieri . . . non possent, nisi ea uno divino et continuato spiritu continerentur.*** Eadem apud Cic. de div. II, ubi addit: ***totam mundi huius molem mens divina continet, ut anima corpus.*** Idem alibi Balbus de N. D. II, 22: ***mundi, qui omnia complexu suo coercet et continet,*** et ibid. c. 34: ***omnia sicut membra et partes suas nutricatur et continet mundus.*** Quam Spinozisticam philosophiam omnium orientalium communem esse scribit Iohannes Tolandus in Originibus Iudaicis p. 118. Sextum caput Libri de mundo inscribitur, περὶ τῆς τῶν ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας, et ibidem legitur: πᾶς ὁ τοῦ βίου διάκοσμος ὑπὸ ταύτης συνέχεται, et infra ibidem deus dicitur συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν, ut apud Gregor. Nazianz. Orat. 34. p. 539: τοῦ εἶναι θεὸν καὶ τὴν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ ὄψις διδάσκαλος καὶ ὁ φυσικὸς νόμος. Habetur apud Clementem Alex. Strom. V. p. 674 a Gatakero laudatum ad Antonin. XII, 30. p. 435: ὁ διήκων πνευματικὸς τόνος καὶ συνέχων τὸν κόσμον, et infra ibidem: τὸν αἰθέρα πάντα συνέχοντα, ut in Sapientia Salomonis I, 7: πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην καὶ συνέχει πάντα. Origenes interdum Stoicissans de principiis II. p. 77. ed. Lutet. 1773 eodem sensu ac noster Cornutus: sicut corpus nostrum ex multis membris aptatum est et ab una anima continetur, ita et universum mundum, veluti animal quoddam immensum atque immane opinandum puto, quod quasi ab una anima, virtute dei ac ratione teneatur. Ubi vides Origenem conferre mundum cum animali: in quo Platonem secuti sunt Stoici. Marcus Antoninus IV, 40: ὡς ἓν ζῶον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν. [De hac sententia adeas Chalcidium in Timaeum fol. XXX. a. ed. Ascens.] Et hoc quidem συνέχειν vocabulum esse Platonicum et ab anima mundi desumptum, quae per omnem mundum se diffundit eumque rationibus substantialibus continet tanquam formale eius vinculum, observat Bruckerus Hist. cr. phil. T. II. p. 694. Plato autem eodem sensu simplex ἔχειν usurpavit pro composito συνέχειν. Sic enim habet in Cratylo p. 275: τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύει Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν, ubi cave emendes συνέχουσαν, quum statim sequatur φύσιν ὀχεῖν καὶ ἔχειν. Apud Nemesium de natura hominis c. 2. p. 49 Plato τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν vocat συνέχουσαν καὶ σφίγ-

γουσαν τὸ σωματοειδὲς τοῦ κόσμου· δεῖσθαι γὰρ τὰ σώματα τοῦ συνέχοντος ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἐδείχθη. Supra enim ibidem dixerat Nemesius p. 29: ἐδείχθη πᾶν σῶμα δεῖσθαι τοῦ συνέχοντος. Apud Philonem de Abrahamo p. 361 deus vocatur κόσμου βασιλεὺς συνέχων. Apud eundem περὶ κόσμου ἀφθαρσίας p. 947 mundus dicitur αἰωνίῳ συνεχόμενος καὶ διακρατούμενος δεσμῷ. S. Iustinus Ep. ad Diognetum p. 236: ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχή, τοῦτ' εἰσιν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί ... συνέχει αὐτὴ τὸ σῶμα . . . αὐτοὶ δὲ συνέχουσι τὸν κόσμον.

P. 8 τοῦ ζῆν] Auctor de mundo 7: Δία — ὡς κἂν εἰ λέγοιμεν, δι' ὃν ζῶμεν. [Plura Biagius Mus. Nan. p. 166. Beitr. z. Gr. u. Röm. Litt. T. I. p. 225. Adde versiculum Pythagorae adscriptum in Keilii Anal. epigr. p. 4:

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζάν, ὃν Δία κικλήσκουσι.]

[βασιλεύειν] Βασιλεὺς generale Iovis cognomen, a principatu eius repetendum, neque uni alterive Graeciae populo proprium, sed universis. V. Hippocrat. Epist. 12. Neque cuique populo peculiaris cognominis origo quaerenda, quod facit Scholiasta Aristoph. Nub. 2. Praeter alios hoc cognomine Iovem Parii quoque coluerunt: v. Vidua Inscr. Tab. XLIII, 3. Poetarum omnium primus, quantum sciam, Pindarus Iovem eo nomine adornavit.]

[ὅτι δι' αὐτὸν] Hanc ipsam, ineptam licet, rationem reddidit Orpheus in Cratere:

καὶ Ζῆν' αὐτὸν καλέουσι
καὶ Δία τ' ἠδ' ὅτι δὴ διὰ τοῦτον πάντα τέτυκται.

GALE. Conf. Beiträge I. 1. p. 224 seq.]

[τὰ πάντα] Iuppiter etiam Πᾶν dictus, utpote διατάκτωρ τῶν ὅλων (τοῦ παντός), de quo v. Damasc. de princip. p. 382.]

Δεὺς παρά τισι] Scilicet a Doriensibus, qui dicebant et Θεῦς, de quo v. Koen. ad Gregor. de dial. p. 76. Hinc Latinum ***Deus***. Omnia fere Doriensium dialecto debet Latina lingua. Multae sunt formae Latinae a Doricis expressae, ut quum primam personam pluralem indicativi in *s* terminant Latini, prorsus ut Dorienses, qui dicunt τύπτομες pro τύπτομεν. Sic post Maittairium et Marklandum Koen. ad Gregor. p. 163 observat, multa praesertim apud Pindarum colligi exempla de ἐν cum quarto casu, ut adhibetur Latinum ***in***, et Argivos et Cretenses pro εἰς dixisse ἐνς, sicque pro τιθεὶς usurpasse τιθένς, et hanc Creticam et Argivam participiorum terminationem receptam fuisse a Romanis in ***docens, legens***, eamque ipsam, vel εντς, in priscis verborum Graecorum participiis obtinuisse, arguere genitivos τιθέντος, τυπέντος etc. Terminationes Latinorum ***amanto*** etc. expressae sunt e Dorica imperativi forma ἀγγελλόντω pro Attico ἀγγελλόντων, quod et ipsum est pro communi ἀγγελλέτωσαν, ut post Maittairium et Mazocchium observat Koen. ad Greg. p. 75. Sic Latini

terminationem *dominos*, *libros* etc. sumpserunt a Doriensibus, qui primo dicebant παρθένος, λύκος, ἀμπέλος, et deinde παρθένως, λύκως, ἀμπέλως pro παρθένους, λύκους, ἀμπέλους, de quo v. Koen. p. 147 et 148. Terminationem nominum *timor*, *moeror* acceperant Latini a Laconibus, qui omnia nomina apud ceteros Graecos in *os* desinentia in *or* terminant, ut in nobilissimo illo decreto Τιμόθεορ παραγενόμενορ etc. Veteres Latini, ut videre est in Gifanii indice in Lucretium v. *sanguinis*, in nominativo dicebant *sanguinis*, *mentis* et *vomeris*, ut Aeolenses dicunt in nominativo ὁ μάρτυρος, ὁ φύλακος et ἄγωνος pro ἄγων apud Alcaeum, γέροντος pro γέρων, ἵερακος pro ἵεραξ etc. de quo v. Koen. ad Greg. p. 278 et 279, et quum constet Aeolenses genitivum pro nominativo posuisse, hinc ego hasce formas νεφεληγερέτα, μητιέτα et ἱππότα, non ut ab omnibus huc usque pro vocativis, sed pro genitivis habeo, qui Aeolensium more nominativorum sedem hic occupant. Nam Aeolenses in genitivo dicebant νεφεληγερέταο, μητιέταο, ἱππόταο. De hoc o micro omisso formatum est νεφεληγερέτα, μητιέτα, ἱππότα. Dorienses autem, quorum affinis, immo quorum una eademque erat dialectus, τὸ ō omittebant, ut Νικόλας pro Νικόλαος, Ἀκουσίλας pro Ἀκουσίλαος, Μενέλας pro Μενέλαος, unde Latini ex πύος *pus*, ex μόρος *mors* effinxerunt. Aeolenses ipsi τὸ omicron omittunt, quum ex ἐμέο, σέο, ἕο pro ἐμοῦ, σοῦ, οὗ formant ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν pro ἐμέοθεν, σέοθεν, ἕοθεν. Ut Aeolenses, sic Latini iota dativis et ablativis non subscripserunt, quamvis et olim Latinos dativis singularibus addidisse litteram *i*, ut *populoi Romanoi*, ex antiquis monumentis observaverit Lipsius de pronunciatione Latinae linguae c. 9. De quo v. Fabric. ad Sext. Emp. I, 9, p. 252, ubi probat e Strabone XIV. p. 648, multos etiam e Graecis iota dativis nullum apposuisse, πολλοὶ χωρὶς τοῦ ῑ γράφουσι τὰς δοτικάς; quae quidem littera dativisne subscribenda sit an omittenda, quaesitum fuisse a grammaticis monet Sextus Emp. l. c. †). Denique quum, observante Quintiliano XII, 10, pleraque Latini illa quasi mugiente littera claudant M, qua nullum Graece verbum cadere ait idem Quintilianus, qui dixit Graecos ν iucundam et in fine praecipue quasi tenientem illius loco ponere, quae est apud Latinos rarissima in clausulis, hanc ego mugientis litterae M clausulam Latinos Doriensibus debere existimo, qui interdum in fine μ loco τοῦ ν ponerent, ut in marmore antiquo, quod erat penes Burmannum, cuiusque partem edidit Koen. ad Gregor. p. 292, legitur τὰμ (pro τὰν) πᾶσαν. In eodem marmore apud eundem Koen. p. 83 legitur προξενίαμ, et τὰμ,

---

†) [Exemplo esse potest titulus in Sylloge inscr. p. 320, ubi v. notata.]

et τὸμ, et δῆμομ pro προξενίαν, τὰν, τὸν et δῆμον †). Atque haec pauca e multis in gratiam tironum collecta sufficiant, ut linguam Latinam ad Doricam dialectum revocare discant. [De forma Aeolensium Δεὺς v. Midam nostrum p. 76 et Classical Journal No. 45. p. 2 seq.]

[δεύειν τὴν γῆν] De re v. monita ad cap. 9: ὑέτιος. Haec in mentem mihi revocant affectum Oppiani locum, Cyneg. II, 127, ubi de Oronte:

χέρσον ὁμοῦ καὶ νῆσον, ἐμὴν πόλιν, ὕδατι χεύων.

Vehementer dubito an χεύειν πόλιν ὕδατι recte dici possit de fluvio urbem aqua sua irrigante. Mirum ni dederit poeta δεύων, verbum huic rei proprium. Euripides Phoen. 1168:

ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματι ῥοαῖς.

Ibidem 840 de Dirce fonte:

χλοεροτρόφον ἃ πεδίον
πρόπαρ Ἰσμηνοῦ καταδεύει.]

[καὶ ἡ γενικὴ πτῶσις] Ioann. Diacon. in Theog. ὁ Ζεὺς τοῦ Διὸς κλίνεται. δηλουμένου πάντως ἡμῖν, ὡς οὗτός τε ζωή ἐστι καὶ δι' αὐτοῦ ζῶσι τὰ ζῶντα. GALE.]

κυριώτατον μέρος] Aristot. de mundo 6 τὴν τῶν ὅλων συνεκτικὴν αἰτίαν vocat κόσμου τὸ κυριώτατον. Cicero de N. D. II, 16: ***Probabile est igitur praestantem intelligentiam in sideribus esse, quae et aetheream mundi partem incolant*** etc. De hoc Stoicorum dogmate v. Theol. phys.

---

†) [Sed hoc scripturae genus non tam Doriensibus, quam potius universae Graeciae commune fuisse, innumera quae nunc innotuerunt exempla in monumentis inscriptis satis testantur. De cuius usus, Romanorum quoque, ut arbitror, linguae communis, ratione vide quae succincte monui Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1837. No. 6. Ex Graecis titulis nunc adde ἐὰμ μὴ et ταστήλας (pro τὰς στήλας) ap. Franzium Fünf Inschriften und fünf Städte P. 17 et 18. In libris scriptis nil mirum usus illius hodie nulla aut paucissima vestigia reperiri, quoniam eorum scriptura minus ad oris consuetudinem quam ad normam a grammaticis constitutam exacta fuit, et quoniam si qua forte eiusmodi idiomata antiquis exemplaribus immutata adhaerebant, ea transcribendis codicibus librariorum socordia sive potius ignorantia interierunt. Non tamen prorsus exemplis caremus, quorum ex numero unum coniectando assequi licet, quod habemus in Hymno Hom. in Cererem 7, ubi nunc ex Ruhnkenii correctione vulgatur:

λειμῶν' ἂν μαλακὸν καὶ ἀγαλλίδας ἠδ' ὑάκινθον.

Codex λειμῶνα μαλακὸν, scilicet vitiose omissa littera μ ante μαλακόν, ut olim scriptum fuerit λειμῶν' ἂμ μαλακόν, quod in novissima Franckii editione nunc adeo repositum video, qui etiam vs. 17 recte scripsit Νύσιον ἂμ πεδίον. Apollon. Rhod. II, 514 vulgatur:

ὅσσ' ἐνέμοντο ἀμπεδίον Φθίης Ἀθαμάντιον.]

[πῦρ εἰσί] Animus est ex sempiternis illis ignibus, quae sidera et stellas vocatis. V. Macrob. Somn. Scip. I, 14. GALE.]

[Τοῦτο μὲν ἀλληγορικῶς οἱ ἐξηγηταί φασιν εἶναι] Iam hic ipse locus ob usum v. ἀλληγορικῶς, qua Cornutum adhuc usum non esse, monuimus ad c. 18, indicio esse potest, totum hoc apospasmation ab auctore nostro alienum esse: qua de re dictum in Not. cr. Ceterum intelliguntur hic, ut ex seq. patet, interpretes ii, qui allegorias ex vocabulorum maxime natura et ratione enuclearent, quos inter eum scholae, cui adscriptus erat, magistris Cornutus sane primarium locum obtinet. Antiquissimum vero totum illud genus allegoricae interpretationis, a Stoicis minime inventum, sed a Theagene Rhegino, uti fertur apud Schol. Iliad. υ, 67. p. 533 Bekk.; qui quum primus de Homero scripsisse traditur, eo ipso libro, ut mihi quidem videtur, istius interpretandi generis periculum fecit. De quo grammatico vetusto, Aristotelem aetate longe superante, qui primus grammaticam a rudi elementorum cognitione ad elegantiorem disciplinam revocasse dicitur, adi Welckerum Mus. Rhen. T. I. p. 156 seq. Ceterum Theagenis nomen suspicor in his Tzetzae ad Lycophr. 177. p. 455 Muell. ante Ῥηγίνου excidisse, quibus scriptorum quorundam, qui allegorias captassent, recensum exhibet: καὶ τοῦ πολυΐστορος Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀπολλοδώρου, καὶ Ῥηγίνου τοῦ πολυμνήμονος καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Περγαμηνοῦ etc.] P. 9

Κρόνον χρόνον] Heraclides Alleg. p. 465: *Κρόνον μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν χρόνον κατὰ μετάληψιν ἑνὸς στοιχείου.* [Eadem Etymol. M. p. 540. Schol. Hesiod. Theog. 459. Macrob. Sat. I, 8 et 22. Lydus de ostentis p. 276 ed. Hase: *Εἰσὶ δὲ οἵ φασι, τὸν Κρόνον, ἤ, κατὰ ἀντιστοιχείαν, τὸν Χρόνον, Οὐρανοῦ εἶναι παῖδα.*]

[*ὅτι ὁ καιρὸς* etc.] Huc facit Eudocia p. 258, de Crono agens: ὃ οἱ τῶν μύθων θεραπευταὶ καὶ θεολόγοι τῶν Ἑλλήνων ἀλληγοροῦντές φασιν, ὅτι εἴληπται μὲν οὖν οὕτω πάνυ εἰκότως, ἐπειδὴ ὅσα ἂν γίνονται κατὰ τὸν τῆς κινήσεως λόγον, πάλιν κατὰ τὸν αὐτὸν ἐν περιόδῳ ἀφανίζεται. καὶ ὁ χρόνος δὲ τοιοῦτόν ἐστι· δαπανᾶται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὰ γενόμενα.]

[*Πλάτων*] Platonis locum reperire non contigit; si quidem non est Politici, ubi Croni et Iovis fabulae ad explanandam mundi, qualis nunc est, rationem adhibentur; nam alieni ii loci videntur, quibus deus ὁ κόσμος appellatur, ut Timaei sub finem. Ceterum eandem illam Platonis sententiam Incertus ap. Stob. Ecl. phys. T. I. p. 50 his verbis respexisse videtur: *Πλάτων γάρ τοι καὶ αὐτὸς Δία μὲν καλεῖ τὸν δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, Δία δὲ καὶ τόνδε τὸν κόσμον.*]

[*ἐπ' ἀκροτάτης* etc.] Color horum ductus ex Iliad. α, 499, ubi Iuppiter dicitur sedere *ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο.*]

[*τὴν νύκτα*] Anastasius MS. in Casaubonianis p. 107: *Ὅθεν οἱ* P. 10

μυθικοὶ πρότερον ἀπὸ [l. ὑπὸ] Λητοῦς τεχθῆναι Ἄρτεμίν φασιν, εἶτα Ἀπόλλωνα· τουτέστι ἀπὸ [l. ὑπὸ] νυκτός. Αὕτη δ' ἂν εἴη Λητώ· καὶ γὰρ λήθη κατ' αὐτὴν καὶ ὕπνος γίνεται. Eudocia p. 277: Λέγεται δὲ Λητὼ παρὰ τὸ λήθω, τὸ λανθάνω· †) ἐπιληστικὴ γὰρ κακῶν ἡ θεός, ὡς Ἕλληνες μυθολογοῦσι. Ἀλληγορεῖται δὲ οὐ μόνον εἰς λήθην, ἀλλὰ καὶ εἰς νύκτα etc.]

[ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ, ἑπταμηνιαῖον] V. Creuzeri Symb. T. III. p. 96 seq.]

[Τριτώ] Varias huius nominis explicationes v. apud Creuzerum Symb. T. II. p. 650 seq. Epigr. in Brunck. Anal. T. III. p. 177:

Σῶζε, θεὰ Τριτοῖ, τὰ τεθέντα τε, τόν τ' ἀναθέντα.]

[οἱ Ἀθηναῖοι] Etym. M. p. 767, 43: Τριτογένεια — ἢ ἐπειδὴ τριτώ ἐστι, ὅπερ κατὰ Ἀθάμαντα σημαίνει τὴν κεφαλήν, ubi erat quum Ἀθηναίους pro Ἀθάμαντα reponendum censerem, donec incidi in Hesychii glossam: Τριτώ· Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιός φησι τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμᾶνας; quod nunc Etymologo vindicandum censeo. Idem Photius quoque refert Lex. v. Τριτογενής. Ceterum hunc vocabuli usum Cretensibus Eustathius ad Homerum, Aeolensibus Diaconus ad Hesiodi Theogoniam et Schol. ad Aristoph. Nub. 987 Herm. attribuunt: v. intpp. Hesychii T. I. p. 1421 seq. Pashley Travels in Crete T. I. p. 225 seq. Tzetzes denique ad Lycophr. 519 ex Boeotica dialecto vocem repetit. Cum Nostro, qui ad Atheniensium dialectum provocat, unus Suidas v. Τριτογενής T. III. p. 506 facere videtur; nam dubium annon restituendum ei Ἀθαμᾶνες pro Ἀθηναῖοι, quum illud Photius, cuius verba Suidas manifeste exscripsit, tueatur. Sed Athamanum de dialecto libere fateor, hoc loco excepto, nihil me habere compertum, ita ut malim totam hanc rem in medio relinquere: utcunque vero statuas, omnibus illis locis mentio aut Athamanum aut Atheniensium inferenda erit. Postremo annotare iuvat, ex Photio collato nunc satis probari Salmasii coniecturam, Suidae verba τριτὼ γὰρ ἡ κεφαλὴ κατὰ διάλεκτον delenda esse censentis, ad Dosiadae aram p. 140.]

Caput III.

Γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφή] Balbus apud Ciceronem de N. D. II, 26: ***Aër autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et coelum*** ††), ***Iunonis nomine consecratur: quae est soror et coniux Iovis, quod ei similitudo est aetheris et cum eo summa coniunctio.*** Cornutus

---

†) Eadem Etym. M. p. 564, 17. Cf. Schol. Hesiod. Theog. 918.

††) [Hinc Iuno τὴν μεσότητα συνέχειν dicitur Proclo Theol. Plat. VI, 22.]

p. 192 ostendit aethera esse Iovem. Athenagoras p. 192 dicit secundum Stoicos Iovem esse aërem, cuius τὸ μὲν ἄρσεν (aether) ὁ *Ζεύς*, τὸ δὲ θῆλυ (aër) *Ἥρα*, διὸ καὶ ἀδελφὴ καὶ γυνή. [Iunonis *sororiae*, utpote sororis Iani Curiatii, qui a Iove non diversus videtur, mentionem facit Enarrator antiquus Ciceronis, in Maii Auct. class. T. II. p. 93. 94.]

ἥτις ἐστὶν ὁ ἀήρ] Eustath. p. 45, 45: *Ἥρα ὁ ἀήρ*. Etym. M. p. 434 et Suid. v. *Ἥρα*. De hac Stoicorum etymologia v. Diog. Laert. VII, 147 ibiq. Menag. p. 319 et 32. I. Firmicus de errore prof. rel. p. 6: *Assyrii et pars Afrorum aërem ducatum habere elementorum volunt, et hunc imaginata figuratione venerantur. Nam hunc eundem nomine Iunonis, vel Veneris, si tamen Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas consecrarunt.* V. Plutarch. in Crasso, ubi de dea Hierapolitana, p. 553. [Philoponus ad Aristot. Meteor. T. I. p. 219 ed. Ideler.] Plato Timaeo p. 58: *κατὰ ταὐτὰ ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος, ὁ δὲ θολερώτατος ὁμίχλη τε καὶ σκότος, ἕτερά τε ἀνώνυμα εἴδη γεγονότα διὰ τὴν τῶν τριγώνων ἀνισότητα.*

κεκόλληται] Hoc pretiosum Lini fragmentum servavit Auctor Theologum. p. 51 [50 ed. Astii]: *Λίνος ὁ θεόλογος ἐν τῷ πρὸς Ὑμέναιον δευτέρῳ θεολογικῷ φαίνεται λέγων· Τέσσαρες ἀρχαὶ ἅπασιν τρισσοῖς δεσμοῖς κρατοῦνται* †). *Πῦρ μὲν γὰρ καὶ γῆ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις κατὰ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν· ὃ πρὸς ἀέρα πῦρ, τοῦθ' ὕδωρ πρὸς πῦρι καὶ ἀνάπαλιν ὃ πρὸς ἀέρα πῦρ, τοῦθ' ὕδωρ πρὸς γῆν, καὶ τὸ ἐναντίον.*

ῥεύσεως] Sic apud Cic. de N. D. I, 15 Chrysippus Stoicos ignem et aethera, tum ea quae natura fluerent atque manarent, ut et aquam et terram et aëra, deos esse dixit. Synesius de provid. I. p. 89 [ed. Petav.]: *οὐ γὰρ τὸ τοῖν αὐτοῖν ἐπὶ γῆς ἐκφῦναι γονέοιν, τοῦτο προσήκει ψυχαῖς, ἀλλὰ τὸ ἐκ μιᾶς ῥυῆναι πηγῆς*, et infra: *τὴν αὐτὴν ὁδὸν αὖθις ἀναῤῥυῆναι καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἀναχυθῆναι πηγήν.*

ὑφίστησιν] Dionysius de caelesti hierarchia p. 52 [c. 4. T. I. **P. 11**
p. 46 ed. alt. Corderii]: *ἡ ὑπερούσιος θεαρχία τὰς τῶν ὄντων οὐσίας ὑποστήσασα, πρὸς τὸ εἶναι παρήγαγεν.* Pag. 18 [c. 2. T. I. p. 16] idem deum vocaverat *ὄντως οὖσαν ὕπαρξιν*, essentialiter essentem exi-

---

†) [Fragmentum hoc in has versuum particulas solvendum:

Τέσσαρες ἀρχαὶ ἅπασιν
τρισσοῖσιν δεσμοῖς κρατέονται . . .

In alio fragmento, quod affert Ambrosch. Comm. de Lino p. 8

ἔλπεσθαι γὰρ χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον,

delendum *χρή*, quo metrum turbatur. De Hymenaeo illo supra laudato mihi cum Astio non liquet.]

stentiam, ut vertit Corderius, et de divin. nom. c. 1, 5 [T. I. p. 382] ὑπεραγαθότητος ὑπερύπαρξιν.

Ῥέαν] Eustathius omnino videndus p. 978, 44, sic habet: τῆς Ῥέας ἤγουν ὑπὸ τῆς ἀρχεγόνου ὕλης, τῆς φερωνύμως ῥευστῆς, et lin. 50: τὴν δ᾽ αὐτὴν καὶ Ῥείην ἀπὸ τοῦ ῥέειν.

σύγκρασιν] Sic Heraclides Pont. Alleg. p. 440: εἰς μίαν ὁμόνοιαν ἀνακραθῇ, et infra: τὰς φύσεις ἀλλήλαις ἐναντία φρονούσας, ὅταν εἰς τὸ αὐτὸ κραθῶσιν, ὁμονοεῖν. Haec e Galeni tractatu MS. περὶ χυμῶν affert Menagius ad Diog. Laert. [I, 27] p. 16: Τὰ μὲν οὖν πολυθρύλλητα τέτταρα, ὧν τὸ πρῶτον εἶναι ὕδωρ φαμέν, καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον τέθεμεν πρὸς σύγκρισιν, καὶ πήγνυσιν, καὶ σύστασιν τῶν ἐγκοσμίων, πρὸς ἄλληλα συγκεράννυται, quae e Thaletis secundo περὶ τῶν ἀρχῶν libro descripsisse se profitetur Galenus †). V. Gataker ad Antonin. 10, 24. p. 370. Sed et σύγκρισιν dici posse, testatur Origenes Philosoph. p. 42: κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ σύγκρισιν τῶν πάντων· V. Gatak. ad Antonin. 2, 17. p. 76.

P. 12 διάκρισιν] Diogenes Laert. prooemio [10] p. 8: τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐξ αὐτῆς διακριθῆναι.

ἀποτελεῖσθαι] Sic Homeri vitae Auctor dixit: τὴν ἀνάλυσιν εἰς τὰ γεννητικὰ στοιχεῖα τοῦ παντός.

ὑφίστασθαι τὸν ἀέρα] Eustath. p. 978, 27: Ἔτι ἰστέον καὶ ὅτι, καθὰ τὸν οὐρανὸν τῇ γῇ, καὶ τὸν Ὠκεανὸν τῇ Τηθύϊ, οὕτω πως καὶ τὸν αἰθέρα Δία ὁ μῦθος τῇ Ἥρᾳ εἴτουν τῷ ἀέρι ὡς γυναῖκα ἀνδρὶ συζεύγνυσιν, ἵνα οὕτω ζωογόνος ὁ ἀὴρ μᾶλλον γίνοιτο. Tunc aër (Iuno) entia producit, cum ab igne, Iove, commovetur et agitatur.

ἐκ πυρὸς ἐκινεῖτο] Sic ap. Cic. Acad. II, 37: ***Parmenides, ignem, qui moveat terram, quae ab eo formetur.*** Balbus ap. Cic. de N. D. II, 10 docet calidum illud atque igneum ita in omni fusum natura, ut in eo insit procreandi vis et caussa gignendi, a quo et animantia omnia, et ea quorum stirpes continerentur, et nasci sit necesse et augescere. V. et II, 9. [Proclus in Plat. Pol. fuse hanc rem explicat. V. Schol. Hom. Iliad. α, 609. GALE. Huc refero quod a Villoisono in varr. lect. enotatione p. 143 ed. Gale subiecta reperio: „Sub init. cap. 2 Iovem dixit esse κόσμου ψυχήν, et in fine addit. αἱ ἡμέτεραι ψυχαὶ πῦρ εἰσίν. Scriptor Homeri Vit. p. 325: Ζεὺς δὲ ὁ αἰθήρ, τουτέστιν ἡ πυρώδης καὶ ἔνθερμος οὐσία. Heraclides p. 441: πυρὸς δὲ εἰλικρινοῦς φύσις ἅ τ᾽ οἶμαι κουφοτάτη τὸν ὑψηλότατον ἀποκεκλήρωται χῶρον. Scriptor Homeri vit. [p. 326]: Ζεὺς μὲν ἔλαχε τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν, Ποσειδῶν δὲ τὴν τοῦ ὕδατος, Ἅδης δὲ τὴν του ἀέρος. Empedocles secundum Heraclid. p. 443 Iovem dixit αἰθέρα,

†) [Unica haec, nisi fallor, scriptorum Thaletis mentio satis suspecta, de qua v. Menagium.]

Plutonem vero *ἀέρα*, id est, ut habet Cornutus p. 144, *ὁ παχυμερέστατος καὶ προσγειότατος ἀήρ*. Schol. Hes. p. 273 et 274: *ὁ Ζεὺς, τουτέστι τὸ ζωογόνον πῦρ, τὸν ἄνω τόπον εἴληχεν.*" Ceterum de duplice genere aëris vel levioris et tenuioris, qui proprie *αἰθὴρ* dictus est, vel gravioris et crassioris adi Rosinium ad Epicuri Fragm. p. 74 ed. Orelli.]

Caput IV.

ὑγροῦ δύναμις] V. Theol. phys. [V. Plutarch. Quaest. Symp. V, 3. Proclus Theol. Plat. VI, 22. p. 403: *Ὁ δὲ Ποσειδῶν συμπληροῖ κἀνταῦθα τὰ μέσα τῆς δημιουργικῆς, καὶ μάλιστα τὸν ψυχικὸν διάκοσμον κυβερνᾷ· κινήσεως γὰρ ὁ θεός ἐστιν αἴτιος καὶ γενέσεως πάσης.*]

ἀπὸ τῆς πόσεως οὕτω κληθεῖσα] Heraclides Alleg. p. 418: *ὁ Ποσειδῶν ὑγρά τις ὢν ὕλη, καὶ παρὰ τὴν πόσιν οὕτως ὠνομασμένος.* Clemens Protreptico [p. 42. D]: *τί γάρ ἐστι πρότερον, Ποσειδῶν ἢ ὑγρά τις οὐσία, ἐκ τῆς πόσεως ὀνοματοποιουμένη;* [De hac nominis etymologia v. Boettigerum copiose disputantem, Amaltheae Vol. II. p. 333 seq.] Singularis prorsus est Olai Rudbeckii Atlant. T. I. c. 34, 4. p. 724 sic e Gothico deducentis sententia: „Supra c. 11. p. 447 monuimus ***basa*** aliud non esse quam coercere, punire, unde ***basse, besse, busse, passe, posse*** princeps durus et severus, et ***don*** aquarum fluminumque inter abrupta decurrentium stridorem et fremitum. Ita ***Posidon*** aestuantis, frementisque maris dominus fuerit." Ita Neptunum derivat a ***nepta***, compescere continentem, coercere, in ordinem redigere, et ***tun***, quo nomine sic in Edda vocatur mare, quia circumdat et circumcingit continentem, e ***tun*** circumcingit, circummunit.

Caput V.

Ἅιδης] Hunc Synesius quamvis poeta Christianus et episcopus P. 13
ad adventum Christi homines liberaturi et inferna adeuntis loca expalluisse sic dicit, Hymn. IX, 12:

> *φρίξεν σε γέρων τότε*
> *Ἀΐδας ὁ παλαιγενὴς* etc.

παχυμερέστατας] V. Theol. phys.

προσγειότατος ἀήρ] Pars ima (aëris) et vicina terris densa est et P. 14
caliginosa, inquit Seneca Nat. quaest. II, 10. Sic Diogenes Laert. vit. Zenonis p. 456 [VII, 145] lunam vocat *πρόσγειον*. [V. Animadv. ad cap. 35. init.]

[*καθ' αὑτὸν ἀόρατός ἐστιν*] V. ad cap. 35. init.]

[*Πλούτων δ' ἐκλήθη*] Balbus ap. Cic. de N. D. II, 26: ***Terrena*** P. 15
autem vis omnis atque natura Diti patri dicata est, qui Dives, ut

apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris.

αὐτοῦ κτῆμα] Eleganter Seneca Nat. quaest. II, 59: *in omnes constitutum est capitale supplicium, et quidem constitutione iustissima.*

Caput VI.

ῥύσιν] Heraclides Alleg. p. 465 dicit Rheam elementorum matrem, ἐπειδὴ ῥύσει τινὶ καὶ ἀεννάῳ κινήσει τὸ πᾶν οἰκονομεῖται. [V. Eudocia p. 341.]

ὄμβρων αἰτίαν] Etym. M. in Ῥέα p. 701: Ῥέα . . . οἱ δὲ, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ παιδὸς αὐτῆς Διὸς ὄμβροι καταρέουσι. Κρόνῳ δὲ λέγουσιν αὐτὴν συνεῖναι, καθόσον ἐξ ἀϊδίου χρόνου ἡ τοιαύτη ῥύσις γίνεται. Αἰγύπτιοι δέ φασιν αὐτὴν εἶναι ῥύσιν καὶ φορὰν τῶν γινομένων πραγμάτων. [Χρύσιππος δὲ λέγει τὴν γῆν Ῥέαν κεκλῆσθαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ τὰ ὕδατα.] Schol. Hesiodi p. 247 [Theog. 459]: Ῥέα κατὰ τὸν Χρύσιππον ἡ ἐξ ὄμβρων χύσις.

τυμπάνοις] Orph. Hymnus in Rheam omnino videndus, XIV, 3:

τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανὲς, χαλκόκροτε κούρη.

ἀστραπῶν] Teste Plutarcho Quaest. nat. p. 912 ἀστραπαὶ vocantur quoque τῶν ὀμβρίων ὑδάτων τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, quae εὐαρδέστερα τοῖς σπέρμασι esse dicit. Sed fortasse in hoc loco pro ἃ δὴ καὶ ἀστραπὰς καλοῦσι legendum ἃ δὴ καὶ ἀστραπαῖα, et pro εὐαρδέστερα reponendum εὐαλδέστερα, ut diserte [Sympos. IV, 2] p. 664: ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων εὐαλδῆ καλοῦσι, et infra ibid. τοῖς ἀστραπαίοις καὶ κεραυνίοις ὕδασιν.

[τυμπάνοις] Philostratus Imag. II, 12: καὶ τύμπανα ἠκούετο ἐκ Ῥέας (templo).]

[κεραυλίαις] Αὐλὸς Βερεκύντιος. Hesych. Ovid. Fast. IV, 181:

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
flabit, et Idaeae festa parentis erunt.

Seguini Num. p. 118. GALE. Ovidius Met. XI, 15:

sed ingens
clamor, et inflato Berecynthia tibia cornu,
tympanaque plaususque et Bacchei ululatus.
obstrepuere sono citharae.

Praeterea αὐλοῦ κερασφόρου, forma μηνοειδεῖ, Lunae sacri mentionem facit Aristides Quintil. p. 147 ed. Meibom. V. Schneideri Lex. Gr. v. κέρας 4.]

[λαμπαδηφορίαις] Rheae in honorem lampadum certamina habita, quis praeter Cornutum memoriae tradiderit, non novi.]

P. 16 ἄνωθεν ὄμβροι καταράττουσι] Aristoteles de mundo 2, 9: ὄμβροι καταράσσουσι. Idem 4, 4: μετὰ ὕδατος ἐκραγέντος ἀθρόως, et τὴν τοῦ

νέφους ἔκρηξιν. Heliodorus II. p. 110: *λάβρων ὑετῶν ῥηγνυμένων.* Philo de Abrahamo p. 355, ubi loquitur de diluvio: *τοῦ μὲν ἄνωθεν καταράττοντος*, unde cataractae. In Etymol. M. v. *Ῥέα* p. 701 pro *καταρέουσι* lege *καταράσσουσι.* Alia exempla v. ap. H. Steph. Thes. T. I. p. 518. De vocibus *ἐξαράττω* et *ἐπέῤῥαξεν* v. Toup. Em. in Suid. T. I. p. 139 et 147. Dicitur et de ventis. Aristoteles de mundo 5, 3: *συναραττόντων ἀνέμων παντοίων*, et infra *τῶν ῥηγνυμένων χειμώνων;* et 6, 10 *ὄμβροι καταῤῥαγέντες*, et ibidem: *ἐν Αἴτνῃ κρατήρων ἀναῤῥαγέντων χειμάῤῥου δικήν.* [De hac verbi *ῥήγνυμι* significatione v. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 403. Sic Latini *rumpi* de igne prorumpente: v. Wernsdorf. ad Aetnam 1 (Poet. Lat. min. T. IV. p. 87.)]

μετέωρον ὄρος] Schol. Pindari Nem. X, 132: *ἵνα ἴδην πᾶν ὄρος ὑψηλὸν ἀκούσωμεν.* Pausanias X, 12: *τῶν δὲ χωρίων τὰ δασέα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ΙΔΑΣ τότε ὀνομάζεσθαι*, de quo v. van Staveren Ferias c. 15. p. 811. T. VIII Misc. Obs. nov. De voce *ἴδη* v. Koen. ad Gregor. de dial. p. 225.

[*ὀρείαν*] Hesych. *Σεμίραμιν*, quae Suidae est Rhea, *περιστερὰν ὀρείαν* interpretatur. זמירא et רם. GALE. Eurip. Hippol. 144 *ματρὸς ὀρείας φοιταλέου*, ubi v. Schol. Musgr. ad Sophocl. Philoct. 391 Erf.]

[*τὰ γενναιότατα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γινομένων ζώων*] Hinc leones P. 17
ὀρεσίτροφοι dicti: v. Odyss. ζ, 130.]

[*τοὺς λέοντας*] Claudianus: — ***blandique leones submisere iubas.*** Servius ad III Aen. ad ***cultrix Cybele.*** GALE. Eudocia p. 369: *Φασὶ δὲ τὴν Ῥέαν, καὶ Κυβέλην, παρὰ τὰ Κύβελα ὄρη· ὀρεία γὰρ θεός· διὸ καὶ ἐποχεῖται λεόντων ζύγει.* Cf. Pierson. Verisimil. I, 3. p. 32. Diversas aliorum de Rheae sive Cybeles leonibus sententias v. apud Creuzer. Symb. T. II. p. 51 seq. et 54. In gemmis aliisque artis operibus dea vix aliter quam currui leonibus vecto insidens conspicitur; ipsi quoque leoni insidentem exhibet gemma in Causei Mus. Rom. T. I. sect. 1. tab. 35. Adde statuam deae utrinque leonem secum habentis, eo notabiliorem, quo certius eius nomen fiat inscriptione antiqua ipsi operi subiecta: VIRIVS MARCARIANVS V. C. DEAM CYBELEN P. S. De quo monumento Neapoli conservato adeas Gerhardii Neapels antike Bilderwerke T. I. p. 23.]

[*ἀγριωπόν τε*] Scilicet ut leones, quorum est *βλέμμα σκυθρωπὸν καὶ ἄγριον.* Translate Ephraemius Caes. 9352: *βλοσυρὸν ἦθος καὶ λεόντειον.* Sibylla XIV, 132:

Ἄρξει δ' ἄλλος ἀνὴρ τριάδων δέκα θηρὶ ἐοικὼς
ἐν χαίτῃ βλοσυρωτὸς ἀφ' Ἑλλήνων γενέσηται,

ubi legendum *εὐχαίτῃ βλοσυρωπός.* De voce *εὐχαίτης* adeas Lexica. Grammaticus in Boissonadii Anecd. Gr. T. IV. p. 376: *Εὐχαίτης πά-*

λιν λέγεται ὅστις καλὸς τὰς τρίχας. Ceterum in Philostrati Imag. II, 18: Καὶ βλέπειν μὲν ἥμερον φησίν, ἐπειδὴ ἐρᾷ· ἄγριον δὲ ὁρᾷ, καὶ ὑποκαθήμενον ἔτι, καθάπερ τῶν θηρίων τὰ ἀνάγκης ἡττώμενα Iacobsius quod olim coniecerat, ἄχρειον pro ἄγριον adversus monita in Syllog. inscr. p. 151 in editione Imaginum frustra defendit; nihil vulgata sincerius, in qua ἄγριον ὁρᾷ optime eam oppositionem exhibet, quam requirit praecedens ἥμερον βλέπειν: contra ἀχρεῖον eo minus aptum loci sensui, quo feris quamvis etiam inclusis et necessitati cedentibus obtutus semper quidam manet ferox.]

ἀρχηγός] Sic c. 8 init. ἀρχηγὸν εἶναι πάντων. Eadem voce utitur Dionysius Hal. Antiq. Rom. VIII, 69 in loco, quem elegantissime Toup. in Suidam T. II. p. 124 restituit.

ἀρχετύπου] Sic Pimandrus apud Pseudo-Herm. Trismeg. c. 1. p. 1. εἶδες ἐν τῷ νῷ τὸ ἀρχέτυπον εἶδος τὸ προάρχον τῆς ἀρχῆς τῆς ἀπεράντου, et c. 2. p. 17: τὸ ἀρχέτυπον φῶς τὸ ἀρχέτυπον ψυχῆς. Synesius Hymn. III, 154 deum vocat τῶν ἀρχεγόνων ἀμφιφαὲς φῶς. Heraclides Alleg. p. 491: ἀρχεγόνου καὶ πρώτης οὐσίας. Clemens Alex. Cohort. p. 56 [43. A ed. Sylb.]: οἱ ἀμφὶ Ἡράκλειτον τὸ πῦρ ὡς ἀρχέγονον σέβοντες.

P. 18 τῆς ζωογονίας] Sallustius philosophus c. 4. p. 250: ἡ μὲν οὖν μήτηρ τῶν θεῶν ζωογόνος ἐστὶ θεά, καὶ διὰ τοῦτο μήτηρ καλεῖται. [Rheam Orpheus mundi naturaeque parentem facit apud Proclum in Timaeum p. 315. Περιείληφεν πάσας τὰς ζωογονητικὰς δυνάμεις, Proclus ibidem. Ζωογόνον ῥοίζημα προΐησι et ζωοποιὸς ἡ Ῥέα, Damascius περὶ ἀρχῶν. GALE.]

[τῶν ὄντων] Titanes a physiologis dicuntur qualitates, horum praeses Rhea, πάσης Τιτανικῆς διαιρέσεως ἔξαρχος. Proclus Timaeo. p. 296. V. Damascium et Pignor. Mens. Isiac. p. 19. GALE.]

Ἀταργατῖς] Alii vocant Ἀτεργατίν, alii Ἀταργατίν: v. Voss. de idololatr. I, 23. Legitur *Adargatis* ap. Macrob. Sat. I, 23. p. 255 et Somn. Scip. I, 22. *Atargatis* apud Tertullianum ad nationes II, 8. p. 38. [Id nomen videtur derivari ab אדל et דג piscis magnus, puto Δαχὴν et Δαχὸν apud Damascium, Babyloniorum deos, hinc dici. V. Seld. de Diis Syris. Bochartum in Phaleg. Gyrald. Syntagm. 1. p. 61. 62. Voss. Idol. I, 23. Macarii Abrax. p. 70. Syriae duo numina. German. Eratosth. GALE. Cf. Schol. in Germanici Arat. T. II. p. 47 ed. Buhle et in primis Creuzerum Symb. T. II. p. 61 seq. Voelcker. in Welckeri Mus. Rhen. I. p. 200 seq. V. etiam Adnot. crit. ad h. l.]

[περιστερᾶς] V. quae Gale ad v. ὀργίαν supra adnotavit. Clemens Alex. Protrept. p. 25 ed. Sylb. (p. 35 ed. Pott.): τῶν μὲν Φοινίκην Σύρων κατοικούντων — οἱ μὲν σέβουσι τὰς περιστεράς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς.

De cultu columbarum apud Syros aliosque populos v. Creuz. l. c. p. 70 seq.]

ἰχθύος ἀπέχεσθαι] Plutarch. Quaest. Symp. VIII, 8. p. 730: *ὅθεν* P. 19
οὐ παρ' Αἰγυπτίοις μόνον, οὐδὲ Σύροις, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἕλλησι, γέγονεν ἁγνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων, μετὰ τοῦ δικαίου καὶ τὸ περίεργον (οἶμαι) τῆς βρώσεως ἀποδιοπομπουμένοις. ὑπολαβὼν δὲ ὁ Νέστωρ· Τῶν δ' ἐμῶν (ἔφη) πολιτῶν, ὥσπερ Μεγαρέων, οὐδεὶς λόγος. καίτοι πολλάκις ἀκήκοας ἐμοῦ λέγοντος, ὅτι ἀεὶ οἱ Ποσειδῶνος ἱερεῖς (οὓς ἱερομνήμονας καλοῦμεν) ἰχθῦς οὐκ ἐσθίουσιν. ὁ γὰρ θεὸς λέγεται φυτάλμιος· οἱ δὲ, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ παλαιοῦ, καὶ πατρογενείῳ Ποσειδῶνι θύουσιν, ἐκ τῆς ὑγρᾶς τὸν ἄνθρωπον οὐσίας φῦναι δόξαντες, ὡς καὶ Σύροι. διὸ καὶ σέβονται τὸν ἰχθὺν, ὡς ὁμογενῆ καὶ σύντροφον. Cetera vide apud eum, ubi notabilem Anaximandri de hominum origine opinionem recenset. [De religione, qua pisces apud Syros cognatosque populos colebantur, v. Creuzerum l. c. p. 69 seq.]

Γάλλων] Eustath. p. 234, 21: *Γάλλων, ἤτοι ἀποκόπων· σαφέστερον δὲ εἰπεῖν, εὐνούχων.* V. Etym. M. p. 220, 22. Suid. T. I. p. 466. Hesych. et eius intpp. [V. Sallust. de diis et quem Orell. ibi p. 84 affert Iulian. Or. V. in deor. matrem p. 302 (p. 165 ed. Spanh. Lips.)]

ὁ Κρόνος λέγεται καταπίνειν etc.] Conf. Sallust. de mundo c. 4. p. 247. [ubi v. Orell. p. 78]. Etym. M. in *Κρόνος* p. 540: *καταπίνειν δὲ λέγεται τὰ τέκνα, ὅτι ὅσα διὰ χρόνον γίνεται, τῷ χρόνῳ πάλιν συνδιατρίβεται. Φώτιος πατριάρχης.* Macrobius Sat. I, 8. p. 185: ***hunc*** (Saturnum) ***aiunt filios suos solitum devorare eosdemque rursus evomere; per quod similiter significatur, cum tempus esse: a quo vicibus*** (*ἐν περιόδῳ*) ***cuncta gignantur absumanturque et ex eo denuo renascantur.*** Tertullianus ad nationes II, 12. p. 61: ***eleganter quidam sibi videntur physiologice per allegoricam argumentationem de Saturno interpretari tempus esse, et ideo Coelum et Terram parentes, ut et ipsos origine nullos, et ideo falcatum, quia tempore omnia dirimantur; et ideo voratorem suorum, quod omnia ex se edita in seipsum consumat.*** Augustinus de civ. dei VI, 8: ***Saturnum suos filios devorasse, ita nonnulli interpretantur, quod longinquitas temporis, quae Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consumat.*** Cicero de N. D. II, 25: ***Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Graece id ipsum nomen habet:*** *Κρόνος* ***enim dicitur, qui est idem*** *χρόνος*, ***id est spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod saturaretur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia annisque praeteritis insaturabiliter expletur.***

τῆς κινήσεως λόγον] Motum omnium caussam agnovisse videtur P. 20

Darius Hystaspis filius in sua ad Heraclitum epistola, quam memorat Diog. Laert. IX, 13. p. 555, ubi ei dicit ipsius librum *δοκεῖν δύναμίν τινα περιέχειν θεωρίας κόσμου τε τοῦ σύμπαντος καὶ τῶν ἐν τούτῳ γινομένων· ἅπερ ἐστὶν ἐν θειοτάτῃ κείμενα κινήσει;* quod videtur ex ipsomet hausisse Heracliti libro, qui philosophus fuit ante Stoicos Stoicus. Plutarchus de plac. phil. I, 22. p. 884 dicit plerosque Stoicorum tempus vocasse *αὐτὴν τὴν κίνησιν*, Pythagoram vero *τὴν τοῦ οὐρανοῦ κίνησιν* †), at Platonem *αἰῶνος εἰκόνα κινητήν, ἢ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως.* V. omnino Iustin. in Paraenet. p. 19.

δαπανᾶται] Orph. Hymn. XIII, 3 de Saturno:

ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα καὶ αὔξεις ἔμπαλιν αὐτός.

[*λίθον ἀντ' αὐτοῦ προσενεγκεῖν ἐσπαργανωμένον*] Apud Plataeenses simulacrum Rheae memoratur a Pausania IX, 2, 5: *ἐσελθοῦσι μὲν Ῥέα τὸν πέτρον κατειλημμένον σπαργάνοις, οἷα δὴ τὸν παῖδα, ὃν ἔτεκε, Κρόνῳ κομίζουσά ἐστι.*]

P. 21 *φύσις*] Quid sit *φύσις*, v. apud Plutarch. de plac. phil. I, 1. p. 873.

μεσαίτατον αὐτοῦ] Schol. Hesiod. Theog. p. 238: *τὸ μεσαίτατον τοῦ παντός ἐστιν, ἤγουν ἡ γῆ ἀκίνητος μενοῦσα.* Plutarch. de plac. phil. III, 11. p. 895: *οἱ ἀπὸ Θάλεω τὴν γῆν μέσην.* [Augustinus in Genesin II, 7: ***Coelum sicut sphaera undique concludere creditur terram in media mundi mole libratam, aut ex una parte desuper velut discus operitur.*** Ovidius Fast. I, 110:

sederunt medio terra fretumque solo,

uti recte nuper pro vulg. ***loco*** scriptum est. Alia attulimus ad c. 28 init.]

[*λίθος*] *Βαιτύλος* a Graecis, ***Abaddir*** vel ***Abadir*** a Romanis vocatus, teste Prisciano V. p. 647: ***Abadir deus est: dicitur et hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse pro Iove, quem Graeci** Βαιτύλον **vocant**, unde profecit Glossarii MS. auctor, cuius fragmentum edidit Sinnerus Catal. codd. MS. Bibl. Bernens. p. 413, ubi appellatur ***Abardir***. Cf. Augustini Epist. 44. In alio Glossario MS., de quo v. Valckenarii Opusc. T. I. p. 243 ed. Lips., exstat ***Abaldir***. Plura dabit de horum nominum origine et significatu Orellius ad Sanchuniath. Fragm. p. 30 seq.]

ἐγκατεστηρίχθη] Seneca de providentia 1: ***Supervacuum est in praesentia ostendere, non sine aliquo custode tantum opus stare, nec hunc siderum certum discursum fortuiti impetus esse, et quae casus incitat, saepe turbari et cito arietare: hanc inoffensam velocitatem procedere aeternae legis imperio, tantum rerum terra mari-***

---

†) [De Crono Io. Laur. Lydus de Ostentis p. 276: *Εἰσὶ δὲ οἵ φασι, τὸν Κρόνον — Οὐρανοῦ εἶναι παῖδα· καὶ γὰρ ἐκ τῆς οὐρανοῦ κινήσεως ὁ χρόνος.*]

que gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex dispositione lucentium; non esse materiae errantis hunc ordinem: neque quae temere coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat immotum et circa se properantis coeli fugam spectet.

ἐπὶ θεμελίου] Hoc Stoici hauserant a Timaeo Locro, qui p. 552 sic habet: ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρεισται. Plutarchus de plac. phil. II, 6. p. 887: Οἱ φυσικοὶ ἀπὸ γῆς ἄρξασθαί φασι τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου, καθάπερ ἀπὸ κέντρου· ἀρχὴ δὲ σφαίρας τὸ κέντρον. [Schol. Hesiod. Theog. 126: Κέντρον ἡ γῆ· αἴτιον δὲ σφαίρας τὸ κέντρον· διὸ γεννᾷ ἡ γῆ τὸν οὐρανόν.] Seneca Nat. quaest. VI, 1 de terrae motibus: *Quam latebram prospicimus, quod auxilium, si orbis ipse ruinas agitet? si hoc, quod nos tuetur ac sustinet, supra quod urbes sitae sunt, quod fundamentum quidam orbis esse dixerunt, discedit ac titubat?* Terra Orph. Hymn. XXVI, 4 ἕδρανον ἀθανάτου κόσμου dicitur. Pindarus ap. Plutarch. de facie in orbe Lunae p. 923: τὴν γῆν ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσι. [De hac fabula et eius physiologia Hesiodi Interpres agit pag. 129. 130. 143. 144. 147, ubi nostri verba videas. V. etiam Schol. Iliad. ο, 318 et Apollonii Rhod. I, 1098. De Rhea ista θεολογεῖ Damascius: Ἡ Ῥέα τοῦ Κρόνου εἰς ἄλλην διακόσμησιν προάγει τὰ γεννήματα. Et alibi idem: Τῇ Ῥέᾳ ἡ Ὀγδοὰς προσήκει, ὡς ἐπὶ πᾶν κινηθείσῃ κατὰ τὰς διαιρέσεις, καὶ οὐδὲν ἧττον ἑστώσῃ παγίως καὶ κυβικῶς †). Idem: πρῶτος ἐκεῖνος (ὁ Κρόνος) βούλεται τὰ οἰκεῖα γεννήματα περιέχειν, διὸ καὶ τοῖς ἱερατικοῖς οἱ Κρόνιοι τετήρηνται δαίμονες παιδοβροσίαις [immo παιδοβρωσίαις] χαίροντες, καὶ τὴν τοιαύτην προβεβλημένοι δύναμιν. GALE. De eo, quod sedens cogitatur Rhea, adeas Creuzerum Symb. T. II. p. 51. Sedentis Terrae statua Patris: Pausan. VII, 21, 4. Ceterum in primis huc pertinent quae infra c. 28 de Vestae, quam eandem esse cum Terra demonstratur, nomine leguntur, scilicet derivando διὰ τὸ ἐπ'

†) [Hinc Rheae τὸ τετράγωνον σχῆμα adscribit Philolaus, teste Damascio in Plat. Parmenidem, cuius locum excitat Creuzerus Comm. Herodot. p. 343. Theolog. arithm. p. 64 Ast: ἐκ δὲ τετραγώνου ὁ κύβος· τοῦτο δὲ σχῆμα γῆς ἐστιν. Neque ineptum plane dixerim eum, qui *Cybeles* nomen a κύβος derivandum censeat. Cf. Creuzeri Symb. T. II. p. 52. not. Ἐκ τοῦ κύβου γεγονέναι τὴν γῆν, dixerat Pythagoras teste Stob. Ecl. phys. T. I. p. 450. Heer. Lexicon apud Hermann. de em. gr. gr. rat. p. 325: λέγεται δὲ καὶ Κυβέλη ἀπὸ τοῦ κυβικοῦ σχήματος κατὰ γεωμετρίαν ἡ γῆ, διὰ τὸ βάσιμον καὶ στάσιμον. Praeterea Scriptor anonymus in Zeitschr. f. d. Alterth. 1839. No. 53. p. 420 de Platone: τὴν μὲν γὰρ γῆν διὰ τὸ εὐέδραστον καὶ βεβηκὸς αὐτῆς κυβοειδῆ λέγει (ἑδραῖος γὰρ ὁ κύβος), ubi non opus est cum Prellero, qui fragmentum illud ex apographo Hamburg. edidit, εὐέδρον scribere, quum adiectivi forma εὐέδραστος per se omni mendi suspicione vacet.]

αὐτῆς ὡσανεὶ ἐπὶ θεμελίου τὸν ὅλον ἑστάναι κόσμον. Cf. Prelleri Demeter und Persephone p. 15.]

τρεφομένων] Seneca Nat. quaest. VI, 16: *Totum hoc coelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae, quarum iniri non potest numerus, omnis hic coelestium coetus, et (ut alia practeream) hic tam prope a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur: nec ullo alio scilicet quam halitu terrarum sustinentur. Hoc illis alimentum, hic pastus est.* V. Menag. ad Laert. p. 186. [Hinc mater hominum dicitur terra a Xenophonte et Cicerone, ad cuius de legg. II, 22, 56 v. Goerenzium.

Caput VII.

Κρόνος] In Ezour Vedam Indorum p. 31 Saturni planeta dicitur Choni, quod prope accedit ad Κρόνος, et Robi sol, Chomo luna, Mongolo Mars, Boudo Mercurius, Zibo Iuppiter et Bargobo Venus. Sic ap. eosdem Indos in eodem libro p. 93 aiou est durée de la vie des hommes, αἰών. Indi quoque, teste eodem p. 97, suum habent Soturanouno, qui primus regnare in monte Nilo dicitur.

μίγνυσθαι τῇ γῇ] Euripides ap. Stob. Ecl. phys. c. 12 [Eur. fragm. p. 364 ed. Matth.]:

Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταὐτὸν δύο,
τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ' ἅμα,
ὅθεν βρότειον ζῇ τε καὶ θάλλει γένος.

P. 22 ἡ τῆς τῶν ὅλων γενέσεως τάξις] Alio quoque modo id explicaverunt Stoici, teste Balbo sic loquente apud Cic. de N. D. II, 24: *Nam vetus haec opinio Graeciam opplevit exsectum Coelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas; coelestem enim, altissimam aetheream que naturam, id est, igneam, quae per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quae coniunctione alterius egeret ad procreandum.*

[πολλὴν ῥύσιν] Saturnum esse αἰώνιον τοῦ ῥεύματος ῥόον, monuit Phaedrus de nat. deor. p. 17, ubi v. Petersen p. 36.]

[λεπτοτέρας ποιήσασα τὰς ἀναθυμιάσεις] Saturno a magistris philosophiae Platonicae recentioribus vis discretiva attribuitur. Proclus apud Io. Laur. Lyd. de Off. p. 278 ed. Hase: Ἐπειδὴ γὰρ τῆς Τιτανικῆς ἡγεῖται διακοσμήσεως παρὰ τὸ διαιρετικὸν καὶ τῶν νοερῶν τὸ ἀκρότατον, ἐν οἷς ἑτερότης ἐξέλαμψε· διὰ δὲ ταῦτα καὶ λαμβάνειν αὐτόν φασι

καὶ διδόναι τὴν βασιλείαν οἷον μαχητικῶς καὶ βιαίως, δύναμίν τι τὴν ἐρίζουσαν τὰ δεύτερα τοῖς πρώτοις καθίστησι etc. Idem Comm. in Cratyl. p. 60. ed. Boissonad. de Saturno: Τὴν γὰρ ἡνωμένην νόησιν εἰς πλῆθος προάγει καὶ πεπλήρωκεν ἑαυτὸν τῶν ἐπίπαν διεγειρομένων νοητῶν· ὅθεν δὴ καὶ ἡγεμὼν εἶναι λέγεται τοῦ Τιτανικοῦ γένους καὶ διακρίσεως παντοίας ἔξαρχος καὶ τῆς ἑτεροποιοῦ δυνάμεως. Et paullo ante idem p. 59: Μόνος δ' ὁ Κρόνος καὶ ἀφαιρεῖται τὸν Οὐρανὸν τὴν βασιλείαν τελέως, καὶ τῷ Διῒ παραχωρεῖ τῆς ἡγεμονείας, τέμνων καὶ τεμνόμενος, ὥς φησιν ὁ μῦθος. Anonymus MS. περὶ θεῶν excerptus a Koppio ad Damasc. de princip. p. 63: καὶ ἔοικεν τῶν συναγωγῶν καὶ τῶν διαιρέσεων τὰς ἀκροτάτας ταύτας αἰτίας ἔχειν παρ' ἑαυτῷ ὁ Κρόνος, διὰ μὲν τῶν οὐρανίων τομῶν προάγων εἰς τὰ μέρη τὴν ὁλότητα τὴν νοερὰν καὶ προόδων γεννητικῶν καὶ πολλαπλασιασμῶν αἴτιος γενόμενος, καὶ ὅλως τῆς Τιτανικῆς γενεᾶς ἡγούμενος, ἀφ' ἧς ἡ διαίρεσις τῶν ὄντων. Macrobius Sat. I, 8. p. 185: ***Ex quo intelligi volunt, quum chaos esset, tempus non fuisse: siquidem tempus est certa dimensio, quae ex coeli conversione colligitur; tempus coepit inde. Ab ipso natus putatur*** κρόνος, ***qui, ut diximus,*** χρόνος ***est. Quumque semina rerum omnium post coelum gignendarum de coelo fluerent, et elementa universa, quae mundo plenitudinem facerent, ex illis seminibus funderentur; ubi mundus omnibus suis partibus membrisque perfectus est: certo iam tempore finis factus est procedendi de coelo semina ad elementorum conceptionem.*** Ceterum de Saturni natura et nomine meliorem nunc expositam habes doctrinam ab Hefftero in Allg. Schulzeitung 1833. No. 29 seq., ubi docetur eo numine significari terrae frugum provenientium et maturescentium et messis rationem.]

κόσμου φύσις] Eleganter de deo dicit Synesius in secundo hymnorum, quos parum vel eruditis notos doleo, vs. 60.

σὺ δ' ἐσσὶ ῥίζα
παρεόντων, πρό τ' ἐόντων,
μετεόντων, ἐνεόντων.
Σὺ πατήρ, σὺ δ' ἐσσὶ μάτηρ.
Σὺ δ' ἄῤῥην, σὺ δὲ θῆλυς·
Σὺ δὲ φωνά, σὺ δὲ σιγά·
φύσεως φύσις γονῶσα·
σὺ δ' ἄναξ, αἰῶνος αἰών.

V. et Hymn. III a versu 145, ubi deum vocat πατέρων πάντων πατέρα, αὐτοπάτορα, προπάτορα, ἀπάτορα, υἱὸν ἑαυτοῦ, ἓν ἑνὸς πρότερον etc. et infra ὄμμα ἑαυτοῦ, et Hymn. IV, 61 seq. ἀρχῶν ἀρχάν, παγῶν παγάν, ῥιζῶν ῥίζαν . . . κόσμων κόσμον et vs. 231 νόον νόου, ψυχᾶν ψυχάν, φύσιν φύσιων, et Christum Hymn. VII, 14 τὴν παντομιγῆ φύσιν. Deum Hymn. I, 52 vocaverat αὐτόσσυτον ἀρχάν.

ἐπίσχε] Similis allegoria apud Schol. Hesiod. Theog. p. 274.

P. 23 *διεξαγωγὴν*] De hac voce rara sic Stephanus Thes. Ling. Gr. [T. I. p. 76]: „Budaeus *διεξαγωγὴν* vitam et moram in rerum natura interpretatur in hoc Damasceni loco De providentia: *πρόνοιά ἐστι βούλησις θεοῦ, δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τὴν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει.* Sic in Basil. Homil. 8 in Hexaem. *διά τε τὸν πορισμὸν τῆς τροφῆς καὶ διὰ τὴν λοιπὴν τοῦ βίου διεξαγωγήν.* Ego apud Damascenum et in aliis eiusmodi locis malim interpretari: in commodo statu vitam degunt." Fallitur vir doctissimus, et vel ex hoc Cornuti loco discere poterat, *διεξαγωγὴν* recte a Budaeo in Damasceno explicari *moram in rerum natura,* quum apud Cornutum *μακροτέραν διεξαγωγὴν* significet longiorem moram, in loco autem Basilii citato *τὴν λοιπὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν* possit significare ea, quibus vita sustentari in posterum possit, quum proxime adhaereat *τῷ πορισμῷ τῆς τροφῆς*, et supra recte e Synesio, Polybio Gregorioque Nazianzeno *τὸν βίον διεξαγάγω* esse vitam traducere, vitam tolerare, comprobaverit Stephanus, ut in hoc quem affert Polybii loco e Budaei Commentariis 9. p. 380: *οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας γεννημάτων.* Adde et apud Antonin. VII, 69: *πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταῖαν διεξάγειν.* Wolfius ad Arrian. II, 1. p. 172. ed. Upton., ubi legitur *ὡς βουλόμεθα διεξάγειν*, ut volumus degere, annotat T. II. p. 103 eiusd. ed. *τὸ διεξάγειν καὶ διεξαγωγὴν* Stoicis omnem totius vitae cursum significare, et Uptonus in Indice observat *τὸ διεξάγειν*, id est, vitae cursum traduco, et hinc *διεξαγωγήν*, id est, totius vitae cursum, esse vocabula e porticu, et septem indicat loca, in quibus apud Arrianum similiter pro totius vitae cursu. Nullus dubito, quin et hic in Cornuto et alibi designet mansionem, moram, Gallice la durée. Nemesius c. 42 p. 164: *προνοίας (ἐστὶ) ἡ μετὰ τὴν κτίσιν διεξαγωγὴ τῶν ὄντων*, ubi *διεξαγωγὴ* idem est quod *διαμονή.* Idem enim Nemesius infra c. 44. p. 170 suam sic explicat sententiam: *τῷ θεῷ μέλειν φασὶ τῆς τῶν ὄντων διαμονῆς, ὥστε μηδὲν τῶν γενομένων ἐπιλεῖψαι, καὶ τούτου μόνου πρόνοιαν ποιεῖσθαι.* Sic et idem providentiam definit c. 43. p. 166: *πρόνοιά ἐστι βούλησις θεοῦ, δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τὸν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει.* Quam definitionem et Damasceno tribuit Lipsius Physiol. Stoic. I, 11. p. 54, qui male vertit „convenientem ordinem et regimen", ut Nemesii interpres Nicasius Illebodius male interpretatus est „per quam omnia quae sunt apte gubernantur", ut supra male vertit „providentiae est res creatas administrare", quum legeretur in textu *διεξαγωγὴν τῶν ὄντων.* V. autem quae de voce *διεξάγειν* annotavimus in Theol. phys. Confer Numenium apud Euseb. Praep. evang. XV, 19. p. 821, ubi habes *τὴν αὐτὴν διεξαγωγὴν ποιεῖται*, et ex cuius verborum serie apparet, *τὴν διεξαγωγὴν* sensu morae et per mansiones explicandum esse. Neme-

sius c. 44. p. 168: *τῆς δὲ διεξαγωγῆς καὶ τοῦ τέλους τῶν πρακτέων.* Saepe haec vox iungitur cum *ἀρχῇ*, initio, et *ἀπολήξει* seu *τέλει*, fine. Marcus Antoninus VIII, 20: *ἡ φύσις ἐστόχασται ἑκάστου, οὐδέν τι ἔλασσον τῆς ἀπολήξεως, ἢ τῆς ἀρχῆς τε καὶ διεξαγωγῆς*, ubi recte Interpres vertit durationem. *Τῇ διεξαγωγῇ* opponitur *ὑπεξαγωγὴ* apud eundem Antoninum, qui V, 23 *τὸ τάχος τῆς ὑπεξαγωγῆς* usurpavit ad exprimendam celeritatem, qua omnia auferantur et abripiantur. Haec autem vox *διεξαγωγὴ* legitur apud Origenem contra Celsum III. p. 500 ed. Benedictin. et p. 159 ed. Spenc. in loco corruptissimo quemque ideo interpretes hactenus non ceperunt. Scilicet Celsus Christianis obiecerat, eos vana spe lactari: cui respondet Origenes, idem et iis dicendum ethnicis, qui animi immortalitatem vel saltem longam, ut cum Cicerone loquar, illius usuram exspectant, *οἱ παραδεξάμενοι τὴν τῆς ψυχῆς διαμονήν.* Pergit Origenes et addit, idem quoque et iis obiiciendum, qui sunt *πεισθέντες περὶ τοῦ θυράθεν νοῦ ὡς ΘΑΝΑΤΟΥ ΚΑΙΝΟΥ ΔΙΕΞΑΓΩΓΗΝ ἕξοντος.* Lego *ὡς ΑΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΙ ΔΙΕΞΑΓΩΓΗΝ ἕξοντος*, id est, qui credunt animam esse immortalem, vel saltem diu permansuram; quam quidem emendationem mire confirmant sequentia Origenis verba, in quibus subiicit sic et iis adversari Celsum quae non spernenda dicuntur *περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς ἢ τῆς ἐπιδιαμονῆς αὐτῆς ἢ τῆς τοῦ νοῦ ἀθανασίας.* Hinc vides in Damasceno, Nemesio et Cornuto *τὴν διεξαγωγὴν* idem esse ac *ἐπιδιαμονήν.* Enimvero philosophorum alii animam immortalem, alii mortalem esse, alii autem aliquamdiu permanentem opinabantur. Hermias in gentilium philosophorum irrisione p. 22. 23 ed. Dommerich [§. 3. p. 216 ed. Worth.]: *τὴν δὲ φύσιν αὐτῆς (ψυχῆς) οἱ μὲν ἀθάνατόν φασιν, οἱ δὲ θνητήν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον ἐπιδιαμένουσαν.* At vero *ἐπιδιαμονή*, seu *διεξαγωγή*, quum de animo agitur, est dogma et vocabulum prorsus Stoicum. Nam apud Diog. Laert. vita Zenonis Cleanthes affirmat *πάσας ψυχὰς ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως.* Didymus apud Euseb. Praep. evang. XV, 20. p. 822 dicit *ψυχὴν ἐπιμένειν*, et infra *διαμένειν.* Antonin. IV, 21: *εἰ διαμένουσιν αἱ ψυχαί.* Clemens Alex. Strom. V. p. 712 habet *ψυχῶν ἐπιδιαμονήν.* V. nostram Theol. phys. Unde Cicero Tusc. I, 31 dicit Stoicos usuram nobis tantum largiri animorum ut cornicibus, diu permansuros dicere animos, semper, negare. Ipse Origenes, quemadmodum et Stoici, inter *τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς* et *τὴν ἐπιδιαμονὴν* discrimen facit, quum in S. Matthaeum dicit Sadducaeos omnino negare *τὴν τῆς ψυχῆς οὐ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδιαμονήν.* Quum autem dixit ibidem Origenes *περὶ τοῦ θυράθεν νοῦ*, eos designat qui dicant animam extrinsecus insinuari, quod erat eorundem Stoicorum dogma, de quo v. Lipsii Physiol. Stoic. III, 7, apud quem Tertullianus de anima c. 25. p. 232 dicit, Stoicis animam videri nondum vivo infanti ex–

trinsecus (*θυράθεν*) imprimi. Lactantius III, 18. p. 237 seq.: ***Pythagorici et Stoici — quum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse esse ut occidant animae cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur: dixerunt non nasci animas, sed insinuari potius in corpora.*** Idem de opific. dei c. 17. p. 119: ***non post partum insinuatur in corpus anima, ut quibusdam philosophis videtur.*** Et Instit. div. VII, 12. p. 551 dicit Pythagoram existimasse, animas insinuare se novis ac recens natis. Recte igitur Origenes opinionem, qua animae extrinsecus in corpore insinuari dicuntur, cum ea, qua immortales esse aut saltem diu permanere dicantur, coniunxit. Lucretius III, 670:

Praeterea, si immortalis natura animai
constat, et in corpus nascentibus insinuatur.

Et I, 112:

ignoratur enim, quae sit natura animai,
nata sit, an contra nascentibus insinuetur,

et III, 691:

corporibus nostris extrinsecus insinuatas,

et 699:

Quod si forte putas extrinsecus insinuatam
permanare animam nobis per membra solere.

V. et 722. 729. 738. 782. 784. Graeci autem ut hanc animam extrinsecus insinuatam exprimant, utuntur voce *θυράθεν*, ut apud Theodoretum Therap. V. p. 547. [T. IV. p. 826. ed. Schulze]: *οἱ περὶ Πλάτωνα . . . θυράθεν τοῦτον (τὸν νοῦν) εἰσκρίνεσθαι λέγουσιν.* [In alia Schedula Villois. ad v. *διεξαγωγήν*: „In quem errorem *ἐπιδιαμονῆς*, non *ἀθανασίας* animorum sic impegit S. Irenaeus V, 7. p. 300: „quemadmodum coelum . . . multo tempore perseverant secundum voluntatem dei, sic et de animabus et spiritibus et omnino de omnibus his, quae facta sunt, initium quidem facturae suae habent, perseverant autem quoad usque deus et esse et perseverare voluerit." Ex huius operibus animi materialitatem inferri posse fatetur Diss. 3. art. 9. p. 153 seq."]

[*δυσπαρακολουθήτων*] *Τὴν τῶν νόμων ἐξέτασιν δυσπαρακολούθητον* vocavit Tiberius Rhetor 13. p. 30 ed. Boisson.]

Caput VIII.

P. 24 [*Κατ' ἄλλον δὲ λόγον*] Eadem phrasis apud Proclum in Tim. II. p. 111.]

ἀρχεγόνον εἶναι πάντων] Plutarch. de Iside et Osir. p. 364: *οἴονται δὲ καὶ Ὅμηρον ὥσπερ Θαλῆν μαθόντα παρ' Αἰγυπτίων, ὕδωρ ἀρχὴν ἁπάντων καὶ γένεσιν τίθεσθαι.* [*τὸν γὰρ Ὠκεανὸν Ὄσιριν εἶναι, τὴν δὲ*

Τηθὺν Ἶσιν, ὡς τιθηνουμένην πάντα καὶ συνεκτρέφουσαν.] V. Auctores a Wolfio indicatos ad Orig. Phil. p. 22. [Ordine tamen et loco superiorem Oceano Cronum fuisse, Proclus cum plurimis testatur ad Timaeum p. 296.]

οὐ γὰρ μία μυθολογία] Videlicet Pythagorici, teste Plutarcho l. c., mare dicebant esse lachrymam Saturni, *Κρόνου δάκρυον*, quod Plutarchus ait innuere *τὸ μὴ καθαρὸν, μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς.*

[*καὶ ἐφεξῆς μεταβάλλων*] *Μεταβάλλων* est pro *μεταβαλλόμενος*, ut P. 25 saepissime, dictum. Ad sensum horum verborum explanandum commode facit Heraclides Alleg. p. 439: *συνιζάνον τε τὸ ὕδωρ καὶ μεταβαλλόμενον εἰς ἰλὺν ἀπογαιοῦται.* Etenim Oceani concitatus fluxus, quo ipso nihil perfici potest, tandem adiuvante uxore eius Tethye, Coeli et Terrae filia (Hesiod. Theog. 136) cohibetur vel morari iubetur, hoc est, in paludem vel terrenam materiam coalescit et mutatur, ex quo demum, commistis inter se Oceano et Tethye, omnia gignuntur et consistunt. Proclus Comm. in Plat. Cratyl. p. 86 Boisson. *Ἡ δὲ Τηθὺς τὴν μονὴν ἐντίθησι τοῖς ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ κινουμένοις, καὶ τὴν ἑδραιότητα παρέχεται τοῖς διεγειρομένοις ὑπ' ἐκείνου εἰς τὴν ἀπογέννησιν τῶν δευτέρων καὶ τὴν καθαρότητα τῆς οὐσίας τοῖς ἀκμαίως πάντα παράγειν ἐφιεμένοις, ὡς πᾶν τὸ διαττώμενον καὶ διηθούμενον τῶν θείων ὑποστάσεων ἀνέχουσαν*, etc. V. Iamblichi locum Galeo allatum, in Adn. crit. ad verba *νέων κύκλος.* Eudocia p. 439: *Ὁ δὲ μῦθος, φασὶν, αἰνίττεται, ὅτι Ὠκεανὸς μέν ἐστιν ἡ ὑγρὰ φύσις, ἡ δὲ Τηθὺς ἡ ξηρά, τουτέστιν ἡ γῆ· καὶ ὅτι πάλαι τῆς ὑγρᾶς φύσεως μὴ συγγινομένης τῇ γῇ, οὐδὲν ἐζωογονεῖτο καὶ ἀπόλλοιτο πάντα· εἶτα ἡ Ἥρα ὡς ἔφορος οὖσα τῆς συζεύξεως, καταλλάττει τὰ δύο στοιχεῖα εἰς συνάφειαν, καὶ γίνεται λοιπὸν ζωογονία.* Cf. Schol. Ven. ad Iliad. ξ, 295.]

[*θάτερον μόνον ἄμικτον ἐπικράτει*] V. Macrob. Sat. c. 23, ubi de P. 26 Adadi et Atargatis agit simulacris. GALE.]

Caput IX.

ἄλλως etc.] Hoc caput expressum est e sexto Libri de mundo *περὶ τῶν τοῦ θεοῦ ὀνομάτων*, ubi praeclare auctor initio: *Εἷς δὲ ὢν πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν ἅπερ αὐτὸς νεοχμοῖ.*

Ζεὺς πατὴρ λέγεται θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἶναι] Hinc praeclare Epictetus apud Arrian. Diss. I, 3. init. *Εἴ τις τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι κατ' ἀξίαν δύναιτο, ὅτι γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάντες προηγουμένως, καὶ ὁ θεὸς πατήρ ἐστι τῶν τ' ἀνθρώπων καὶ τῶν θεῶν, οἶμαι ὅτι οὐδὲν ἀγεννὲς οὐδὲ ταπεινὸν ἐνθυμηθήσεται περὶ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἂν μὲν Καῖσαρ εἰσποιήσηταί σε, οὐδείς σου τὴν ὀφρὺν βαστάσει· ἂν δὲ γνῷς ὅτι τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ, οὐκ ἐπαρθήσῃ;* Eidem Iuppiter dicitur *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε*, I, 19. Sextus Emp. adv. Logicos VIII. p. 547:

τὸν Δία φαμὲν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πατέρα. [Originem huius appellationis ab Homero repetendam esse constat, unde certatim ea usi sunt poetae aliique scriptores. Ennius p. 65 ed. Hessel, *divum pater atque hominum rex*, ubi v. Columnam. Cic. de N. D. II, 26: (Iuppiter) *a poetis pater divumque hominumque dicitur*. Valerius Serranus, vel potius Soranus, Mythographo in Maii Auct. class. T. III. p. 161 laudatus:

Iuppiter omnipotens, rerum regumque repertor,
progenitor genitrixque deum, deus unus et idem,

de quo fragmento alibi monitum. Poeta inc. in Servii Centimetro p. x ed. Kleinii: *Rex paterque Iuppiter deorum*. Atque *pater* simpliciter Iuppiter dictus, ut apud Pindarum Olymp. II, 49. Hymn. Hom. in Ven. 29 †). Hinc Iuppiter in Bithynia πᾶς dictus, de quo nomine v. Adnot. crit. ad c. 25.]

κόσμου φύσιν] Sic apud Plutarch. de plac. phil. I, 7. p. 881 deum dicunt [Stoici] νοῦν τοῦ κόσμου.

ἐρίγδουπος] Eustath. p. 1064, 8: λέγει δὲ ὁ αὐτὸς (ὁ Ἡρακλείδης) καὶ ὡς οἱ Ἠπειρῶται προστιθέασι καὶ αὐτοὶ τὸ γ ταῖς λέξεσι, τὸν δοῦπον γδοῦπον λέγοντες, ὅθεν ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης, καὶ ἀπὸ τοῦ νέφος

---

†) Vulgatam lectionem servare malo
τῇ δὲ πατὴρ Ζεὺς δῶκε καλὸν γέρας etc.
quam cum Hermanno ex Ilgenii coniectura scribere
τῇ δὲ πατὴρ δῶκεν καλὸν γέρας etc.
Ut enim verum sit, quod Hermannus Orph. p. 101 et 817 statuit, quicum conferas Graefium „Zu Nonnos Hymnos und Nikaea, Petersburg 1813. p. 39", καλὸς Epicis produci, quod de Homero ante iam affirmaverat Clarquius ad Iliad. β, 43, tamen quo minus ea regula ad corrigendos locos adversantes utamur, obstant duo correptae syllabae exempla apud Hesiodum Theog. 585 et Op. 63, quo posteriore certe loco certa corrigendi via Goettlingio iudice inveniri vix possit. Et Opera et Dies si seorsim spectamus, eo minus de mutando illo loco cogitandum erit, quo praeterea plus uno exemplo, si bene memini, producta syllaba in hoc poemate non reperitur, vs. 738. Contra vero in Theogonia uno illo loco excepto constanter producta legitur, vs. 17. 22. 201. 216. Neque alia prosodia in Fragmentis reperitur, ubi duo exempla notavi, 55 ed. Goettl. et in versu, αἵτ' ἄλσεα καλὰ νέμονται, allato ex Plutarcho in Heinsii editione a. 1622 p. 184. Ceterum de syllabae usu in reliquis poetarum generibus haec notavi. Apud antiquos iambographos syllabam constanter produci, monuit Porsonus ad Eurip. Orest. 5. p. 117. Apud Pindarum Atticosque poetas contra corripi, notavere Hermannus de dial. Pind. p. x et Brunck. ad Soph. Phil. 1280. Erf. et ad Gnom. poet. p. 346. Apud Theocritum iam legebatur καλὰ καλὰ πέφανται. A Bucolicis nullo discrimine modo corripitur, modo producitur. Ut Theocritum mittam, producta syllaba legitur apud Bion. I, 1. 2. 5. 7. 37. 38. 61. 67. 92. V, 2. VI, 7. XV, 24. 29. XVI, 8. Mosch. III, 7. 34; correpta, ap. Bion. I, 29. 30. 55. 71. III, 2. XIV, 1.

καὶ γνόφος. V. et p. 1195, 34. [Idem qui deus **bronton** Latinis dicitur. V. Oderici Diss. ad inscr. ined. p. 176. *Διῒ βροντῶντι καὶ καταχθονίοις θεοῖς* titulus non valde antiquus ap. Franzium Fünf Städte und fünf Inschriften p. 5. Aliam transcribere iuvat inscriptionem nuper repertam ex libro in his terris raro, ex Romanellii Isola di Capri, Neapoli 1816 edito, p. 95:

DEO SOLI INVICTO MITHRAE
FL. SEPTIMIVS ZOSIMVS V. P.
SACERDOS DEI BRONTONTIS
ET HECATE HOC SPELEVM
CONSTITVIT

Ceterum cognomina illa innumera Iovi a poetis et philosophis tributa et a natura eius coelesti repetita facete deridet Lucianus Timonis init. *Ὦ Ζεῦ φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέστιε, καὶ ἀστεροπητά, καὶ ὅρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐρίγδουπε, καὶ εἴ τί σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πίπτον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ· ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπή, καὶ ἡ βαρυβρόμος βροντή, καὶ ὁ αἰθαλόεις καὶ ἀργήεις καὶ σμερδαλέος κεραυνός; ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων.*]

τῷ ἄνω] Saepe sumitur [dativus] apud Cornutum pro *διὰ τό*, ut et apud alios scriptores, quorum exempla protulit Gatak. ad Antonin. III, 1. p. 85.

[*καὶ διὰ μὲν τὰς αἰγίδας*] Io. Laur. Lyd. de Ostent. p. 170: *Ταύτῃ* P. 27
αἰγίδα Διῒ περιτίθησιν ὁ λόγος, οἱονεὶ τὸν ἀέρα καταιγίδος καὶ συσσεισμοῦ αἴτιον παραινιττόμενος. De ***Aegiochi*** cognomine v. Schol. Iliad. β, 157. Cleric. ad Hesiod. Theog. 484. Creuzer. Symb. T. IV. p. 424.]

ὑέτιος] Epictetus I, 19. p. 106 ed. Upton. *ἀλλ᾽ ὅταν θέλῃ εἶναι* P. 28
ὑέτιος καὶ ἐπικάρπιος καὶ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Verte ***Pluvium***, ut Tibullus I, 7, 26:

Te propter nullos tellus tua postulat imbres:
arida nec Pluvio supplicat herba Iovi,

[ubi v. intpp.] V. Gatak. ad Antonin. V, 7. p. 191. [V. quae notavimus ad Stuartii Antiq. Att. T. II. p. 300. Pluviae auctorem Iovem putari, antiqua est vulgi opinio, unde illud *Ζεὺς ὕει*, iam Hesiodo notum. Op. 488. Adde Theognid. 21 (882 ed. Welcker.) Sophocl. Fr. Polyxenae III. Valde vero memorabile est quod Io. Laur. Lydus de mens. p. 228 ed. Röther, postquam Eumelum Corinthium secutus, Iovem in Lydia natum retulit, subiungit: *ἔτι γὰρ καὶ νῦν πρὸς τῷ δυτικῷ τῆς Σαρδιανῶν πόλεος μέρει ἐπ᾽ ἀκρωρείας τοῦ* ***Τμώλου*** *τόπος ἐστίν, ὃς πάλαι μὲν Γοναὶ Διὸς ὑετίου, νῦν δέ, παρατραπείσης τῷ χρόνῳ*

τῆς λέξεως, *Δεύσιον προσαγορεύεται.* Quod nomen non poteris non a verbo *δεύειν* derivare, quae Lobeckii quoque sententia est, Aglaoph. T. I. p. 609. Quibuscum comparari potest Hymetti montis religio nominisque origo, de qua vide quae conieci in Annot. ad Stuartii Antiq. l. c. Iuvat denique Ennii de Iove rerum naturalium auctore locum gravissimum proferre, a Varrone servatum de L. L. V, 71. p. 70 ed. Spengel.

> ***Istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant***
> ***aërem, qui ventus est et nubes, imber postea,***
> ***atque ex imbre frigus, ventus post fit, aër denuo.***
> ***Haec propter Iuppiter sunt ista quae dico tibi***
> ***quia mortalis atque urbes belluasque omnis iuvat.***]

[*ἐπικάρπιος*] Auctor libri de mundo 7, ubi de Iovis epithetis: *καὶ μὴν ἐπικάρπιος μὲν ἀπὸ τῶν καρπῶν.* Apud Stob. Ecl. phys. T. I. p. 88, ubi totus hic locus transcribitur, miror Heerenium codices secutum *καὶ μὲν κάρπιος* edidisse, quum hic particulae *μὲν* nullus locus sit. Non dubito, Stobaeum eandem lectionem, quae apud Auctorem exstat, olim exhibuisse.]

ἄλλως πολλαχῶς] V. Theol. phys. Stoic. Seneca de benef. IV, 7 omnino videndus in haec verba desinit: ***Tot appellationes eius possunt esse, quot munera.*** V. Augustin. de civ. dei VII, 11. p. 386 de variis Iovis cognominibus, ubi haec observat: ***Haec omnia cognomina imposuerunt uni deo propter caussas potestatesque diversas, non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coegerunt.***

[*σωτῆρα*] Tralatitium Iovis epitheton (v. Creuzer. Symb. T. II. p. 496), hoc nomine quum apud alios, tum etiam apud Athenienses culti: v. ad Lycurg. p. 32. A religione etiam ad res symposiacas translatum, de quo v. Beitr. z. Griech. Litteraturg. T. I. p. 101. Quo sensu Iuppiter *φίλιος* quoque dictus et arte exhibitus; cuius erat signum a Polycleto factum, de quo Pausanias VIII, 31, 2: *Πολυκλείτου μὲν τοῦ Ἀργείου τὸ ἄγαλμα, Διονύσῳ δὲ ἐμφερές· κόθορνοί τε γὰρ τὰ ὑποδήματά ἐστιν αὐτῷ, καὶ ἔχει τῇ χειρὶ ἔκπωμα, τῇ δὲ ἑτέρᾳ θύρσον, κάθηται δὲ ἀετὸς ἐπὶ τῷ θύρσῳ· καί τοί γε τοῖς εἰς Διόνυσον λεγομένοις τοῦτο οὐχ ὁμολογοῦν ἐστι.* Cuius symbolorum confusionis caussam aperient Athenaei verba V. p. 185. C (T. I. p. 401 ed. Dind.): *δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικόν, παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων.* Praeterea Iovis *φιλίου*, sed alio, ut videtur, sensu mentio passim fit apud Platonem: v. Phaedr. p. 234. E. Gottleb. ad Alcibiad. I, 6.]

ἑρκεῖον] V. Etym. p. 375. Sophocl. Antig. 493. [Adde Procli Chrestom. p. 484 ed. Gaisf. Columm. ad Enn. p. 238 ed. Hessel. Heyn. Obs. in Iliad. T. V. p. 246. Seidler. ad Eurip. Troad. p. 7. Iacobs. ad Philostr. Im. II, 23. p. 529. Creuzeri Comm. Herod. T. I. p. 232.]

πολιέα] *ἀπὸ τῶν πολέων* Aristoteles in cap. 7 de mundo, quod totum hic expressit Cornutus. Themistius Orat. XVI, quae inscribitur *Φιλάδελφοι*, [p. 406 de Iove]: *οὐ πᾶσαι ἐκ φιλανθρωπίας ἐπωνυμίαι, ὁ μειλιχος, ὁ φίλιος, ὁ ξένιος, ὁ ἱκέσιος, ὁ σωτήρ.* Sed fusius in Dionis Chrysostomi de regno orat. I. p. 8 et 9, ubi habetur et *πολιεύς*. Quos inter se confer, ut Cornut. p. 187. [Cf. Ennii locum supra allatum et Creuzer. T. II. p. 500.]

πατρῷον] Iuppiter Pindaro dicitur apud Plutarch. adv. Stoicos p. 1085 *πατρῷος καὶ ὕπατος καὶ θεμίστιος καὶ ἀριστοτέχνας.* P. 29

[*ὁμόγνιον καὶ ξένιον*] Schol. Sophocl. Aiac. 487: *Ἐφέστιον Δία προτείνουσιν οἱ συνοικοῦντες· οἱ δὲ φίλοι, Φίλιον· οἱ δὲ ἐν μιᾷ τάξει καταλεγόμενοι καὶ μιᾷ συμμορίᾳ, Ἑταιρεῖον· οἱ δὲ ξένοι, Ξένιον· οἱ δὲ ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες, Ὅρκιον· οἱ δὲ δεόμενοι, Ἱκέσιον· οἱ δὲ ἀδελφοί, Ὁμόγνιον*, ubi v. Lobeck. De his cognominibus v. Creuzerum passim.]

κτήσιον] Sic in epigrammate Anthologiae Reiskii p. 26 legitur *Κτησία Κύπρις*, feliciter ut omnia emendante Toupio Em. in Suid. T. II. p. 117. [De hoc Iovis cognomine, quod a peculio dicitur, vide Creuzerum T. II. p. 521. Glossarium vetus in Valcken. Opusc. T. I. p. 242 ed. Lips. *Ζεὺς κτήσιος*, ***Iovis specularus***, ubi pro extrema voce lege ***peculiarius***, aut ***peculiaris***.]

[*ἐλευθέριον*] V. Creuzerum T. II. p. 537. Wieland. Mus. Att. IV, 2. p. 95.]

ἀπεριλήπτων] V. Plutarch. de aud. poet. p. 31, ubi Cleanthem nomina Iovis absurde interpretantem redarguit.

[*ἀπεριλήπτων ὅσων*] *Ὅσων* nomini, quo refertur, subiectum more veterum, ut in Arist. Nub. init. *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον.* Ran. 1304: *τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον.* Rariorem usum in casibus obliquis firmat Plato Rep. I, 22: *μετὰ ἱδρῶτος θαυμαστοῦ ὅσου.* Aliud est ubi *ὅσον* relativi vice fungitur, ut Xenoph. Anab. IV, 5, 18: *ἀνακραγόντες ὅσον ἐδύναντο μέγιστον*, sed ita comparatum, ut illius breviloquentiae originem demonstret.

[*τῆς Δίκης*] V. infra cap. 29. Iovis et Themidis filia audit Hesiodo Theog. 901. Cf. Blümner Ueber die Idee des Schicksals im Aeschylos p. 128. Eius de figura in artis monumentis v. Raoul-Rochette Orestéide p. 213 seq. Cum sequentibus confer Sophocl. Antig. 449. Odyss. ξ, 84.] P. 30

[*τῶν Χαρίτων*] V. infra cap. 15.]

[*τῶν Ὡρῶν*] V. infra c. 29. Horat. Carm. I, 12, 15 de Iove:

Qui mare ac terras variisque mundum temperat horis.]

[*οὔτε τὸ ἐλλιπὲς ἐμφαίνει*] Qua in re Cornutus fallitur. Nam haud deerant antiquitati Iovis iuvenilis atque adeo imberbis signa. V. Toelkenii Verzeichniss der antiken vertieft geschnittenen Steine der

Preuss. Gemmensammlung p. 461. Adde Iovis imberbis simulacrum in Dicte insula sive Cretae monte positum, teste Etym. M. p. 276, 19. Iovem *impuberem*, vel adeo *imberbem* olim erant qui Ciceroni IV Verr. II, 57 vindicare studerent, sed falso: quem locum olim a me tractatum retractavi in Arriano Hoffmanni p. 211 seq. quibuscum confer ipsi Hofmanno notata p. VIII et quae de Iove *imperatore* afferuntur in Bull. dell' inst. arch. 1840. p. 69—71. De Iove Hellenio imberbi in nummo vide Ephem. litt. Lips. 1813. No. 130. p. 1036.]

P. 31 [τὸ δὲ κράτος] Intelligo fulmen, potentiae Iovi datae signum. Horat. Carm. III, 3, 6: *fulminantis magna Iovis magna.* Ovid. Eleg. in Drusum 214, ubi v. Burm. Sophocl. 200: πυρφόρων ἀστραπᾶν κράτη νέμων, ὦ Ζεῦ πάτερ etc.]

[νίκην κρατῶν] *Victoriam gestans.* *Κρατεῖν* accusativo iunctum de re, quam manibus gestamus, serioris Graecitatis est. Schol. Pindar. Olymp. XIII, 56 ed. Boeckh. ἐν ᾧ (ἀγῶνι) ἔτρεχον νεανίαι λαμπάδας κρατοῦντες. Artemidorus Onir. II, 37. p. 213 ed. Reiff de Fortuna: πηδάλιον κρατοῦσα. Diaconus ad Hesiod. Scut. 184 χρυσᾶς ῥάβδους κρατοῦντες. Cf. Gramm. in Boissonadii Anecd. Graec. T. II. p. 348. Omnino accusativum huic verbo, ubi vincendi, obtinendi significationem habet, iungunt non solum recentiores, de quo usu v. Letronne Nouvel examen de l'inscription Grecque du roi Silco p. 11, sed nonnunquam etiam probatissimae aetatis scriptores, quorum exempla quaedam congessit Matthiae ad Batrachom. 62. Ceterum Iovis victoriam manu gestantis imagine constat illud Phidiae signum Olympium insignitum fuisse, quod et Cornutus in animo hic habuisse videtur. Et ipse Iuppiter νικηφόρος, *victor, invictus* (Cic. legg. II, 11, 28 Drakenb. ad Sil. XII, 672) dictus.]

P. 32 [ἱερὸς δ' ὄρνις αὐτοῦ] In hac phrasi Cornutus modo tertio, modo secundo casu utitur, sed diversa, ut par est, constructionis ratione. Villoisonus confert p. 227 ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος; p. 226 ἱερὰ δ' αὐτῷ; p. 198 ἱερὰ τῆς Ἀφροδίτης. Genitivi exempla dabit Syllog. inscr. p. 316; quibus adde inscriptionem a Paciaudio Monum. Pelop. et Gellio de Ithaca p. 37 allatam: *ΙΕΡΟΣΟΧΩΡΟΣΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣ.* Eadem ratione τὸ συμφέρον utrumque casum sibi iungit: v. Schaef. ad Demosth. de cor. p. 235, 21 ed. Reisk., ubi si auctoritatem codicum potiorum sequamur, oportet reponamus τὸ τοῦ Φιλίππου.]

ὄρνις αὐτοῦ ὁ ἀετὸς] Varias rationes v. ap. Eustath. p. 87, 15. 711, 24. [V. Cic. de legg. I, 1, 2 ibiq. intpp. Iacobs. ad Aelian. H. A. p. 308. Auctar. Lex. Graec. p. 146. Crameri Anecd. Graec. T. I. p. 37. Böttigeri Amalth. 1.]

[διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦτον εἶναι] Iliad. ρ, 674:

ὥστ' αἰετὸς, ὅν ῥά τε φασὶν
ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν,

ubi Schol. Ὄρνις δ' ὁρατικὸς καὶ ὀξὺς ἐν τῷ ὁρᾷν καὶ ἵπτασθαι. Φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ὡς ἵστησιν τοὺς νεοσσοὺς πρὸς τὸν ἥλιον ἀναγκάζων βλέπειν, καὶ ὁ συνηθεὶς ὁρᾷν, τοῦ ἀετοῦ ἐστὶν υἱός· ὁ δὲ μή, ἐκβέβληται καὶ γέγονεν ἁλιαιετός.]

[Στέφεται δ' ἐλαίᾳ] Rursus Nostro ob oculos versatus videtur Phidiae Iuppiter Olympius, quem oleagina corona redimitum fuisse scimus ex Pausan. V, 9, 1; neque dubitari potest, eam ob caussam eius generis corona caput huius statuae ornatum fuisse, quod oleastri pone ipsum templum Olympium siti foliis eae coronae antiquitus conficerentur, quae victoribus Olympicis praemii loco offerrentur. Cf. Pausan. V, 15, 3. Quas Cornutus affert eius rei caussas, eas patet in scholis grammaticorum vel philosophorum excogitatas esse. Praeterea advertere hic iuvat, oleae religionem per totam Atticam disseminatam, etiam ad Iovem pertinuisse, quippe qui sacrarum olearum custos et inspector *Μορίου* nomine cultus fuerit. Schol. Soph. Oed. Col. 734. *Μόριον Δία εἶπε τὸν ἐπόπτην τῶν μορίων ἐλαιῶν· καὶ ἔστιν ὁ λεγόμενος Μόριος Ζεὺς περὶ Ἀκαδημίαν* etc. Cf. Bröndsted Mémoire sur les vases Panathénaïques (Parisiis 1833) p. 15. Ceterum omnino constat raro Iovis caput in artis monumentis corona aliqua ornatum reperiri. Oleaginae exempla exhibentur in Bulletino dell' Inst. archeolog. 1832. p. 184 seq. Lippert. Dactyl. I, 10. p. 5. Winckelmann. Mon. antich. ined. II, 2, 1. p. 7 Vers. Germanic. Querneam habes in Causei Mus. Rom. T. I. sect. 2. tab. 1. Loto cinctum caput v. ap. Zoega Num. Aegypt. p. 43.]

[*ἀλάστωρ*] Rarum Iovis cognomen. V. Hesych. h. v. ibiq. intp. T. I. p. 219. Photius Amphiloch. Quaest. XXI (in Maii Coll. nov. Vat. T. I. p. 233): *Ὁ ἀλάστωρ δὲ σημαίνει μὲν ἁπλῶς τὸν κακοῦργον· σημαίνει δὲ καὶ τὸν αὐτοχειρίᾳ φόνον εἰργασμένον· ἀλλά γε δὴ καὶ τὸν ἐπεξιόντα τούτους ὡς τὰ ἄλαστα ἐπισκοποῦντος, καὶ τοὺς εἰργασμένους εἰσπράττοντα δίκας· ἔνθεν παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ Ζεὺς ἀλάστωρ.* Verum in explicando hoc vocabulo Cornutus recessit a Chrysippo, qui teste Grammatico in Bekkeri Anecd. T. I. p. 374 *ἀπὸ τῆς ἐλάσεως* derivavit et interpretatus est *ἄξιος ἐλαύνεσθαι διὰ φόνον.* Ceterum eodem Grammatico teste Apollodorus *ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, τοῦτό ἐστιν ἀλιτανεύτως ἀδικεῖν,* Didymus *ἀπὸ τοῦ τοῖς ἄλαστα πάσχουσιν ἐπαμύνειν* dictum censuerunt.]

παλαμναῖος] Timaeus Locr. p. 566 [p. 39 ed. de Gelder]: *Ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε, τοῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων [οἷς ὁ πάντων ἁγεμων θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω συμπεπληρωμένω ἐκ θεῶν* etc. Praeterea Iovem *παλαμναῖον* commemorat Auctor libri de mundo 7.] Sce-

losti Doriensibus dicebantur et *φόνοι*: v. Eustath. p. 1098, 14. 1654, 33. Etym. M. p. 662, 3.

P. 33 *κατὰ τοῦτον τὸν λόγον*] Pag. 149 *κατ' ἄλλον δὲ λόγον, κατ' ἄλλον τρόπον.*

Ἐριννύες] De variis earum cognominibus omnino vide Eustath. p. 763, 26. Ego quidem hanc vocem deducere tentarem ex *ἐριννύειν*, quod apud Arcadas significat *ὀργίζεσθαι*, teste Etym. M. p. 374. [Addo Pausan. VIII, 25 et Brunck. ad Aeschyl. Sept. 490. De horum numinum potestate adeas Bluemnerum Ueber die Idee des Schicksals im Aeschylos p. 125 seq. et qui nuper hoc argumentum peculiari commentatione tractavit, Kampe Erinnyes, Berol. 1831. 8. Is notatione verbi, quam Villoisonus amplexus est, spreta originem ab *ἔρα* *terra*, quicum Erinnyes necessitudine aliqua coniunctae essent, repetere maluit, p. 43. Sed haec non certiora illis, neque ratio satis intelligitur, qua ab *ἔρα* effici potuerit *Ἐριννύς*. Multo mihi quidem, nominis sive originationem sive potestatem specto, probabilior derivandi ratio videtur ab *ἔρις* vel *ἐρίζειν*, cuius loco quominus etiam *ἐρίειν* in usu olim fuisse cur negemus, nulla est caussa, ita ut *ἐριννύειν* et *Ἐριννύς* eodem modo hinc prodierit, quo *τιννύειν* a *τίειν*. Atque cognationem quandam Erinnyas inter et Erin Hesiodus ipse Op. 801. 802 innuere videtur. In Par. 4 ad verba *τοῖς τοιούτοις* hoc scholion legitur adscriptum: *Ἐριννύες λέγονται αἱ τιμωρητικαὶ δυνάμεις παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ καὶ τῇ γῇ νεύειν* †), *ἢ παρὰ τὸ τὰς ἄρας ἀνύειν* ††). *Τισιφόνη* (Cod. *Τισιφόντι*), *παρὰ τὸ τίειν τοὺς φονέας· Μέγαιρα, παρὰ τὸ μεγαίρειν καὶ φθονεῖν τοῖς κακοῖς· Ἀληκτώ, παρὰ τὸ μὴ λήγειν τιμωρεῖν τοὺς τοιούτους.* Apparet easdem harum nominum etymologias sequi Cornutum in verbis subiectis *ὡσπερεὶ μεγαίροντος* etc. Ceterum illa Erinnyum nomina Kampius l. l. p. 11 suspicatur cyclicorum demum aetate inventa esse, etiamtum tragicis adeo incognita. Recte hoc de tragicis. Earum locum apud Euripidem Herc. fur. 878 *Λύσσα* occupavit. At vero nominum illorum, quae scholas philosophorum quodammodo sapiunt, origo etiam seriori aevo adscribenda mihi quidem videtur. Primus certe, quem novimus, iis usus est Apollodorus Atheniensis.]

μεγαίροντος] Eustath. p. 946, 44. *Σαλαμινίων δέ φασι λέξις ἐστὶ τὸ μεγαίρειν.*

[*Σεμναί*] De hoc Erinnyum nomine vide Kampium l. c. p. 44 et quae annotavimus ad Philemon. Lex. p. 162, quibus adde Schol.

---

†) Scribendum *ναίειν*, ex Etym. M. p. 374, 4. Pro *καὶ* post *ἔρᾳ* scribendum puto *ἤγουν*.

††) Eadem Etym. l. c. et Gramm. in Crameri Anecd. Gr. T. I. p. 160.

Aeschin. in Timarch. T. I. p. 747 ed. Reiske †). Cf. Creuzeri Symb. T. IV. p. 327.]

[*Εὐμενίδες*] V. Kampium l. c. p. 45 seq.]

[*φρικώδεις δὲ τὰς ὄψεις*] Sophocli Oed. C. 84 *δεινῶπες* audiunt, Euripidi Orest. 255 *γοργῶπες*, Orphic. H. in Eum. LXX, 8 et 10 *φοβερῶπες*.]

[*καὶ πυρὶ* etc.] In numo Seguini p. 178 habes pictas cum suo instrumento, clave, serpente, facibus, flagello, ense et canibus. GALE. De facibus, quas gestarent Erinnyes, vide omnino Boettigerum Furienmaske p. 50 seq.] P. 34

[*ὀφεοπλόκαμοι*] V. Not. crit. Ab Euripide Orest. 250 appellantur *δρακοντώδεις κόραι*. Cf. Herc. fur. 879. Kampius l. c. p. 42.]

[*Ἐν Ἅδου δὲ οἰκεῖν*] Orph. Hymn. LXIX, 8 appellantur *Ἀΐδεω χθόνιαι φοβεραὶ κόραι αἰολόμορφοι* ††). Cf. Iliad. ι, 572. τ, 259.]

Caput XI.

Διὸς ὀφθαλμὸς] Orph. H. in Parcas 13: P. 35

καὶ Διὸς ὄμμα τέλειον· ἐπεί γ' ὅσα γίγνεται ἡμῖν,
Μοῖρά τε καὶ Διὸς οἶδε νόος διαπαντὸς ἅπαντα,

ut in H. *Δίκης* 1: *ὄμμα Δίκης*, ut in Furiarum hymno 15. Quod in proverbium abit, de quo v. Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 103. [V. Tollii Itin. Ital. p. 167, de metaphora, qua oculi deorum vel regum de providentia, vigilantia, scientia accipiantur, copiose agentis. Xenophon Mem. I, 4, 17: *τὸν δὲ τοῦ θεοῦ ὀφθαλμὸν ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν*. Diphilus ap. Clem. Alex. Strom. V. p. 606. B. ed. Sylb.

ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

In primis vero Soli notum est hanc omnia visu et auditu perscrutandi potestatem veteres tribuisse, qui hanc ipsam ob caussam ***Iovis oculus vel mundi oculus*** appellatur. Cf. Hallenberg Disq. de nominis dei Gud origine, Stockholmiae 1796. p. 47. Heusinger ad Cic. Off. II, 8. p. 432. Cerda ad Virgil. Aen. XII, 176. Hinc varia illa Iovis epitheta *πανόπτης*, *πανδερκής*, alia, de quibus v. Mitscherlich. ad H. H. in Cer. 70; hinc adeo illa munerum communio et cognatio in utroque numine, apud Sophocl. Oed. T. 499 Herm.

---

†) Ibi inter alia haec leguntur: *Φασὶ μέντοι αὐτὰς, οἱ μὲν Γῆς εἶναι καὶ Σκότους, οἱ δὲ Σκότους καὶ Εὐωνύμου, ἣν καὶ Γῆν ὀνομάζεσθαι*, ubi repone *Εὐωνύμης*. Schol. Soph. Oed. Col. 42. *Ἴστρος ... μητέρα τῶν Εὐμενίδων Εὐωνύμην ἀναγράφει, ἣν νομίζεσθαι Γῆν.*

††) Hoc ex epitheto Boettigeri coniectura in Epimenidis versu ap. Schol. Soph. l. c.

Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐριννύες αἰολόδωροι

legentis *αἰολόδειροι*, praesidii nonnihil lucratur. Cf. Furienmaske p. 15.

ἀλλ᾽ ὁ μὲν οὖν Ζεύς, ὅ τ᾽ Ἀπόλλων ξυνετοί, καὶ τὰ βροτῶν εἰδότες. Unde adeo factum ut quae propria Iovis signa essent, ut fulmen, aquila, Apollini quoque attribuerentur. V. Laur. Lyd. de Ostent. p. 174. Porro Boethius de consol. phil. V, pros. 2 fin. ***Quae tamen ille, ab aeterno cuncta prospiciens, providentiae cernit intuitus, et suis quaeque meritis praedestinata disponit,*** *πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει*, haec ex Iliad. *γ*, 277, qui locus pro fundo omnium horum accipi potest. Cf. Procl. ad Hesiod. Op. 9. Dignum vero quod hic integrum transcribatur, quod Christianus ille poeta Christiana mente metrum composuit et verbis modo appositis continuo subiecit:

Puro clarum lumine Phoebum
melliflui canit oris Homerus:
qui tamen intima viscera terrae
non valet, aut pelagi, radiorum
infirma perrumpere luce.
Haud sic magni conditor orbis:
huic ex alto cuncta tuenti
nulla terrae mole resistunt,
non nox atris nubibus obstat;
uno mentis cernit in ictu,
quae sint, quae fuerint veniantque:
quem, quia respicit omnia solus,
verum possis dicere Solem.

Versu 11 praestat cum codice Moguntino scribere

quae sunt, quae fuerant veniontque,

nisi malis *fuerunt* admittere, media syllaba haud praeter usum correpta. Praeterea iubentibus codicibus, quorum haud parvum numerum inspexi, versus hic praecedenti anteponendus, quod et Maximi Planudis, interpretis Graeci auctoritate confirmatur, editionis Weberianae p. 56, ubi in contextu Latino versus illi duo iam transpositi recte leguntur.]

διήκουσαν] Thales in hoc prorsus cum Stoicis consentit apud Stob. Ecl. phys. [T. I. p. 54]: *Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν, τὸ δὲ πᾶν ἔμψυχον ἅμα καὶ θεῶν πληρές· διήκειν δὲ καὶ διὰ τοῦ στοιχειώδους ὑγροῦ δύναμιν θείαν κινητικὴν αὐτοῦ.* Apud eundem Stobaeum [T. I. p. 178]: *Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης ἀπεφαίνετο λόγον, τὸν διὰ οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα.* Pro *διήκειν* Chrysippus utitur verbo *διατείνειν*, ut apud Plutarch. de repugn. Stoic. p. 1050: *τῆς κοινῆς φύσεως εἰς πάντα διατεινούσης.* Plutarch. de animae procreatione ex Timaeo p. 1026: *ἀνάγκη καὶ νοῦς ἐστι ἡ διήκουσα διὰ πάντων δύναμις.* Indi quoque putabant, teste Megasthene apud Strab. XV. p. 490, *ὅτι διοικῶν κόσμον καὶ ποιῶν θεὸς δι᾽ ὅλου πεφοίτηκεν αὐτοῦ.*

λανθάνειν τι] Eodem modo Heraclitus ut ostendat, nihil intelligibilem lucem latere posse, exclamat apud Clement. Paedag. II, 10. p. 229: τὸ μὴ δῦνόν ποτε πῶς ἄν τις λάθοι.

Caput XII.

τὰς Λιτάς] V. Eustath. p. 768, 2—33. [V. omnino Heynii Obs. P. 37
in Iliad. T. V. p. 642.]

[γονυπετοῦντας] Gregorius Cyprius in Boissonad. Anecd. Gr. T. I. p. 350: Μήδους εἰς ἱκετείαν βαδίζοντας καὶ γονυπετοῦντας.]

ῥυσσὰς] Idem Heraclid. de alleg. Hom. p. 458. P. 38

ὕστερον ἀνάγκην ἴσχειν λιτανείας] Seneca de ira II, 34: *Quam saepe veniam qui negavit, petit? quam saepe pedibus eius advolutus est, quem a suis repulit?*

Caput XIII.

καὶ ἡ Μοῖρα] Eustath. p. 250: Ζεὺς . . . ὅς ἐστιν εἱμαρμένη, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν μοῖρα. Idem p. 1881, 52. 1200, 15. 1727, 1 Iovem et Apollinem cum fato confundit. De Apolline habet p. 22, 35: δεῖ δὲ εἰδέναι καὶ ὅτι ὁ Ἀπόλλων μέρος τι τῆς εἱμαρμένης λαμβάνεται μυριαχοῦ τῷ ποιητῇ καί, ὡς ἄν τις εἴπῃ, μερικὸς φαίνεται Ζεὺς καὶ οἷον μικρόν τι χρεών, τουτέστι μικρά τις εἱμαρμένη. Nota has voces, μερικὸς Ζεύς. Sic Ceres quoad panem, Bacchus quoad vinum etc. erant μερικοὶ Ioves et partes dei παντός. [V. omnino Libri de mundo cap. 7 et quae congessimus Beiträge zur Griech. Litt. T. I. p. 220, ubi demonstratur, plurima quae hic proferat Cornutus, ex Chrysippi doctrina sumpta esse.]

διανέμησις] Chrysippus apud Theodoret. Therap. VI. p. 562 [T. IV. p. 850 ed. Schulzii] dicit: Μοίρας ὠνομᾶσθαι ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ καταvενεμῆσθαι τινὰ ἡμῶν ἑκάστῳ.

[μερίδων] Etym. M. p. 589, 31 de Μοῖρα: σημαίνει καὶ τὴν μερίδα.]

[ὡς οἱ πρεσβύτεροι] Chrysippum probabiliter intelligi, monui Beiträge T. I. p. 222. Ceterum αἶσαν παρὰ τὸ ἀεὶ ἴση εἶναι Etym. M. p. 38, 57, quo loco collato Villoisonus in Schedis suspicatus est, Cornuto fortasse reddendum esse ἡ ἀεὶ ἴση οὖσα. Sed in Libro de mundo c. 7 habemus αἶσαν δὲ ἀεὶ οὖσαν.]

Εἱμαρμένη] V. Theol. phys. Tzetzes in Hesiod. Op. p. 9: Ζεὺς σημαίνει . . . τὴν εἱμαρμένην κατὰ τοὺς Στωϊκούς. Diogenes Laert. Vit. Zenon. p. 196 Lond. [VII, 135] dicit secundum Stoicos: ἕν τε εἶναι θεὸν καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία, πολλαῖς τε ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι. Plutarch. de aud. poet. p. 23: εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν, ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι ποτὲ μὲν τὸν θεόν,

ποτὲ δὲ τὴν τύχην, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσιν. Sic Boethius III metr. II. Stoicissans:

Quamvis rerum flectat habenas
natura potens, quibus immensum
legibus orbem provida servet
stringatque ligans irresoluto
singula nexu.

[Conferri iubet Galeus Alexand. Aphrod. de fato c. 22. p. 103. Stob. Ecl. phys. p. 12. Ethic. p. ultima. Eustath. p. 1200 ed. Rom. item p. 1847. Plutarch. in plac. phil. Alia congessimus in Beiträge l. c. p. 220.]

μέμαρται] Hoc e Stoicis petitum. Chrysippo apud Gellium VI, 2 sic definitur fatum: *sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena, volvens semetipsa sese et implicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta et connexa est.* Plutarchus videndus in libello *περὶ εἱμαρμένης* p. 570: *εἱμαρμένη προσαγορεύεται ὡς ἂν εἰρομένη τις.* V. Brucker et auctores ab eo laudatos p. 930 et 931.

P. 39 [*μὴ ἔχοντι πέρας*] Alexander Aphrod. 22. p. 104: *τοιαύτην δὲ οὖσαν τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν ἐξ ἀπείρου εἰς ἄπειρον ἐνεργῶς καὶ ἀκαταστρόφως γίνεσθαι.*]

ἐν τῷ εἱρμῷ] Seneca Ep. 19: *qualem dicimus esse seriem caussarum, ex quibus nectitur fatum, talem et cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur.* Pulchre et vere Platonice Ps. Dionysius de divin. nom. T. I. p. 536 de deo ubique praesente: *ἡμᾶς οὖν αὐτοὺς ταῖς εὐχαῖς ἀνατείνωμεν ἐπὶ τὴν τῶν θείων* etc. [Sallust. de mundo 9: *Εἱμαρμένη καλεῖται διὰ τὸ μᾶλλον* [*ἐν*] *τοῖς σώμασι φαίνεσθαι τὸν εἱρμόν.*]

Ἀνάγκη] Cicero Acad. I, 7: *quam vim animum esse dicunt mundi eandemque esse mentem sapientiamque perfectam; quem deum appellant omniumque rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam, procurantem coelestia maxime, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines: quam interdum eandem necessitatem appellant; quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni: nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa haec nec opinata, propter obscuritatem ignorationemque caussarum.* Praeclare Manilius IV, 93:

Quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis!

qui, quod notandum, vs. 115 dicit quosdam esse *in culpam poenasque creatos.*

ἧς περιγενέσθαι] Hinc apud Aristot. de mundo c. 7: *οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι πλὴν τοῦτον* [*Δία*], *οἱονεὶ ἀκίνητον*

οὐσίαν ὄντα. Pro *ἀκίνητον* legerem *ἀνίκητον*, quod propius ad etymologiam accedit et Cornuti auctoritate fulcitur et Chrysippi apud Plutarch. de Stoic. repugn. p. 1056. [Hoc nunc a Bekkero receptum, Plutarchi loco simillimo statim afferendo insuper confirmatum. Eorundem vocabulorum confusionem in eodem argumento notavi Beiträge l. c. p. 221.]

τῶν χρόνων] Hae omnes *εἱμαρμένης*, Parcarum, Adrasteae etymo- P. 40
logiae e Chrysippo, ut docemur e Theodoret. Therap. VI. p. 562 [p. 850 ed. Schulzii], apud quem dicit: *τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν τοὺς τρεῖς χρόνους παραδηλοῦν, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται.* [Cf. Beiträge l. c. p. 222. De Parcarum numero et officiis vide Heinrich. ad Hesiod. Scut. 257. Mythographus Vatic. II Maii II, 14. p. 87: ***Harum igitur una tenet colum, id est praeest nativitati: altera trahit filum, id est disponit vitam: tertia abrumpit, id est mortem abducit. Unde est:***

Clotho colum baiolat, Lachesis trahit, Atropos occat.

Prima autem Clotho, id est evocatio; secunda Lachesis, id est sors; tertia Atropos, id est sine ordine. Prima igitur nativitatis †) ***est evocatio: secunda, vitae sors, quemadmodum vivere possit: tertia, mortis conditio, quae sine lege venit.***]

κλώσει] Antonin. II, 3. p. 9: *τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων*, et III, 11. p. 20: *κατὰ τὴν σύλληξιν καὶ τὴν συμμηρυομένην σύγκλωσιν.* III, 16. p. 22: *τὰ συγκλωθόμενα.* IV, 26. p. 28: *σοι συγκαθείμαρτο καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον*, ubi Stoice alludit ad nomina Parcarum. Vide et IV, 34. V, 8. VIII, 23. X, 5. VII, 57. [De verbi *κλώθειν* significatione cf. Etym. M. p. 495, 25. Callinus Eleg. 8: *θάνατος δὲ τότ' ἔσσεται, ὁππότε κεν δὴ Μοῖραι ἐπικλώσωσ'*, ubi recte Schneidewinus *τοτ'* revocavit, sensui unice aptum: non enim omnibus moriendum esse ait poeta, sed tum moriendum, quum quis vitae finem a Parcis praestitutum assecutus sit, quo fiat, ut omnis mortis timor inanis sit. Clotho ipsam cum colo heroi adstantem exhibet opus anaglyphum descriptum a Palladinio Descrizione d'un sepolchreto a Pozzuoli (Napoli 1817) p. 29.]

Ἄτροπος] Chrysippus ap. Plutarch. de Stoicor. repugn. p. 1056: *τὴν δ' εἱμαρμένην αἰτίαν ἀνίκητον καὶ ἀκώλυτον καὶ ἄτρεπτον ἀποφαίνων, αὐτὸς ἄτροπον καλεῖ καὶ ἀδραστείαν καὶ ἀνάγκην καὶ πεπρωμένην, ὡς πέρας ἅπασιν ἐπιτιθεῖσαν.* [Hunc locum iis adde, quae ad demonstrandam Libri de mundo originem Chrysippeam congessimus Beiträge p. 220 seq.]

---

†) Hinc Parcae etiam geniturae praeesse finguntur. V. Boettigerum de Ilithyia p. 18 seq.

ἀτρέπτως ἔχειν] Sic in libro, qui dicitur *τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς*, de monade, qui est deus Pythagoricorum, p. 7 [p. 5 ed. Ast.]: *ὡς λόγος τις τεχνικὸς ἐοικὼς τῷ θεῷ, καὶ οὐ καθισταμένη τοῦ καθ' ἑαυτὴν λόγου, οὐδὲ μεθίσταυσθαι ἄλλον τινὰ ἐῶσα, ἀλλὰ ἄτρεπτος ὡς ἀληθῶς καὶ μοῖρα Ἄτροπος.*

Ἀδράστεια] Notandum est, apud Athenag. p. 6 legi, Helenam pro Nemesi Adrastea ab Iliensibus cultam fuisse.

P. 41 *πολυδράστεια*] Valckenar. Digressionis a Theocriteis p. 223 [p. 43 ed. Berol.], qui hunc Cornuti locum allegat, observat: „Non attigit illud Auctor Etym. M., attigit Scholiasta ineditus in Platonem." [Huius locum exhibui in Not. crit.]

Νέμεσις] Hanc *πεντάδι* designabant Pythagorici. Habes apud Auctorem *τῶν θεολογ. ἀριθμ.* p. 32 [p. 31 ed. Ast.]: *Νέμεσιν καλοῦσι τὴν πεντάδα· νέμει γοῦν προσηκόντως τά τε οὐράνια καὶ θεῖα καὶ φυσικὰ στοιχεῖα τοῖς πέντε.* Hunc numerum secundum eundem p. 33 vocabant *πρόνοιαν καὶ δίκην οἷον δίχασιν καὶ Βουβάστειαν διὰ τὸ ἐν Βουβαστῷ τῆς Αἰγύπτου τιμᾶσθαι.* [Magis ex re erit adnotasse, Nemesin atque Fortunam pro uno eodemque numine habitas esse, teste lapide Gruteri p. 83, 1, repetito in Seiverti Inscr. p. 51 et in Act. soc. Lat. Ien. T. V. p. 55, in quo exstat DEAE NEMESI SIVE FORTVNAE.]

Caput XIV.

P. 43 *Μούσας*] Suidas in *Νύμφας* docet Musas a Lydis *Λύμφας* dici. Hesych. *Νύμφη . . . καὶ ἡ Μοῦσα.* Servius ad Virg. Aen. VI: ***Ut poetae invocent Nymphas, hanc rationem Varro dicit, quod ipsae sint Nymphae, quae et Musae.*** [Cf. Creuzeri Symb. T. III. p. 272. Ceterum de origine Musarum variae apud veteres exstiterunt sententiae. Villoisonus in Schedis: „Apud Arnobium adv. gentes IV. p. 143 [c. 24 ed. Orell.] Myrtilus Macari filiae Megaclus ancillulas profitetur fuisse Musas, quae fusius leguntur apud Clem. Alex. Protrept. p. 9. At Mnaseas apud eundem Arnobium III. p. 121 est auctor, filias esse telluris et coeli." Ipsum Mnaseae locum licet ab Arnobio dissidentem nunc nacti sumus in Crameri Anecd. T. I. p. 277: *Ἀπὸ μιᾶς αἱ πᾶσαι [Μοῦσαι] λέγονται· Μνασέας δέ φησιν, ὅτι αἱ πᾶσαι τρεῖς εἰσίν· Μοῦσα, Θεά, Ὑμνώ. Ἐν μὲν οὖν Ἰλιάδι μεμνῆσθαι τῆς Θεᾶς· μῆνιν ἄειδε Θεά· ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ τῆς Μούσας· ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα· ἐν δὲ τῇ Παλαμηδείᾳ τῆς Ὑμνοῦς.* De Musarum genealogia v. Albertrandi Diss. de Musis Varsaviae editam, cuius epitome exhibetur in Comm. soc. phil. Lips. T. III. p. 43 seq. (qua utimur) p. 46, et Petersenii Comm. de Musarum apud Graecos origine, numero nominibusque in Münteri Misc. Hafn. T. I. p. 77 seq.]

μώσεως] Helladius in Chrestomathia apud Phot. Cod. 279. p. 1582 [p. 531. a. ed. Bekk.] eandem afferens etymologiam addit: *τὸ γὰρ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι μῶ, καὶ μῶνται τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμῳ καὶ μῶνται παρ' Εὐφορίωνι, καὶ μώμεναι ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ.* Haec autem etymologia petita e Platone, qui in Cratylo p. 279 *Μούσας* deducit *ἀπὸ τοῦ μῶσθαι καὶ τῆς ζητήσεώς τε καὶ φιλοσοφίας.* Eadem etymologia apud Eustath. p. 9, 35. Etymol. M. p. 399 et Suidam. [V. Creuzer. Symb. T. III. p. 270. Mira est Albertrandi l. c. p. 46 ratio, qua Musas quasi *ομοιουσιας* vel *ομου ουσας* dictas putat. De vocis *Μοῖσα* dialectica ratione apud varios Graeciae populos deque eius origine legenda traduntur in Crameri Anecd. Graec. T. I. p. 278, quibuscum componas quae nuper monita sunt in Zeitschr. f. d. A. W. 1840. No. 109. p. 889 seq. et ab Henrichsen Ueber die Reuchl. Aussprache p. 114.]

τετραγώνους] Infra p. 167 Mercurius similiter dicitur *τετράγωνος.* P. 44 Stephanus Pighius in Themide dea, seu de lege divina p. 1165. T. IX Thes. Ant. Gr. Gronov. monet, *quadratum* hominem antiquo proverbio virum omnibus numeris absolutum, probum ac iustum designare, *ὅ γ' ὡς ἀληθῶς* (inquit Aristoteles Ethicorum primo a Pighio laudatus, et Rhet. III, 2) *ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.* Sopater apud Stobaeum Serm. XLIV. p. 311 [XLVI, 51. T. II. p. 235 ed. Gaisf.]. *Τίς οὖν οὕτω κατὰ τὸν Σιμωνίδου λόγον τετράγωνος, ὃς κατὰ πᾶσαν τύχην καὶ πραγμάτων μετάστασιν ἀσφαλῶς ἑστήξεται* etc. Suidas: *Τετράγωνος, εὐσταθής, ἑδραῖος. Δαμάσκιος· Σεμνὸς δὲ ἦν καὶ εὐσχήμων τὰ πάντα, καὶ τετράγωνος, καὶ ἄνευ ψόγου τεταγμένος, ὥς φάναι κατὰ τὸν Σιμωνίδην,* ubi v. Kuster [T. III. p. 452]. Unde in Cornuto per haec verba *ὥς φησι τις* designatur Simonides. V. Iulian. Caesar. p. 333. Toup. ad Suid. Part. III. p. 196 et Martin. Var. Lect. I, 1. [Quaternarius numerus *στερεὸς* appellabatur, teste Aristide Quintil. de mus. p. 122 ed. Meibom. Cf. Graev. Lect. Hesiod. p. 80.]

τρεῖς μὲν] Plutarchus Quaest. Symp. IX, 14. p. 746 de numero P. 47 Musarum omnino videndus: *Σικυώνιοι τῶν τριῶν οὐσῶν μίαν Πολυμάθειαν καλοῦσι.* Servius ad Virg. Ecl. VIII, 75 ***Musae ternae***, ubi non necesse est ut ***ter ternae*** rescribas cum Voss. de idololatr. 2. p. 453. [Tria genera Musarum ex Mnasea, cuius locum supra apposui, recenset Arnobius adv. gent. IV. p. 80 ed. Elmenhorst. Atque Musae numero tres antiquo habitu repraesentantur in vasculo in Stackelbergii Gräber der Griechen p. 16. Tab. XIX. V. Creuzer. T. III. p. 279 seq. et Annal. dell' Inst. archeol. T. VII. p. 236. Copiose hoc de Musarum numero egit Petersen l. c. p. 89 seq. Quem miror in Pausaniae loco IX, 30 init. quo de Musarum simulacris in Helicone positis agitur, haesisse p. 93, an recte contenderet cum singulari Varronis de eadem re, ut videtur, enarratione. *Ταῖς Μούσαις*

δὲ, ait Pausanias, *ἀγάλματα μὲν πρῶτά ἐστι Κηφισοδότου τέχνη πάσαις. προελθόντι δὲ οὐ πολὺ, τρεῖς μὲν εἰσιν αὖθις Κηφισοδότου, Στρογγυλίωνος δὲ ἕτερα τοσαῦτα . . . τὰς δὲ ὑπολοίπους τρεῖς ἐποίησεν Ὀλυμπιοσθένης*, ubi aperto Musarum signa numero octodecim commemorantur, quarum novem Cephisodotus, rursus novem alterarum tria idem Cephisodotus, totidem Strongylio, reliqua tria Olympiosthenes fecissent. Fallitur enim Petersenius, *πρῶτα* antiquissima interpretando, ut tres numero illae Musae Cephisodoti intelligantur, quum ea vox ex ordine, quo Pausanias varia haec simulacra inspexerit, explicanda sit, ut ex seq. *προελθόντι* intelligitur. Caussam vero tripartitae illius in Musarum signis faciendis collocatae operae cognoscere licet ex Varrone apud Augustinum de doctrina Christ. II, 17: ***Varro dicit, civitatem nescio quam (neque enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulacra Musarum, quae in templo Apollinis deo poneret, ut quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum electa emeret. Itaque contigisse, ut opera sua quoque illi artifices aeque pulchra explicarent, et placuisse civitati omnes novem, atque omnes emtas esse, ut Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse vocabula. Non ergo, ait, Iuppiter novem Musas genuit, sed tres fabri ternas fecerunt.***]

τῆς τριάδος τελειότητα] De numeri ternarii perfectione v. Plutarch. de Isid. et Osir. p. 381 et 382. Idem Quaest. Rom. p. 288: *Τὰ μὲν ἐννέα, πρῶτός ἐστι τετράγωνος, ἀπὸ περιττοῦ καὶ τελείου τῆς τριάδος*, et infra: *τὰ δὲ ἐννέα, τετράγωνος ἀπὸ τριάδος.* Auctor Theolog. arithm. p. 14 [p. 12 ed. Ast]: *ἡ τριὰς ἐξαίρετόν τι παρὰ πάντας τοὺς ἀριθμοὺς κάλλος εἴληχε καὶ εὐπρέπειαν.* Anatolius apud eundem p. 16 [p. 14]: *ὁ τρία πρῶτος περισσὸς καλεῖται ὑπ᾽ ἐνίων τέλειος*, [*ὅτι πρῶτος τὰ πάντα σημαίνεται, ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος*]. Et Nicomachus Gerasenus p. 17 [p. 15]: *Ἴδιον γοῦν καὶ ἐξαίρετον ἔχει παρὰ τοὺς ἄλλους ἀριθμοὺς, ὁ τρία, [τὸ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἴσος εἶναι].* [Aristides Quintil. III. p. 122 ed. Meib. *τριάδα δὲ τὸ σύμπαν ἐκάλουν, ἐναντιότητι καὶ μεσότητι πεπληρωμένον.* Alia de sanctitate et dignitate huius numeri Eulogius ad Somnium Scip. p. 403 ed. Orell. Chalcidius in Plat. Tim. fol. XIX. b. ed. Ascens. Servius et nostris temporibus inprimis I. H. Voss. ad Virg. Ecl. VIII, 75.]

τρία γένη σκεμμάτων] Easdem rationes, cur Musae tres fuerint, affert Plutarchus Quaest. Symp. IX, 14. p. 744, quem vide. Heraclides Alleg. p. 454 ed. Gale [ubi de tripartita philosophia agitur: *τὸ μὲν γὰρ λογικὸν, τὸ δὲ φυσικὸν, τὸ δὲ ἠθικὸν ὀνομάζεται. ταῦτα δ᾽ ὥσπερ ἀφ᾽ ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυκότα* (sic ex MSS. legendum) *τριχῇ κατὰ τὴν κεφαλὴν μερίζεται.*] Homeri Vita p. 323 ed. Gale. [*ταῦτα δὲ μετεχειρίσαντο οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες· ἧς ἔτι* (malim *τρία* pro *ἔτι*) *μέρη, τὸ φυσικον καὶ ἠθικὸν καὶ διαλεκτικόν.*] Chrysippus ap. Plut.

de Stoicor. repugn. p. 1035: *Πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι, κατὰ τὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἰρημένα, τρία γένη τῶν τοῦ φιλοσόφου θεωρημάτων εἶναι· τὰ μὲν, λογικὰ, τὰ δὲ, ἠθικὰ, τὰ δὲ, φυσικά.* Sextus Emp. Pyrrhon. Hypotypos. III, 2. p. 69: *Οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς τρία μέρη τῆς φιλοσοφίας εἶναι λέγουσι, λογικὸν, φυσικὸν, ἠθικόν,* ubi v. Fabric. et VII adv. Logicos p. 370. Seneca Ep. 89. ***Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem et rationalem. Prima componit animum, secunda rerum naturam scrutatur, tertia proprietates verborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro vero falsa surrepant.*** V. Eustath. p. 1554. Augustin. de C. D. XI, 25. Wolf. ad Origen. Philosophum. p. 2 et ipsum Origen. p. 135 et Laert. in prooem. p. 12. Quam divisionem a Zenone primo, deinde a Chrysippo, Apollodoro, Ephillo, Eudromo, Diogene Babylonio [v. Phaedr. de nat. deor. p. 21, quem locum infra ad cap. 20 dabimus] et Posidonio factam memorat idem vit. Zenonis p. 388 seq., ubi v. Aldobrandinum. [Eadem tripartita philosophiae ratio infra quoque cap. 20. p. 187 commemoratur, ubi v. notata, et, si lubet, Beiträge zur Litteraturgesch. d. Gr. u. Röm. T. I. p. 230. Diversas aliorum sententias de trinitate Musarum allegorico modo explicanda collegerunt Albertrandus p. 48 et Petersen p. 94, ubi de nominibus quoque trium harum Musarum agitur. His adiice Varronem apud Augustinum l. c., ubi Musarum trias ad sonorum triformitatem refertur: ***aut enim editur*** (sonus) ***voce, sicut est eorum, qui faucibus sine instrumento canunt; aut flatu, sicut tubarum et tibiarum; aut pulsu, sicut in citharis et tympanis et quibusdam aliis, quae percutiendo sonora fiunt.*** V. et Mnaseae locum supra allatum.]

[*Δύο δὲ*] Unicum hoc, quantum sciam, de duabus Musis testimonium Cornuti, quod ignorabat Winckelmannus tum quum Opp. T. V. p. 575 seq., an duas veteres unquam statuissent Musas, dubitaret; de quarum nominibus et parentibus Cornutus quum nihil tradat, Petersen p. 89 in eam fatetur se proclivum esse sententiam, ut duas Musas merae allegoriae deberi, ad philosophemata saeculi cuiuscunque potius, quam ad antiquissimam poesin referendae, censeat.]

θεωρεῖν καὶ πράττειν] Communius philosophia dividebatur in contemplativam et activam. Seneca Ep. 95: ***philosophia contemplativa est et activa; spectat simulque agit.*** Et de vit. beata c. 31: ***natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi et actioni.*** V. Augustin. de C. D. VIII, 4. p. 438.

[*Τέσσαρες* etc.] Respicit Cornutus tetrachordum ex primitiva lyrae forma aptum (v. Platon. Rep. II, 11. p. 400. A), quae posthac in septem chordarum systema aucta est. Cf. Boeckh. de metr. Pindari p. 204. De quatuor Musarum nominibus v. Petersen p. 95, eundem-

que item de septem diserte exponentem p. 97 seq., quibus adde Horapollinis ex disciplina Aegyptiorum disserentis, Hieroglyph. II, 29: *Γράμματα ἑπτὰ, ἐν δυσὶ δακτύλοις περιεχόμενα Μοῦσαν, ἢ ἄπειρον, ἢ μοῖραν σημαίνει.* Intelliguntur vero litterae vocales septem: v. Fischer. ad Demetr. de eloc. 71. p. 46.]

P. 49 *ἀρετὰς ἀχωρίστους*] Sic Stoici teste Laertio vit. Zenon. p. 400 dicebant *τὰς ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν* etc. ubi v. Menag. et Lipsii Manuduct. Stoic. philos. III. diss. 4. p. 262 usque ad p. 266. [Dogma hoc esse omnium philosophorum asserit Cicero Off. II, 10, 1, ubi v. Heusing.]

ἀδιαζεύκτους] Seneca Ep. 95 hoc Stoicorum dogma sic respicit: ***Sed nihil agetur, si ignoramus, quid sit virtus: una sit, an plures: separatae an annexae: an qui unam habet, et ceteras habeat.***

Εὐτέρπη etc.] Haec e Chrysippo Plutarch. Quaest. Symp. IX, 14. p. 743: *ἐγὼ δὲ μεταποιοῦμαί τι καὶ τῆς Τερψιχόρης· εἴπερ (ὥς φησι Χρύσιππος) αὐτή τι περὶ τὰς ὁμιλίας ἐπιτερπὲς εἴληχε καὶ κεχαρισμένον,* ubi pro *Τερψιχόρης* legendum *Εὐτέρπης* cum Xylandro interprete et cod. Bas. Theologum. arithm. p. 56 [55 ed. Ast.]: *Εὐτέρπη ὄνομα τῇ ὀγδοάδι πρέπειν ἔλεγον, παρ' ὅσον εὔτρεπτος μάλιστα τῶν ἐντὸς δεκάδος* etc.

P. 50 *συμποτικὴν ἀρετήν*] Scilicet, ut est apud Eustath. p. 742, 37: *Θαλία δὲ ὡς καρδία παροξυτόνως αὐτὴ ἡ εὐωχία, δι' ἧς θάλλει τις, ὡς οἷα καί τι θάλος . . . θάλεια μέντοι προπαροξυτόνως, εὐωχίας ἐπίθετον, καὶ μούσης δὲ καὶ Νηρηΐδος ὄνομα.* V. et p. 1474, 55. Odyss. *γ*, 421: *δαῖτα θάλειαν.* Iliad. *ι*, 143: *ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ.* [Plutarch. Q. Symp. IX, 14. p. 746: *τῆς δὲ ἐπιθυμίας τὸ μὲν περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡ Θαλία κοινωνητικὸν ποιεῖ καὶ συμποτικόν.* Thaliae nomen *ἀπὸ τοῦ θάλλειν* repetendum esse, post alios Vossius quoque monuit ad Virg. Ecl. VI, 1.]

[*χόρους*] Plato Phaedr. 91: *Τερψιχόρῃ μὲν οὖν τοὺς ἐν τοῖς χοροῖς τετιμηκότας αὐτὴν ἀπαγγέλλοντες ποιοῦσι προσφιλεστέρους.*

P. 51 *Ἐρατώ*] Discimus ex Theolog. arithmet. p. 13 [p. 11 ed. Ast.] secundum Pythagoricos *δυάδα* vocari et *Ἐρατώ*. Rationem addit ibidem eiusdem libri auctor: *τὴν γὰρ τῆς μονάδος ὡς εἴδους πρόσοδον δι' ἔρωτα ἐπισπωμένη, τὰ λοιπὰ ἀποτελέσματα γεννᾷ, ἀρξαμένη ἀπὸ τριάδος καὶ τετράδος. Ὠνομάσθαι δὲ αὐτὴν οἴονται παρ' αὐτὴν τὴν τόλμησιν· ὅτι ἄρα ὑπέμεινε τὸν χωρισμὸν πρωτίστη, δύη τε καὶ ὑπομονὴ καὶ τλημοσύνη· ἀπὸ δὲ τῆς εἰς δύο τομῆς Δίκη τε, οἱονεὶ δίχη, καὶ Ἶσις, οὐ μόνον, ὅτι ἴσον ἐν αὐτῇ τὸ ἀπὸ κατακράσεως, ὡς ἔφαμεν, τῷ ἀπὸ συνθέσεως, ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐδὲ τὴν εἰς ἄνισα μονωτάτη διαίρεσιν ἐγχωρεῖ. Καὶ φύσιν δὲ αὐτὴν καλοῦσι· κίνησις γάρ εἰς τὸ εἶναί ἐστιν αὐτή.* Cum quo conferenda censeo haec Sanchuniathonis apud Eusebium: *ὅτε δέ φησιν ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν καὶ ἐγένετο σύγκρασις, ἡ πλοκὴ ἐκείνη ἐκλήθη πόθος· αὐτὴ δὲ ἡ ἀρχὴ κτίσεως ἁπάντων.*

φιλοσοφίας] Haec est mens Cornuti: Erato est philosophia, quum deducatur ab *ἔρωτος*, ut *φιλοσοφία* a *φιλέω*. [Alia ratione *τὸν ἔρωτα* cum Erato componit Plato Phaedr. 91.]

ἔρεσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι] Haec et sequentia e Stoicorum fontibus ac praesertim Zenonis, cuius sententiam sic explicat Laertius Vit. Zenon. p. 394: *χωρὶς αὐτῆς, οὐκ εἶναι ὁδῷ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνασθαι. διατείνειν δὲ τὴν ἐν ταῖς ἀποφάσεσι προπέτειαν καὶ ἐπὶ τὰ γινόμενα, ὥστε εἰς ἀκοσμίαν καὶ εἰκαιότητα τρέπεσθαι τοὺς ἀγυμνάστους ἔχοντας τὰς φαντασίας. οὐκ ἄλλως τε ὀξὺν καὶ ἀγχίνουν, καὶ τὸ ὅλον δεινὸν ἐν λόγοις φανήσεσθαι τὸν σοφόν· τοῦ γὰρ αὐτοῦ εἶναι ὀρθῶς διαλέγεσθαι καὶ διαλογίζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοῦ πρός τε τὰ προκείμενα διαλεχθῆναι, καὶ πρὸς τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι, ἅπερ ἐμπείρου διαλεκτικῆς ἀνδρὸς εἶναι.*

Πολύμνια] Etym. M. p. 396, 38: *σεσημείωται τὸ Πολύμνια, ἀπὸ τοῦ πολυύμνια, ἀποβάλλον τὸ ῡ.*

οὐρανὸν] Sic Tatianus p. 75 [ed. Worth. c. 35]: *Οὐκ ἔστι γὰρ ἄπειρος ὁ οὐρανός, ὦ ἄνθρωπε, πεπερασμένος δὲ καὶ ἐπὶ τέρματι*, ubi *οὐρανὸς* pro *κόσμος*.

[*δι' ἧς καὶ πολιτεύονται*] Intelliguntur oratores, qui in administranda re publica operam suam collocant, quo sensu Demosthenes de cor. p. 257: *ὅτι πολλοὺς μὲν ἐστεφανώκατε ἤδη τῶν πολιτευομένων*, uti recte pro *πεπολιτευμένων* Wunderlichii ed. posterior et Bekkerus ex codd. exhibent. Eosdem appellavit *τοὺς πολιτικοὺς* Tiberius Rhetor p. 45. ed. Boisson.]

φησιν] Scilicet Hesiodus, ut observavit Galeus. [Theog. 79:

Καλλιόπη θ'· ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων·
ἣ γὰρ καὶ βασιλεῦσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ,

ubi Aristarchus quum teste Scholiasta *προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη* accipit, meminisse videtur Platonis, qui Phaedr. 91 *πρεσβυτάτην* eam dixit. Ceterum eundem ordinem, quo apud Hesiodum singulae Musae deinceps enumerantur, Cornutus cum aliis, nisi memoria fallor, secutus est ut normam; ita ut quod casu vel metro suadente apud poetam factum, id in religionis formam abiisse videatur. Atque si non omnes eundem posthac ordinem adoptarunt, in hoc tamen plurimi, qui Musas enumerant, consentiunt, quod Calliopae quippe ceterarum nobilissimae extremum locum ut maxime insignem adsignarunt.]

[*ἐννέα νύκτας*] De Musarum genitura v. quae habet Eudocia p. 294. P. 53
Ob has ipsas novem noctes, quibus eas genuisse Iuppiter dicitur, fortasse ipsae *ἐννυχίαι* dictae, apud Hesiod. Theog. 10, ubi v. Wolf.]

Εὐφρόνην] Hinc proverbium apud Eustath. p. 168, 3 (adde Apostol. Cent. VIII, 52. p. 97) *ἐν νυκτὶ βουλή*, ad quod idem alludit p. 1140, 64. V. Etym. p. 399, 50. Apud Suidam: *Εὐφρόνη, ἡ νύξ·*

Τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης
ἔπεισεν ὄρνιν ὁμολογεῖν τὴν ἑσπέραν.

Recte monuit Kusterus duos hos senarios iambicos legi apud Georgium Pisiden in poemate de creat. mundi sive περὶ κοσμουργίας 1087. 1088. Sed addendum puto, pro ἑσπέραν legendum εὐφρόνην, cuius glossam puto τὴν ἑσπέραν, quum non ἑσπέρα, sed εὐφρόνη apud Suidam explicetur. Revera video apud Pisiden (ed. Genevens. poetar. vett.) legi loco citato εὐφρόνην, quod miror Kusterum fugisse. — Noctem εὐφροσύνης epitheto donat Orpheus Hymn. II, 5 [ubi v. Gesn. Εὐφρόνην noctem dixerunt Anaximenes ap. Diog. Laert. II, 4 et Sophocles Electr. 19.]

P. 55 [Οὐρανοῦ καὶ Γῆς] De hac Musarum origine v. Petersen l. c. p. 91.]

[Στεφανοῦνται δὲ φοίνικι] Cf. Albertrand. l. c. p. 62.]

[τῶν Φοινίκων δοκεῖν εὕρημα] Galeus ex Hesych. v. φοινικίοις affert: δοκεῖ ὁ Κάδμος ἐκ Φοινίκης κεκομικέναι. Atque Musae ipsae litteras invenisse traduntur: v. Barth. Adversar. XLIII, 28. p. 1983.]

Caput XV.

P. 57 [Εὐρυνόμης] De hoc matris nomine vide omnino Hermann. ad Orph. Hymn. LX, 2. p. 329, ubi ***Eunomia*** dicitur, quod servandum censet Muellerus Orchom. p. 179, adstipulante nunc Lobeckio Aglaoph. T. I. p. 398 aliisque auctoribus allatis hoc matris nomen confirmante, quibus addere iuvat, quod apud Themist. Or. XVI. p. 406 ed. Petav. ***Eunomia*** inter ipsas tres Gratias memoratur. Praeterea Eunomiam adscripto ipsius nomine habes in vasculo picto, de quo v. Gerhard Berlins Bildw. T. I. p. 300. 303. Ceterum Eurynomen eandem cum Venere et praesertim cum Venere Acidalia, apud Orchomenios maxime culta esse putat Muellerus p. 179, quippe cuius Gratiae fuerint filiae vel ministrae. Mythographus Maii Secundus c. 36. p. 96 de Gratiis: ***Veneri autem sunt consecratae, quia earum pulsu cuncta animalia ad amorem prona fiunt. Lavantur autem in fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Boeotiae civitate; de quo etiam Venus acidalia dicitur.*** Quare Veneri Gratiae unguentario instructae in artis monumentis passim iunguntur, quippe quarum munus esset, Venerem, postquam lavisset, exornare et amicire (v. Mueller l. c. p. 181 seq.), ita ut sic revera propriam ipsarum naturam et notionem prae se ferrent, quae in venustate et gratia exhibenda consistit. V. Mus. Flor. T. I. tab. 83, 2. Winckelmann. Monum. ined. No. 31. His optime explanantur et rursus lucem refundunt quae in Odyss. ϑ, 363 seq. de Paphia Venere dicuntur. Villoisonus in Schedis: „Cur quidam Gratias Λήθης filias fecerint, rationem vide in Eustath.

p. 282, 46. De Gratiis quoque notanda et parum nota vide in eo-
dem p. 1665, 58, e Sostrati poemate elegiaco, quod Tiresias inscri-
bebatur, deprompta." Idem alibi: „Totum hoc caput e Chrysippo
haustum esse docet Seneca de benef. I, 3 et 4. Heringa Obs. c. 11.
p. 86." Apud Callimachum, cuius locum tenebris eripuit Bast. ad
Greg. Cor. p. 899, *Τιτηνιὰς* Eurynome appellatur. Cf. Creuzer. T. II.
p. 181.]

Ἥραν] Eustathius p. 40, 31 Iunonem *εἰς βασιλείαν* a veteribus
sumptam docet, et p. 81, 37: *Ἥρα γὰρ ἡ βασιλεία· καὶ ἡραία ζωὴ ἡ
βασιλική.* Eudocia in Ixione: *Ἥρας, ὕψους τινὸς δηλαδὴ ἡγεμονικοῦ·
καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ εἰς τοιοῦτόν τι, ὡς εἴρηται, τὴν Ἥραν ἐκλαμ-
βάνουσι, ζωὴν ἡραίαν λέγοντες τὴν βασιλικήν.* [Iunonem Gratiarum
matrem perhibet Mythologus Vatic. Primus II, 132. p. 48 ed. Maii.
Cf. Boettigeri Aldobrandinische Hochzeit p. 39 seq. Coluthus 87:
Ἥρην μὲν Χαρίτων ἱερὴν ἐνέπουσι τιθήνην.]

[*πρὸς ἄλλην δὲ ἔμφασιν γυμναὶ παρεισάγονται*] In caussis commi- P.58
niscendis, ait Koenius ad Greg. Cor. p. 159 ed. Schaef., cur nudae
dicerentur Gratiae, valde ingenio indulserunt veteres: vid. Suidas v.
Χάριτες et Th. Munckerus ad Fulgentii Mythol. II, 4. Qua de re
scite Boettigerus l. c. p. 146 (licet obloquente quodam in Ephem.
litt. Lips. 1812. No. 238. p. 1899), ita statuit, primo tempore Gratias,
quum adhuc essent Iunonis famulae, decenti vestitu ornatas apparuisse,
deinde demum ex quo Venerem Orchomeniorum praesertim cultu
comitarentur, ad formam eius numinis, cui adiunctae essent, nudas
vel pellucidis certe et volitantibus vestibus fictas esse. Cf. Manso
Ueber die Horen und Grazien p. 80 seq. Ea vero commenta, quae
Cornutus ad hunc dearum habitum explicandum affert, omnia philo-
sophorum scholas sapiunt. Ex quo genere illud quoque est, quod
ex Chrysippi doctrina, ut suspicor, refert Seneca de benef. I, 3, pel-
lucidis esse Gratias tunicis velatas, quia beneficia conspici velint, et
rursus quod legitur in Mythographo Vaticano Secundo c. 36. p. 96
ed. Maii, quod Gratiae sine fuco esse debeant et sine simulatione.]

εὐλύτως καὶ ἀνεμποδίστως] Seneca [de benef. I, 3] e Chrysippo: P.59
in quibus nihil esse alligati decet, nec adstricti. [Vulgatur hoc
loco ***adscripti*** pro ***adstricti***, illud haud satis apte. Galeus ad hunc
locum: „At vide Severinum de Vipera p. 63, ubi Gratiarum pedes
serpentis nexu constricti pinguntur."]

[*Δύο μὲν*] Primitivum hunc Gratiarum numerum et antiquissi-
mum fuisse, dubitari nequit, licet Hesiodus tres iam noverit. V.
Pausan. IX, 35 et ex nostri temporis doctoribus in primis Boettige-
rum l. c. p. 39 seq. collato Muellero l. c. p. 182. Earum figuras
exhibet vasculum pictum in Gerhardii Berlins Bildwerke T. I. p. 302.
Ceterum quae ad explicandum hunc numerum Cornutus affert, sumpta

sunt ex Chrysippo: illuc enim sine dubio referenda sunt, quae ex huius libro περὶ ἀρετῶν Phaedrus Epicureus, vel quisquis huius libri auctor est, de natura deorum p. 19 ed. Petersen profert: διὰ νόμον φησὶν εἶναι καὶ τὰς Χάριτας τὰς ἡμετέρας καταρχὰς καὶ τὰς ἀνταποδόσεις τῶν εὐεργεσιῶν. Ex his quidem minime sequitur, duas solas Chrysippum statuisse Gratias; immo ex Seneca de benef. I, 3 constat in ternario numero Gratiarum explicando eum operam navasse; sed eandem eum et in denario ab antiquis tradito iam patet more suo subiisse. Fundum vero illius explicandi rationis in iis verbis habemus, quibus Aiacem Tecmessa apud Sophoclem vs. 518 Herm. admonet:

> χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί·
> ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
> οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.

Variae denarii numeri Gratiarum explicationes afferuntur a Lilio Gyraldo de ingrati crimine vitando p. 732 (Opp. ed. Jensii T. II.)]

P. 61 ἱλαρῶς δ' εὐεργετεῖν etc.] Seneca de benef. I, 3 e Chrysippo: ***ideo ridentes: quia promerentium vultus hilares sunt, quales solent esse qui dant vel accipiunt beneficia.***

εὔμορφοι] Seneca l. c. ***Chrysippus Gratias ait . . . aetate minores*** [an ***maiores***?] ***quam Horas, sed meliuscula facie et ideo Veneri datas comites.***

[Ἀγλαΐαν etc.] Eadem Gratiarum nomina recenset Seneca l. c. cum aliis v. c. Themistio Or. XVI. p. 406. Orph. H. LX, 3, Hesiodum et Pindarum Olymp. XIV secutus. Mythographo Vaticano Primo II, 132. p. 48 et Secundo c. 36. p. 96 ed. Maii appellantur ***Pasithea***, ***Aegiale*** (vel ***Eugiale***, utrumque errore librariorum) et ***Euphrosyne.*** De Pasithea v. Pausan. IX, 35. Vulgaria nomina *ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ*, *ΑΓΛΑΙΗ* et *ΘΑΛΙΗ* tribus Gratiis adscripta leguntur in anaglypho Museo Borbonici, teste Gerhardio Neapels antike Bildwerke T. I. p. 82: iuxta eas in eadem tabula conspiciuntur nymphae tres appellatae nominibus inscriptis *ΙΣΜΗΝΗ*, *ΚΥΚΛΙΣ* et *ΕΡΑΝΝΟ*, quibus septima figura muliebris minori forma adiungitur una cum nomine *ΤΕΛΟΝΝΗΣΟΣ*, quo nomine, cum ***Proconnesos***, ***Halonnesos*** aliisque urbium appellationibus componendo, repraesentari aiunt locum quendam vel regionem ignobilem, cuius notitia ad nostram aetatem non pervenerit. Fortasse intelligitur ***Telus***, una Cycladum insula, vix nomine nobis nota, cuius meminit Herodotus VII, 153, a Telo conditore (v. Steph. Byz. v. Τῆλος) iuxta, ut opinor, Τηλόννησος nominata. Littera *E* pro *H* in anaglypho nomen insulae scribi, haud magnopere urgendum.

[Εὐάνθην] V. Constantin. Caes. Geoponic. II; et floribus solent ornari, teste Pausania. GALE.]

Ὅμηρος] Seneca de benef. I, 3: *Aglaian maximam natu appellavit, mediam Euphrosynen, tertiam Thalian . . . Itaque Homerus uni mutavit, Pasithean appellavit et in matrimonium produxit, ut scias illas Vestales non esse.* Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 242. [Iliad. σ, 382, notante iam Galeo.] P. 62

τεχνικὰ ἔργα] V. similem allegoriam apud Heraclid. Alleg. Hom. p. 468. [Iuliani Orat. nescio quem locum conferri iubet Galeus.]

Caput XVI.

τὸν Ἑρμῆν] Contra Seneca de benef. I, 3: *Mercurius una* [cum Gratiis] *stat, non quia beneficia commendat, sed quia pictori ita visum est.* Hinc Ἑρμοῦ παῖδες sunt οἱ λόγιοι, ἢ πολυκτήμονες, ἢ δόλιοι. Eustath. p. 18, 31. 1053, 56. [De Mercurio Gratiarum duce v. Creuzer. T. II. p. 267. Mueller Orchom. p. 180. A poetis χορηγὸν τῶν Νυμφῶν Mercurium appellari, testatur Aristides in Maii Auct. class. T. IV. p. 521.]

ὁ λόγος] Idem ap. Eustath. p. 10, 19 et alibi. V. Theol. phys. [V. Creuzer Melet. T. I. p. 33 et Symb. T. I. p. 380. II. p. 618. Choerobosc. in Crameri Anecd. Gr. T. II. p. 214, 26. Proclus Theol. Plat. VI, 22. p. 404: Ὁ μὲν Ἑρμῆς φιλοσοφίας ἐστὶ χορηγός, καὶ διὰ ταύτης ἀνάγει τὰς ψυχὰς καὶ ταῖς διαλεκτικαῖς δυνάμεσιν ἐπ' αὐτὸ ἀγαθὸν ἀναπέμπει τάς τε ὅλας καὶ τὰς μερικάς.] Hinc Demosthenes et quisquis post eum orator celeberrimus eminuit, dictus est Ἑρμοῦ λογίου τύπος, primum ab Aristide Vol. II. p. 307, deinde a Synesio Epist. 101. p. 240. Juliano Or. VII, Eunapio in Proaeresio et Damascio in vit. Isidori ap. Phot. p. 1029, ut recte annotat Toup. Em. in Suid. T. III. p. 235. [Cf. Doxopatr. in Walzii Rhet. Gr. T. VI. p. 6.]

μόνον τὸν ἄνθρωπον etc.] Cic. legg. I, 7 de homine: *Solum est* P. 63 *enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quum cetera sint omnia expertia.* Eleganter Pseudo-Hermes sub finem Trismegisti: τολμητέον ἐστὶν εἰπεῖν, τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐπίγειον εἶναι θεὸν θνητόν, τὸν δὲ οὐράνιον εἶναι θεόν, ἀθάνατον ἄνθρωπον †). Idem hominem c. 8. p. 23 vocat λογικὸν ζῶον, et c. 11. p. 29 ζῶον θεῖον. Quum Stoicis, Pythagoricis et Platonicis animus bestiae ut et hominis ex eadem divina mente haustus delibatusque videretur, hoc uno praestabat homo, quod

†) [Postrema voce deleta legi malim: τὸν δὲ οὐράνιον εἶναι θεὸν ἀθάνατον. Simillima sententia M. Curtii in Dione Cassio apud Zonaram, cuius locum recitat Maius Coll. Vatic. T. II. p. 533: οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ζῶον θνητὸν οὐδ' [leg. οὔτ'] ἄμεινον, οὐδ' ἰσχυρότερον ἀνθρώπου· εἰ γάρ τι δεῖ καὶ θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ' ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων· οὔτε θεὸς ἄλλο τι ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος.]

varie modificata sit in eo mens divina et in corpore collocata sit, quod eo modo affectum est, ut illius ope virtutes sibi insitas producere queat. Plutarch. de plac. phil. V, 20. p. 909: *Πυθαγόρας, Πλάτων λογικὰς μὲν εἶναι καὶ τῶν ἀλόγων ζώων καλουμένων τὰς ψυχάς, οὐ μὴν λογικῶς ἐνεργούσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων, καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὸ φραστικόν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν πιθήκων καὶ τῶν κυνῶν. Λαλοῦσι μὲν γὰρ οὗτοι, οὐ φράζουσι δέ. Διογένης, μετέχειν μὲν αὐτὰ τοῦ νοητοῦ καὶ ἀέρος, διὰ δὲ τὸ τὰ μὲν πυκνότητι, τὰ δὲ πλεονασμῷ τῆς ὑγρασίας μήτε διανοεῖσθαι, μήτ᾽ αἰσθάνεσθαι, προσφερῶς δ᾽ αὐτὰ διακεῖσθαι τοῖς μεμηνόσι, παρεπταικότος τοῦ ἡγεμονικοῦ* †), id est: Pythagoras, Platon animas omnium etiam animalium, quae rationis expertia dicuntur, rationis compotes, non tamen eas agere secundum rationem, idque ***fieri ob incommodum corporis temperamentum, et quia loquela destituantur*** . . . . Diogenes, rationis et aëris participes esse bestias, sed ob crassitiem vel ob abundantiam humoris neque intelligere, neque sentire etc. Idem et Indis placere, audi apud Mignot probantem Mém. de l'Acad. T. XXXI. p. 306, ubi Abraham Rogel p. 191 et 192 allegat, ut et Lettres édif. et cur. 23. rec. p. 178: „Ce que les Indiens disent de l'ame de l'homme, ils le disent aussi de celle de la bête; les ames des uns et des autres sont non seulement de la même nature, mais encore de la même espèce; la difference ne provient que de la perfection ou de l'imperfection du corps; 'homme est plus parfait, parce qu'il lui a été donné un corps par le moyen duquel l'ame produit et fait paroître les qualités qui sont en elle, au lieu que celui que les animaux ont reçu n'est point organisé de manière à faire paroître ces qualités; ainsi quoiqu'ils tiennent pour certain que l'homme est la créature la plus parfaite, ils ne font point consister cette perfection dans l'ame, mais uniquement dans le corps, dont les organes servent d'instrumens à l'ame" etc. Haec qui leget, nonne mirabitur Helvetium in suo opere famoso, quem de l'esprit inscripsit, Discours 1 chap. 2. not. 1. p. 2. ed. 12mo (prodiit Hagae comitum 1759) „On a beaucoup écrit sur l'ame des bêtes; on leur a tour-à-tour ôté et rendu la faculté de penser, et peut-être n'a-t-on pas assez scrupuleusement cherché, dans la difference du physique de l'homme et de l'animal, la cause de l'infériorité de ce qu'on appelle l'ame des animaux." Nonne in hisce Pythagorae, Platonis et Indorum verbis agnoscis totum Helvetii sy-

---

†) [De hoc Plutarchi loco affecto Reiskius: „Aut post *διὰ δὲ τὸ* deest aliquid, e. c. *ἐμποδίζον*, vel *ἀνεπιτήδειον*, aut leg. *διὰ δὲ τὰ μὲν πυκνότητα, τὰ δὲ πλεονασμόν*." Locum sanabis, si mecum *δ᾽* post *προσφερῶς* deleveris, ita ut iam verbis *μετέχειν μὲν* extrema *προσφερῶς αὐτὰ διακεῖσθαι* etc. ex adverso ponantur, dum praecedentibus caussae aperiantur, ob quas animalia in vesanorum numero habenda sint.]

stema, qui dicit p. 2, „C'est en combinant toutes ces differences, dans le physique de l'homme et de la bête, qu'on peut expliquer pourquoi la sensibilité physique et la mémoire, facultés communes aux hommes et aux animaux, ne sont pour ainsi dire dans ces derniers que des facultés stériles." Quid nunc diceret ille Helvetius, qui in hoc eodem opere adversus eos declamat, a quibus nova, ut putamus, inventa antiquis tribuuntur, si videret vel hoc ipsum systema, quo unice innititur liber de l'esprit inscriptus, veteribus deberi? [Ceterum cum tota illa Cornuti sententia comparandum, quod de Mercurio habet Horatius Od. I, 10, 2:

qui feros cultus hominum recentum
voce formasti catus.

Libellus ined. MS. bibl. Darmstad. *περὶ ὀρθότητος συντάξεως*, initio: *Τοῦ λόγου χρῆσις εὕρηται μὲν ἢ μᾶλλον τοῖς ἀνθρώποις δέδοται παρὰ θεοῦ, τῆς ἀναγκαίας κοινωνίας ἕνεκα· φιλόκοινον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀγελαστικὸν κατὰ Πλάτωνα. Ἐδέησε τοίνυν αὐτοῖς λόγου, ἵνα δι' αὐτοῦ τὰ μετ' ἀλλήλων ποιῶνται κοινωνήματα, οἱονεί τινι τῶν βουλημάτων ἑρμηνεῖ τῷ λόγῳ χρωμένοις.* Platonis locum laudatum adhuc invenire in scriptis eius non contigit; si est re vera Platonicus, hunc ipsum potius malim ob oculos habuisse Nemesium, quum de nat. hom. p. 53 ed. Matth. dicit *ὥσπερ ἴδιόν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτοῦ* (hominis) *τὸ ἀγελαστικόν* (sic ex certissima d'Orvillii coniectura) quam, ut censet Hasius in H. Steph. Thes. T. I. p. 268. A, Philonis illa de dec. orac. Vol. II. p. 202. *ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ σύννομον ζῶον τὸ ἡμερώτατον ἡ φύσις γεννήσασα.* Nempe uterque vocem *ἀγελαστικὸς* Platoni, qui primus fortasse ea usus erat, surripuisse de more suo censendi sunt.]

ἐξοχώτατον] Chrysippus in Cic. de N. D. I, 15 dicit vim divinam esse in ratione positam et dei principatum in mente et ratione versari; ut ibidem Cleanthes c. 14 nihil ratione censet esse divinius. Seneca de ira I, 3: ***Nulli nisi homini concessa providentia est, diligentia, cogitatio: nec tantum virtutibus humanis animalia, sed etiam vitiis prohibita sunt.*** Macrobius in Somn. Scip. I, 14. p. 55 ed. Pontan. ***Homo et rationis compos est et sentit et crescit solaque ratione meruit praestare ceteris animalibus.*** [Aristoteles Polit. I, 1. p. 4 ed. Goettl. *λόγον δὲ μόνος ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων· ἡ μὲν οὖν φωνὴ τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος ἐστὶ σημεῖον· διὸ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει ζώοις· μέχρι γὰρ τούτου ἡ φύσις αὐτῶν ἐλήλυθεν, ὥστε αἰσθάνεσθαι τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος καὶ ταῦτα σημαίνειν ἀλλήλοις· ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τῷ δηλοῦν ἐστὶ τὸ σύμφερον καὶ τὸ βλαβερόν, ὥστε καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον.* Atque etiam animantibus ceteris ratione praeditis, id est daemonibus et angelis, hominem praestare dicit Nemesius de nat. hom. p. 53 ed. Matth. *διὰ τὸ συγγνώμης ἐν τῷ μετανοεῖν ἀξιοῦσθαι.*]

ἢ ἀπὸ τοῦ ἔρυμα] Eadem in Etym. M. p. 370, 28. [Adde Grammaticum in Crameri Anecd. Gr. T. II. p. 436, 3.] Hippocrates de morbo sacro T. II. p. 329: *τὸ θεῖον . . . . ἔρυμα γενόμενον ἡμῖν* et in Epistola ad Abderit. T. II. p. 304 dicit: *τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐρύματα δήμων, καὶ οὐ τοὺς πύργους οὐδὲ τὰ τείχεα, ἀλλὰ σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας.*

P. 64 *διάκτορος*] Eadem fere in Eustath. p. 182, 8. 1393, 23. V. Hesych. et Suid. Etym. M. in *Διάκτορος* p. 268, 13 *ἢ διακτόρῳ καὶ σαφεῖ κατὰ τὸ λέγειν*, ubi ex seq. et ex hoc nostro Cornuti loco *διατόρῳ* legerem. V. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 489. [Heyn. Obs. in Iliad. T. IV. p. 212.] Eleganter Synesius Hymn. IX, 30:

μείδησεν ἑωσφόρος
ὁ διάκτορος ἁμέρας,
καὶ χρύσεος ἕσπερος,
Κυθερήϊος ἀστήρ.

τὰ νοήματα ἡμῶν] Macrobius Sat. I, 17. p. 225: ***nam quia sermo interpretatur cogitationes latentes,*** *Ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν* ***vocitatus est.*** V. et ibid. c. 19. p. 241.

γλώσσας] De hoc usu v. Eustath. p. 1470, 32.

ἐριούνιος] V. Eustath. p. 1194, 39. 1599, 20. 1354, 27. Etym. M. Suid. Hesych. [Adde Crameri Anecd. Gr. T. II. p. 437. Alii aliter hoc epitheton interpretantur, ut Creuzerus Symb. T. II. p. 379, qui idem ac *χθόνιος* esse censet. Cognatum aliud illud, quo *ὀνήσιμος* Mercurius dicitur: de quo v. Akerblad Iscrizione Greca sopra una lamina di piombo, Romae 1813. p. 29.]

σῶκος] V. Eustath. p. 854, 62. 1197, 40. Etym. M. p. 742, 10. Apollon. [Lex. Hom. p. 628. *Σωκεῖν, ἰσχύειν* ex Schol. Iliad. *υ* confert Galeus. Plura Philemo Lex. techn. p. 146.]

ἀκάκητα] Eustath. p. 75, 35. 1053, 55. [*Ὁ μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός*, Schol. Iliad. *π*, 185. Nescio tamen annon ab Acaco enutritus Mercurius, inde etiam nomen hoc traxerit. Dictus est Acacesius ab Arcadibus. GALE. De illo epitheto conf. Spanhem. ad Callim. in Dian. 143 et in primis Schneideri Lex. Heyn. Obs. in Iliad. T. VII. p. 175. Wolf. ad Hesiod. Th. 614. Iacobs. in Thierschii Act. phil. Mon. T. I. p. 288. Quod de epitheti illius vel quod inde ductum, nominis *Ἀκακήσιος* etymo Galeus monuit, id nuper denuo Panofka in Ann. dell' inst. arch. T. II. p. 189 comprobare studuit, simul docere conatus, sensum eius coniunctum esse cum lyrae inventione Mercurio tributa. Qua sententia quamquam non efficitur, ut propria epitheti vis et origo perspiciatur, tamen ea mirifice sustentatur Nicandri auctoritate, qui ubi testudinis in lyram per Mercurium transformatae mentionem facit, deum eodem cognomine ornat, Alexipharm. 572 seq.

ηντ' ἀκάκητα
αὐδήεσσαν ἔθηκεν ἀναύδητόν περ ἰοῦσαν Ἑρμείης.]

[τὴν Ὑγιείαν αὐτῷ συνῴκισαν] Mythographus I Vatic. II, 119. ed. Maii de Mercurio: *quem Iuno ita dilexit, quod propria mamma eum lactavit et artem medicam insinuavit.*]

[Ἀργειφόντης] Ἀργειοφάντης ex Epigr. affertur, ut ἱεροφάντης, Proclo, ὁ ἐν ἀργῷ φωνῶν. GALE. Villoisonus in Schedis: „Hinc [φαίνειν] vides in Proclo ad Hesiod. Op. 84 Ἀργειφόντης explicante ὁ ἀργῶς φαίνων non praeferendum esse ἐναργῶς φωνῶν, quod tentabat Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 489." De historica huius nominis origine v. Creuzer T. II. p. 619 eiusdemque Melet. T. I. p. 34. Cramer. Anecd. T. II. p. 84.]

Χρυσόῤῥαπις] Eustath. p. 1658, 58. [Schol. Iliad. ο, 256, quem P. 65 Galeus confert. Χρυσόῤῥαπις Mercurius appellatur Odyss. ε, 87. H. H. in Ven. 117 et 121. in Merc. 539. De aurea hac virga Mercurii v. Cerda ad Virg. Aen. IV, 242. Creuzeri Symb. T. II. p. 620. Intelligitur vero a Cornuto is Mercurii baculus, quo tangenti opes et divitiae comparantur, de quo Apollo in H. H. in Merc. 529

ὄλβου καὶ πλούτου δώσω περικαλλέα ῥάβδον,
χρυσείην,

quo loco, ut hoc obiter adiiciam, quae variae baculi huius virtutes enarrantur, eae ad diversas rationes pertinent, omnes hic in unum coniunctas. De virgula illa aurum divitiasque tangenti largiente v. Boettigerum Amalth. I. p. 65 seq. et 104. Hanc virgam gestanti dextera Mercurio insuper cornu copiae addi tanquam opum affluentiae symbolum, consentaneum est. V. Hieronymi Aleandri Tabulae Heliacae explicationem p. 746 (Graev. Thes. antiq. T. V.). Neque porro iam caussa lateat, cur auro Mercurii signa passim conficerentur, cuius exemplum exhibet inscriptio post alios nuperrime relata a Morcellio de stylo inscr. p. 152 et Romanellio Storia di Napoli T. I. p. 86. Codinus de orig. Constant.: Οἱ Φοίνικες τοῖς θεοῖς αὐτῶν πλάττουσιν ἐπιφέροντας βαλάντια χρυσᾶ ὡς τοῦ χρυσοῦ σύμβολον.]

κῆρυξ] Augustinus de C. D. VII, 14. p. 392 dicit eum ideo nuntium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. [Virgae vel caducei, quem gestat Mercurius hoc praeconis officio fungens, rationes Servius ad Virg. Aen. IV, 242 affert has: ***Mercurius et orationis deus dicitur et interpres deorum. Unde virga serpentes dividit, id est, venena. Nam serpentes ideo introrsum spectantia capita habent, ut significent inter se legatos colloqui et convenire debere, quia bellantes interpretum oratione sedantur*** etc. Similia Mythographi Vaticani a Maio editi. Longe vero aliter hac de re, illis an feliciore successu alii iudicent, statuit Lajardius in Nouv. Ann. dell' inst. archeol. T. I. p. 174 ita, ut caduceo herma-

phroditismi symbolum exhiberi contendat: unum enim anguium ait genere esse marem, alterum feminam. Praestat advertere, ipso illo Mercurii caduceo exhiberi ornatos praecones veterum, quod factum conspicimus in personis Talthybii et Eurybatis, ministrorum Agamemnonis, in Inghirami Gall. Omerica Tab. XXX et XXXIII.]

ἄγγελος] Haec vox legitur sensu angelorum in libro qui dicitur *τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς* p. 21 [p. 20 ed. Ast.]: *κατὰ τὴν κοσμικὴν συμπλήρωσιν, ἄγγελοι, δαίμονες, ζῶα, φυτά, συμπληροῖ τὸ πᾶν.* Quum *τὸ ἄγγελοι*, ***angeli***, *τῷ δαίμονες* oppositum videatur, hinc concludam, auctorem ignotum huiusce pretiosissimi operis fuisse Christianum. Idem dicit p. 44 [p. 43]: *τῶν ἀγγέλων ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν.*

P. 66 *ἔπεα πτερόεντα*] Augustinus de C. D. VII, 14. p. 392: ***ideo alas ei in capite et pedibus ponunt, volentes significare, volucrem ferri per aëra sermonem.*** [Mythographus Vatic. Primus II, 119. p. 43: ***Alae eius in capite et in pedibus significant volucrem ferri per aëra sermonem.*** Similia Mythogr. Tertius p. 235.]

[*ποδήνεμον*] Iliad. *β*, 786.]

ἀελλόποδα] Haec fere ad verbum Eustath. p. 555, 33. [Iliad. *ω*, 77: *Ἶρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα.*]

ἀπὸ τοῦ ὀνόματος] Heraclides Alleg. Hom. p. 448: *καὶ τὴν ἀποστελλομένην Ἶριν, ἄγγελον τοῦ Διός, τὸν εἴροντα λόγον ὑφίσταται, ὥσπερ Ἑρμῆν τὸν ἑρμηνεύοντα. δύο γὰρ ἄγγελοι θεῶν, οὐδενὸς ἄλλου πλὴν ἐπώνυμοι τῆς κατὰ τὸν λόγον ἑρμηνείας.* Eustathius p. 555, 35 *ἀπὸ τοῦ εἴρω τὸ ἀγγέλλω* derivat. [De qua nominis origine conf. Reuvensii Collectan. litt. p. 103, qui alteram derivandi rationem ab *ἰέναι*, ***eundo***, probat. Galeus: „Iris videtur Hebraeorum יגיךְ in Daniele." Ceterum quae cognatio symbolica Irin inter et Mercurium intercedat, non solum ex eo cognoscitur, quod illa ut hic humeros pedesque alis instructos habet, quod notum est, sed quod adeo caduceum manu gestans illa fingitur, in gemma apud Toelkenium Verzeichniss der antiken vertieft geschnittenen Steine p. 230. No. 1344, et in vasculo picto nunc Berolinensi, de quo v. Gerhardii Berlins antike Bildwerke T. I. p. 230. Hunc tamen caduceum Iris a Mercurio non mutuata est, sed eodem quo Mercurius officio fungens nuntii deorum gestare recte putatur. Inter haec tamen utriusque numinis munera mirum in modum Mythographus Secundus Vatic. c. 6. p. 85 ed. Maii ita distinguit: ***Iris dicitur quasi*** *ἔρις*, ***id est lis; nam nunquam ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, sed semper ad disturbationem.***]

ψυχοπομπὸν] V. Menagium, qui Cornutum adducit, ad Diog. Laert. VIII, 31. p. 215 ed. Lond. 1664. [Quod *ψυχοπομπὸν* vocat, idem est cum dicitur *πομπεύς, πυλαῖος, χθόνιος, ψυχῶν ταμίας.* GALEVS. V.

Lobeck. ad Soph. Ai. p. 353. ed. pr. Harlesii Opusc. p. 144. Toelken l. c. p. 182. No. 893. Mercurii *ψυχοπομποῦ* imago in Christianis quoque monumentis conspicitur. V. Commentat. de gemma scalpta Christiana. Gissae 1843. Ceterum in Diogenis l. verbis: *καὶ διὰ τοῦτο πομπέα λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον* cave cum Lobeckio l. l. pro *πυλαῖον*, quippe quod alienum ab hoc loco sit, scribas *ἐμπολαῖον*; ad aliam enim Mercurii virtutem hoc epitheton spectare, et ipsa vocis origo docet et Eustathius p. 1353, 5, ubi iungitur cum *ἑρμαίων δοτήρ*. Ego *πυλαῖος* malim eodem sensu accipere quo ***ianitor*** Cerberus dicitur.]

καὶ παρορμᾶν] Idem fere Eustath. p. 1353, 39. 1522, 25.

[*ὀνείρους ἐπιπέμπειν*] De Mercurii virga somnum ciente v. Stat. P. 67 Sylv. V, 4 extr. Hinc cubitum ituros Mercurio libasse, narrat Plutarch. Quaest. Symp. VII, 9. p. 714. De virga Mercurii omnino Gyraldum conferendum censet Galeus. Aliam huius virgae virtutem tradit Mythographus Vatic. Primus I, 119. p. 43: ***qua si quem ex grossiori parte a capite tangeret, moreretur; quem vero a subtili, viveret.*** Mercurium *ὀνειροπομπὸν* exhibet gemma ap. Toelken l. c. p. 182. Plura dabit Bull. dell' inst. arch. 1835. p. 14. Ibi Mercurii signum describitur, cuius dei ad pedes exhibeatur lacerta: in cuius significatione expedienda quum videam dubitari, breviter adnotare iuvat, animalculi illius symbolum cum Somno iunctum passim reperiri, cuius de compositionis ratione et sensu adeas Welckerum Kunstmuseum zu Bonn p. 74. Iam Mercurio quoque utpote somni somniorumque auctori bestiolam illam sociari comitem, non potest amplius videri mirum. Praeterea advertas quae ex Apollodoro affert Schol. Odyss. ψ, 198: *Τῷ δὲ ὀνειροπομπὸν αὐτὸν* [Mercurium] *εἶναι, καὶ τοὺς κοιμωμένους αὐτῷ εὔχεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν, εἵλοντο ἐν τοῖς θαλάμοις ἔχειν αὐτὸν φύλακα τοῦ ὕπνου, ἐπινοῆσαί τε καὶ ἀσκῆσαι τοὺς τῶν κλινῶν πόδας εἰς τὴν τοῦ θεοῦ πρόσοψιν, ὅπως ἀλεξήτορας ἔχοντες ἰδέας, τὰ μὲν δείματα μὴ φοβοῖντο, προσδοκῷεν δὲ πλείστην ἐπαφροδισίαν διὰ τῶν ὀνειράτων*, ubi Buttmanni coniectura *ἐπενόησαν δὲ καὶ ἀσκ.* lenior videbitur medela *ἐπινοήσαντες καὶ ἀσκ.*]

[*δράκοντες*] V. supra dicta, ubi de epitheto *κήρυκος* sermo erat.]

εἰρηνοποιὸν δοκεῖ τὸ κηρύκιον] Mercurium paciferum cum ramo oleagino et caduceo exhibet gemma ap. Toelken l. l. p. 178. Cf. de vi ac potestate caducei omnino Gerhardii Hermes auf Vasenbildern p. 5 seq. In Gallico nummo, Donni regis nomine insignito, quem in medium nuper protulit Pinderus Numism. antiq. ined. P. I. p. 9. Tab. I, 5, caput alatum virilem magis quam muliebrem speciem prae se ferens, quod in aversa nummi parte exhibetur, caduceo simul humero sinistro imposito, obiter adnoto non Pacis deae signum mihi esse videri, quod editor statuit, sed Mercurii Gallici.]

ἀνὰ χεῖρας] Dicitur et *μετὰ χεῖρας*, de quo v. Obs. misc. nov. T. I, 2. p. 33, ubi hicce Cornuti locus adducitur. V. et T. X, 1. p. 210 et 211.

[*φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμέρων* etc.] V. monita ad c. 16. p. 214: *σπονδάς*.]

P. 68 *θεωρίας καὶ ζητήσεως*] Idem in Eustath. p. 1766, 15.

μαιούμεναι] Eleganter Dionysius Areop. de eccles. Hieros. T. I. p. 333, voce utens Socrati familiarissima: *αἱ τῶν λογίων ᾠδαὶ καὶ ἀναγνώσεις τοὺς ἀτελέστους μαιεύονται πρὸς ζωηφόρον υἱοθεσίαν* [ubi vide an legendum sit *νουθεσίαν*.]

τετράγωνος] Idem in libello Theolog. arithm. p. 24, ubi videtis et apud Pythagoricos eadem de caussa Herculem et Iustitiam dicta fuisse *τετράδα*. V. omnino et eundem p. 52. Macrobius Sat. I, 19. p. 241: ***Pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur, solo capite insignita et virilibus erectis.*** Martianus Capella L. II: ***Quaternarius suis partibus complet decadis ipsius potestatem, ideoque perfectus est, et habetur quadratus, ut ipse Cyllenius.*** Et L. VII: ***Hic numerus quadratus ipsi Cyllenio deputatur, quod quadratus deus solus habetur. Hinc ei sacer quartus cuiuslibet mensis dies et quarto quoque mensis die Athenienses ipsi placentam offerre consueverunt.*** Meursius in Denar. Pythag. c. 6. p. 1362: „inde querela est Mercurii apud Aristophanem Pluto:

οἴμοι πλακοῦντος τοῦν τετράδι πεπεμμένου.

Ad quem locum Scholiastes: *ἡ τετρὰς ἐνομίζετο Ἑρμοῦ, καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπετίθεντο τῷ Ἑρμῇ.*" Scilicet ut tradit Plutarchus Symp. IX, 3. [p. 738]: *Ἑρμεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ἡ τετρὰς ἀνάκειται· πολλοὶ δὲ καὶ τετράδι μηνὸς ἱσταμένου γενέσθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι.* Meursius idem Denario Pythag. locum e Nicomacho apud Photium in excerptis laudat p. 1368 et 1369, ubi *τετρὰς* dicitur *Ἑρμῆς* et *φύσις καὶ αἰόλα*, ubi legendum censet *φύσις Αἰόλου*, ***natura Aeoli***, quod probare vult e Theologum. arithmet., ubi habetur p. 24 *Αἰόλου φύσιν κατωνόμαζον τὴν τετράδα, τὸ ποικίλον ἐμφαίνοντες τῆς οἰκειότητος.* Sed in Nicomacho *φύσις αἰόλος* et in Theologum. *αἰόλον φύσιν* legendum puto †), quum *παναίολος φύσις* dicatur in In-

†) [Astius vulgatam scripturam repetiit, quum iam Graevius Lect. Hesiod. p. 594 ed. Loesner. in Nicomacho *φύσις αἰόλα* reponendum monuisset, testante et comprobante Creuzero Rerum Bacchic. Spec. I. p. 56, allata illa ipsa inscriptione, quae exstat in Boissardi Topogr. Rom. Part. IV. Tab. 118. Haud mala coniectura eandem vocem Simonidi de mulieribus 42 vindicare studet Otto Schneider Comm. de veterum in Aristophanem Scholiorum fontibus p. 48, pro *φυὴν δ' ὡς πόντος ἀλλοίην ἔχει*, ut vulgatur, reponens *φυὴν ὡς πόντος αἰόλην ἔχει*. Schneidewino enim meo non adstipulor, totum hunc versum ex vs. 11 consarcinatum opinanti.]

scriptione veteri. V. Hesych. v. *παναίολος*. [Mercurii esse *τὸ τετράγωνον* ex doctrina Pythagoreorum, affirmat Damascius quoque, cuius locum ex Commentario in Parmenidem inedito profert Creuzerus Comm. Herod. T. I. p. 343 collata eiusdem Symb. T. I. p. 579; item Rheae, qua de re v. quae c. 6 ad calcem adnotavimus. Aliam explicandi rationem ex Apollodoro affert Schol. Odyss. ψ, 198: *Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἄτλαντος, παῖς ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις τέσσαρα μέγιστα εὗρετο, γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ παλαίστραν καὶ γεωμετρίαν· ὅθεν καὶ τοὺς Ἕλληνας τετράγωνον αὐτὸν ἀσκῆσαι, καὶ οὕτως ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀναθεῖναι.* Ceterum non potest dubium esse, ea Mercurii signa, quae hermae dicantur, Cornutum hic in mente habere, de quibus praeter alios adi Lessingii Kollektan. I. p. 368 seq. Bottari Mus. Capit. I. p. 1. Boettigeri Andeutungen I. p. 45 seq. Sluiteri Lect. Andoc. p. 32 seq. In aliis Schedis Villoisonus affert Eustath. p. 1353, ubi de Mercuriali quadam statua in Ceramico posita *τετρακεφάλῳ* docte agit. Erat herma hoc titulo, Eustathio teste, inscriptus:

Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον,
πάνθ᾽ ὁράας.

Quae desiderantur ad explendum pentametrum (talem enim fuisse alterum versum suspicor), omisit Eustathius. De insolita v. *τετρακέφαλος* prosodia dictum in Auctar. Lex. Gr. p. 156, quibus *τετρακέφαλε* satis munitum videtur adversus importunam Sluiteri correctionem †) *τετρακάρηνε*, haud magis admittendam quam *κυνοκαρήνῳ* in Aristophanis quodam loco pro *κυνοκεφάλῳ*, infeliciter inventam et commendatam a Blomfieldio Review of Hermann's Photius p. 746 ed. Lips. Ceterum herma ille quatuor capita, si quid video, non habebat, sed unum quatuor faciebus instructum, pro quadrata hermarum forma quatuor versus latera spectantibus, ita ut recte deus undique prospicere posset.]

πτώσεις αὐτοῦ βάσιν εἶναι] Sic apud Suidam T. II. p. 100 Hierocles dicit: *κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους· ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ, ὅπῃ ἂν πέσωσι.* [Quae Cornutus paulo obscurius hic dixit, hunc ea sensum habere videntur: hermam, si corruerit, propter quadratam ipsius formam fundamento nunquam carere; quodque enim latus hermae basin esse.]

[*ἄχειρ*] Servius ad Aen. VIII, 138: ***unde etiam hermas vocamus quosdam stimulos in modum signorum sine manibus.*** Plura Sluiterus l. c. p. 33 seq.]

πρεσβυτέρους etc.] Plutarch. an seni gerenda sit resp. p. 797:

---

†) Eandem olim suaserat Heynius, praepropere probatam Sillígio Catal. artif. p. 437.

τῶν Ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους ἄχειρας καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργόν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν. [Quae praeterea Villoisonus hic congessit, ea omnia occupavit Sluiterus l. c., non repetenda, praeter unum Synesii locum, de prov. p. 101: *Αἰγύπτιοι διπλῆν ποιοῦσι τὴν ἰδέαν τοῦ δαίμονος* (*Ἑρμοῦ*), *νέον ἱστάντες παρὰ πρεσβύτῃ, ἀξιοῦντες, εἴπερ τις ἡμῶν μέλλει καλῶς ἐφορεύσειν, ἔννουν τε εἶναι καὶ ἄλκιμον, ὡς ἀτελὲς εἰς ὠφέλειαν θάτερον παρὰ θάτερον.*]

P. 69 [*τοὺς δὲ νεωτέρους* etc.] Apposite in rem Artemidorus Onir. II, 37: *Ἑρμῆς τετράγωνος ὁ σφηνοπώγων φιλολόγοις μόνοις συμφέρει· ὁ δὲ τετράγωνος καὶ* [fort. *ὁ*] *ἀγένειος οὐδὲν τούτοις συμφέρει.* Dignitatem sapientum ex prolixa barba pendentem irridet Theodorus Prodromus in Boissonadii Anecd. Gr. T. IV. p. 434:

Φωνεῖ δὲ, καὶ, πώγωνος ἀπείρου βάρους,
τίνα κρινεῖς ἐκεῖνον; ἔμπειρον λόγου;
τῆς ὕβρεως φεῦ τῶν σοφῶν μαθημάτων! . . .
δοκεῖ δέ μοι· σὺ τὴν φιλόσοφον χάριν
τοῖς ἀγελάρχοις προσνέμοις πλέον τράγοις,
εἰ τῷ γενείῳ τὸν λόγον περιγράφοις·
καὶ γὰρ γενειάσκουσιν εἰς βάθος τράγοι.
Ἀλλ' οὔτε τῷ πώγωνι δοῖμεν τὸν λόγον,
οὔτε τράγους τάξαιμεν ἐν φιλοσόφοις.

Cf. Zeitschr. f. d. Alterth. 1843. p. 587.]

P. 71 *κοινὸν αὐτὸν εἶναι* etc.] Seneca Epist. 92: ***Ratio vero diis hominibusque communis: haec in illis consummata est, in nobis consummabilis.*** Balbus ap. Cic. de N. D. II, 31: ***Sequitur ut eadem sit in iis, quae in genere humano, ratio, eadem veritas utrobique sit eademque lex: quae est recti praeceptio pravique depulsio.*** [Arrian. Diss. I, 3. p. 17: *δύο ταῦτα ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν ἐγκαταμέμικται, τὸ σῶμα μὲν κοινὸν πρὸς τὰ ζῶα, ὁ λόγος δὲ καὶ ἡ γνώμη κοινὸν πρὸς τοὺς θεούς.* Galeus: „Iamblichi de mysteriis prima sunt verba: *Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν ὁ Ἑρμῆς πάλαι δέδοκται — εἶναι κοινός.* Vid. Halicarn. Dionys. in *πανηγ.*"]

κοινὸν εἶναι τὸν Ἑρμῆν] Seneca Epist. 119: ***quoties aliquid inveni, non exspecto donec dicas, in commune, ipse mihi dico.*** [De *κοινῷ Ἑρμῇ*, unde *ἕρμαιον*, v. Cic. Ep. ad Att. XIII, 19. Ruhnken. ad Tim. p. 161. Dorv. ad Char. p. 629. Fischer et Wolf. ad Plat. Symp. IV, 4. Villoisonus in Varr. lect. Etymol. M. p. 330 et Heraldi Adversar. II, 1. Galeus Iamblich. de myst. p. 1 conferri iubent.]

P. 72 *τοὺς λίθους*] De hoc iaciendi lapides more, cuius vestigia apparent apud Salomonem Proverb. XXVI, 8, quique apud Indos et veteres Arabes ethnicos obtinuit, hodieque etiamnunc apud Mahumeda-

nos viget, notanda tradit Ouzelius ad Min. Fel. a p. 11 ad p. 13. Apud eundem p. 14 Vincentius Bellovacensis L. IV Speculi Historialis haec profert e Christiano, qui Arabice adversus Mahumedanos scripsit. „Duarum Indiae gentium, quae vocantur Zechiam et Albarachuma, antiqua consuetudo fuit, nudos et decalvatos magnisque ululatibus personantes simulachra daemonum circumire, angulos quoque osculari et proiicere lapides in acervum, qui quasi pro honore diis exstruebatur. Inde est quod in libro Salomonis dicitur: qui proiicit lapidem in honorem Mercurii . . . Haec ergo consuetudo cum ab Indis ad Arabes descendisset, eamque suo tempore apud Mecham in honorem Veneris Mahumed celebrari reperisset: sic illam manere praecepit, cum tamen cetera idololatriae vestigia removisset. Illud vero soli Veneri in illa celebratione dicitur exhiberi solitum, ut lapilli retro, id est, sub genitalibus membris proiicerentur, eo quod Venus maxime partibus illis dominetur. Unde id adhuc hodie fit in domo dei illicita quam vocant." Ubi vides hunc scriptorem ut et Petrum Alphonsum ab eodem Ouzelio p. 15 laudatum hoc in honorem Veneris, non Mercurii fieri affirmantem, quamvis ibidem dicat Alphonsus, duos filios Loth, Ammonem scilicet, et Moabum idolum ex albo factum lapide in aede Mercurii et comsisse et vocavisse Mercurium; sed in hoc falsos fuisse eos coniicio, quod hic iactus lapillorum non in honorem Veneris, sed die Veneris Mahumedanis usurpatus fuerit, qui dies Veneris appellatus fuit Arabice ***yaumol dgomaa***, dies congregationis, quod in hoc, quem magnis laudibus efferentes principem dierum vocant, et in quo futurum diem iudicii autumant, congregantur homines ad cultus sacros peragendos, quorum pars erat iactus ille lapillorum, cuius meminit Abulpharagius p. 30 Speciminis de Arabum moribus a Pocockio editi, quem vide et p. 315 seq. notarum. [Vide quae de hoc Arabum more enarrantur in Harlesii Opusc. p. 476. De acervis his Mercurialibus Galeus conferri iubet Drusi Prov. et Scotti Adagia sacra, quibus adde Sluiteri Lect. Andoc. p. 44 seq. Schol. Nicandr. Ther. 149: *Ἕρμακας τοὺς ἑρμαίους καὶ λιθώδεις τόπους, ἢ λίθους σεσωρευμένους εἰς τιμὴν τοῦ Ἑρμοῦ.*]

ἀφίδρυμα] Hesych. *Ἀφίδρυσμα, ἱερόν*, ubi recte emendatum *ἀφίδρυμα*: v. intpp. Suid. *Ἀφιδρύματα, τὰ τῶν θεῶν ἀγάλματα ἐκ μικρῶν μερῶν.* V. Eustathium, similia tradentem, p. 1809, 31 et Etym. in *Ἑρμαῖον* p. 375. Suid. T. I. p. 857. Hesych. in *Ἑρμαῖος λόφος.* [In Tabula rerum a Pompeio M. gestarum, quam servavit Diodorus Sic. in Exc. Vatic. p. 129, iunguntur *ἀνδριάντες καὶ τὰ λοιπὰ ἀφιδρύματα.*] P. 73

προφορικὸν λόγον] Proclus in Hes. Op. p. 31: *ὁ προφορικὸς λόγος Ἑρμῆς λέγεται, παρὰ τὸ ἑρμηνευτικὸς εἶναι.* Auctor Theolog. arithm. p. 49 de puero: *διηρθρωμένως ἔτυχε τοῦ παντὸς προφορικοῦ λόγου ἐν.*

τῇ προτέρᾳ τῶν ἐτῶν ἑβδομάδι etc. Sextus Emp. adv. logicos VIII. p. 512: dicit *πιθανὸν εἶναι λόγον εἰς τὸ μὴ ἄφρονα τυγχάνειν τὰ ἄλογα τῶν ζώων. εἰ γὰρ πάρεστιν αὐτοῖς ὁ προφορικὸς λόγος, ἀνάγκη καὶ τὸν ἐνδιάθετον αὐτοῖς παρεῖναι· δίχα γὰρ τούτου ἀνυπόστατός ἐστιν ὁ προφορικός.* Vide omnino Nemesii de natura hominis c. 14, quod inscribitur *περὶ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου καὶ τοῦ προφορικοῦ*, id est, de ratione et de oratione. Philo de vit. Mosis p. 672: *ἐν ἀνθρώπῳ ὁ μὲν λόγος ἐστὶν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός*, quod e Platone expressum. Diog. Laert. vit. Zenon. p. 399: *διαφέρει δὲ καὶ τὸ λέγειν τοῦ προφέρεσθαι· προφέρονται μὲν γὰρ αἱ φωναί, λέγεται δὲ τὰ πράγματα, ἃ δὴ καὶ λεκτὰ τυγχάνει.* [Manuel Moschop. Gramm. p. 27 ed. Titze: *καὶ ὁ ἐνδιάθετος γὰρ λογισμὸς λόγος λέγεται, καθ᾽ ὃν λογικοὶ καὶ διανοητικοὶ ἐσμέν· καὶ ὁ προφορικός.* Anonymus Leidensis in Cic. de inv. apud Suringar Hist. cr. Schol. Lat. T. I. p. 234, Victorinum secutus, ita distinguit: ***Ratio ad sententiarum gravitatem refertur: oratio vero ad ornamentum verborum.*** Plutarchus in Platonis Gorgiam editus in Spengelii Art. scriptor. p. 36 his exponit: *λόγος ἐστὶ προφορικὸς δήλωσις ἐννοίας ἀνθρώπου διὰ φωνῆς ἐνάρθρου.*]

P. 74 *μετὰ λόγου*] Augustinus de C. D. VII, 13. p. 392 dicit Mercurium ideo mercibus praeesse, ***quia inter vendentes et ementes sermo fit medius.*** [Plautus Amph. prol. init.

> ***Ut vos in vostris voltis mercimoniis***
> ***emundis vendundisque me laetum lucris***
> ***afficere . . .***

et mox ibidem:

> ***Nam vos quidem id iam scitis concessum et datum,***
> ***mihi esse ab diis aliis, nuntiis praesim et lucro.***]

ἐμπολαῖος] Aristoph. Acharn. 816: *Ἑρμ᾽ ἐμπολαῖε* [ubi Schol. interpretatur recte *ἐμπορικέ, πραγματευτικέ.* V. supra monita, ubi de cognomine *ψυχοπομπός.* De nominis significatione dubitanti omnem scrupulum eximet unus locus Aristophanis Plut. 1156.

> *ΕΡΜ. Ἀλλ᾽ ἐμπολαῖον. ΚΑΡ. Ἀλλὰ πλουτοῦμεν· τί οὖν*
> *Ἑρμῆν παλιγκάπηλον ἡμᾶς δεῖ τρέφειν;*]

κερδῷος] Hinc Arnobius adv. gentes IV. p. 132: ***Quis est enim, qui credat esse deos Lucrios?*** — De hoc cognomine v. Nonnum Gregorii Scholiastam p. 158, qui et de Mercurio agens p. 164 foede corruptus est. Nam quum sic dicit: *πάντες οἱ δαίμονες κνίσσαις χαίροντες λίχνοι εἰσί· μάλιστα δὲ κωμῳδεῖται ὁ Ἑρμῆς*, statim addit: *διὸ καὶ λέγεται κρέα λακρίων.* Legendum cum Eudocia [p. 103] hunc Nonni articulum ad verbum describente capite *περὶ τῆς δαιμόνων λιχνείας: διὸ λέγεται δειλακρίων, ὡς κρεαδίων ἐπιδεικνυμένων αὐτῷ κατερχομένῳ εἰς τὰ κρέατα.* Idem fere in Suida T. I. p. 529, ubi *δειλακρίων* in *γλίσχρων* mutantem Kusterum cave sequaris. [De Mercurio

lucri deo v. Ilgen. ad H. H. in Merc. p. 352. Creuzeri Melet. T. I. p. 34. Hermogenis personam in Platonis Cratylo Proclus Comm. in hunc dialogum p. 10 ed. Boisson. ait *κωμῳδεῖσθαι ὡς χρημάτων ἥττονα*: quibus mox haec subiiciuntur de derivando illius nomine: *τὸ δὲ ὄνομα παρὰ τὸ Ἑρμίον* [legendum *Ἑρμαῖον*] *τὸ κερδαλέον γενέσθαι αὐτῷ, ἢ μᾶλλον ὅτι ὁ Ἑρμῆς θεός ἐστιν κερδῶν ἔφορος.* Hinc ipso ***negotiatoris*** nomine Mercurius appellatur, teste Creuzero Alt-Römische Cultur am Oberrhein p. 97 seq.; item ***nundinatorem*** Mercurium inscriptiones exhibent Reinesii I, 80 et in Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumsk. I. p. 16. Cf. Iahnii Troilus und Telephus p. 79. Hinc mercatorum nomine ***Mercurialium*** collegium Beneventi, teste lapide in Romanellii Storia del regno di Napoli T. II. p. 383, in quo Helvius quidam appellatur ***nummularius Mercurialis.*** De alio ***Mercurialium*** negotiatorum collegio adeas Iaumannum de colonia Sumlocenne p. 179. Quid? A ***mercis*** voce nomen ***Mercurium*** traxisse ecquis dubitabit? Itaque Mercurius manu marsupium gestans fingitur; qua de re verbum adiicere iuvat. Unam tantummodo statuam Mercurii marsupium d. tenentis sua aetate Winckelmannus norat, quem vide Opp. T. IV. p. 86, neque memini an posthac aliae idem symbolum referentes in lucem productae sint. Sed quum illud ipsum statuae dictae marsupium pro spurio additamento habitum sit, qua de re v. Siebelis. ad Winckelm. T. VIII. p. 171, ex re nunc erit adnotare, marsupii imaginem certe a signis Mercurialibus alienam non fuisse; quod luculenter testatur sarcophagus antiquus Puteolis repertus, in quo praeter alia exhibetur, ut Palladinii †) verbis utar p. 29, „Mercurio col pegaseo alato, e 'l caduceo nella sinistra, riceve colla destra la borsa, che le presenta Giunone" etc. De Priapi d. crumenam gestantis imaguncula aenea v. Begeri Thes. Brand. T. III. p. 266. Mercurium cum marsupio complures exhibent gemmae scalptae apud Toelkenium l. c. p. 178. 180. 181. 183.]

[*τῆς δὲ λύρας εὑρετής ἐστιν*] Fuse hac de fabula Panofka in Annali dell' Inst. archeol. 1830. p. 185 seq. et intpp. ad haec Philostr. Imag. I, 10 init.: *Τῆς λύρας τὸ σόφισμα πρῶτος Ἑρμῆς πήξασθαι λέγεται κεράτοιν δυοῖν, κατὰ ζύγου καὶ χέλυος.* A testudine cognomen Mercurii fictum, quod vitiosa scriptura obscuratum adhuc latet in Alexandri Aetoli fragmento, quod primum Galeus et post alios nuperrime edidit de Gelder ad Timaeum Locrum p. 82, ubi vs. tertio, ex huius, ni fallor, infelicissima coniectura vulgatur:

δεύτερος αὖ στίλβων χελιζώου Ἑρμείαο.

---

†) Descrizione d'un sepolcreto scoperto in Pozzuoli e di alcuni altri antichi monumenti per la prima volta pubblicati da Lorenzo Palladini. Napoli 1817. 8.

Peerlkampius, quem laudat Gelderus, *χελυζώνου*, ***cithara cincti***, reponit, quod vellem per metrum liceret. Ego vero, quum in codice, Galeo teste, *χελυσσόου* esse videretur, commode legendum censeam *χελυοτόρου*, comparandum cum H. H. in Merc. 41:

ἔνθ' ἀναπηλήσας †) *γλυφάνῳ πολιοῖο σιδήρου*
αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης.

Sed vestigiis scripturae accommodatius videbitur tale quid ut *χελυοσσόου*, certe compositum a *χελυο-*, de cuius prosodia vocalis mediae consulas Orph. Arg. 434. Oppian. Hal. V, 392. Allgem. Schulzeitung 1832. p. 301.]

παραστῆσαι] Haec vox hoc sensu apud Cornutum frequens. Sic Diog. Laertius vita Chrysippi p. 478: *βουλόμενος παριστάνειν*. Origenes contra Celsum p. 229 ed. Spenceri: *παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς ἐν τῷ κόσμῳ κατασκευῆς.*

P. 75 *ἀπεμφαινόντων*] Hac voce ad Platonis Phaedon. p. 399. A sic usus est Olympiodorus ineditus ap. Wyttenbach. Animadv. in Plutarch. de S. N. V. p. 83: *καλὸν ἔφη τὸν μῦθον ὡς καὶ τὸ φαινόμενον κατὰ φύσιν ἔχοντα, καὶ οὐδὲν ἀπεμφαῖνον.* Eodem fere sensu usurpatur a Marino Vita Procli c. 33 [p. 27 ed. Boiss.], quem laudat Toupius Em. in Suid. T. II. p. 56. Scilicet Marinus haec dicit de libro, qui matris deorum theologiam explicabat: *Ὄψεται γὰρ ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν θεολογίαν τὴν περὶ τὴν θεὸν ἐξέφηνεν ἅπασαν . . . ὡς μηκέτι θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκεῖ κρυφίως λεγομένων.* Pseudo-Dionysius Areop. de caelesti hierarchia T. I. p. 15: *Τὸ μὲν γὰρ ἡμῶν τε ἀναγωγικώτερον ἔμελλεν εἶναι, καὶ τὰς ὑπερκοσμίους ἐκφαντορίας οὐ κατῆγεν εἰς τὰς ἀπεμφαινούσας ἀνομοιότητας.* Et p. 16: *Εἰ δὲ τὰς ἀπεμφαινούσας εἰκονογραφίας*, et mox *ἀπεοικὸς καὶ ἀπεμφαῖνον πλαττόμενος.* P. 17: *αἱ ἀπεμφαίνουσαι τῶν ὁμοιοτήτων*, et p. 18: *ἀπεμφαινούσας ἀνομοιότητας.* Hinc Hesychius: *Ἀπεμφαίνοντα, ἀπεοικότα*, et Lex. MS. in Dionys.

---

†) Huius verbi originem et significationem qui satis explicuerit, neminem equidem novi, neque id fieri posse arbitror, quum locus mihi quidem corruptus esse videatur. Fortasse dedit poeta *ἀναμειδήσας*, novo quidem exemplo vocem, sed analogis abunde firmatam; neque ea a codd. scriptura multum recedit. A qua si longius discedere licet, in promptu est legere, quod rei fortasse aptissimum est, *ἀνακυπώσας*, quo verbo in simili testudinis tractatione utitur Nicander Ther. 705:

τήνδ' ἀνακυπώσας, κεφαλῆς ἀπὸ θυμὸν ἀράξαι
μαυλίδι χαλκείῃ,

ubi recte Schol. *τουτέστιν ὑπτίαν ποιήσας καὶ ἀνατρέψας ἐπὶ νῶτον.* Ceterum in eandem coniecturam nunc video Schneiderum quoque incidisse, Lex. Gr. v. *ἀναπάλλω*, fortasse Nicandri sui memorem.

Areopagit. ἀπεμφαίνει, ἀπέοικεν. Eodem sensu Dionysius p. 21 ἀπᾳδούσας μορφάς.

κλέπτην] Eustath. p. 1337, 22. [Furis epitheton sine dubio repetendum a furto illo boum antiquitus tradito, unde Sophocli apud Athen. IX. p. 409. C βοόκλεψ audit Mercurius. Qui simpliciter eum furem dixerit, non novi antiquiorem Hipponacte auctorem, qui teste Tzetza in Welckeri Mus. Rhen. IV, 1. p. 22 appellavit φωρῶν ἑταῖρον.]

[δολίου] De hoc Mercurii epitheto v. Eustath. p. 1766. Aristoph. Plut. 1158. Similis significationis est aliud ibid. vs. 1155 oblatum Mercurii στροφαίου epitheton, de quo v. Schol. Hoc vero eo potissimum consilio profero, ut quod nuper Barocciano ex codice in Cantabrigiensi Museo philologico Vol. II. p. 114 secundum Theognostum allatum est στρεψαῖος ut Mercurii nomen nihili esse doceam. Quae enim ibi leguntur: Στρεψαῖος ὁ Ἑρμῆς παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει, παρὰ τὸ διεστράφθαι τὰς ὄψεις, quis non videt ad Pluti locum pertinere, illudque nihil aliud esse quam falso lectum pro CΤΡΟΦΑΙΟC, unde CΤΡЄΨΑΙΟC.]

[σοφίζεσθαι etc.] Philostratus Heroic. p. 665: Ὀδυσσεῖ . . . ἐντυχὼν ὁ Ἑρμῆς, ἤ τις τῶν παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ σοφῶν, ἐς κοινωνίαν λόγου . . . ἀφίκετο, ubi Viscontius apud Boissonadium p. 332 sapientium imagines ait ad hermarum modum exornatas respici. Immo sapiens Mercurialis intelligitur, h. e. sapiens quisque, a Mercurio institutus ideoque sermonis peritus.]

νόμιος] In Suida et Hesychio: Νόμιον, δίκαιον, ubi male Maussacus in Hes. emendat νόμιμον. [Dubitari nequit, epitheti huius sensum proprium, secundum quem de gregibus Mercurii curae demandatis †) dicitur, Cornutum deseruisse et praeter usum detorsisse, quod philosopho verborum allegorias sectanti largiendum est. In Schedis Villoisonus in Simonidis verbis ab Eustathio p. 1766, 3 allatis θύειν Νύμφαις καὶ Μαιάδος τόκῳ, οὗτοι γὰρ ἀνδρῶν αἷμα ἔχουσι ποιμαίνων obiter refert legendum esse ποιμένων.]

νόμος εἶναι προστακτικὸς ὢν etc.] Xenophon Mem. I, 2, 42: πάντες οὗτοι νόμοι εἰσίν, οὓς τὸ πλῆθος συνελθὸν καὶ δοκιμάσαν ἔγραψε, φράζον ἅ τε δεῖ ποιεῖν, καὶ ἃ μή. Plutarch. de Stoicor. repugn. p. 1037: Τὸ κατόρθωμά φασι νόμου πρόσταγμα εἶναι· τὸ δ' ἁμάρτημα, νόμου ἀπαγόρευμα. Cleanthes Hymno sub finem:

οὔτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον
οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

V. Theol. Phys. Stoic. [Cf. Petersen ad Phaedr. de nat. deor. p. 38.]

---

†) V. Pausan. II, 3. Manethon. IV, 70. Toelken l. c. p. 181. No. 883. Creuzeri Melet. T. I. p. 34. Gerhardii Hermes auf Vasenbildern p. 7. Comm. de gemma scalpta Christiana p. 10.

P. 76 [*Σέβονται δὲ αὐτὸν* etc.] De Mercurio *ἐναγωνίῳ* Galeus praeter Pindari Pyth. II et Nem. I conferri iubet Fabr. Agon. I, 18 et Falconerium ad Inscript. athlet. p. 21. Adde Syllog. inscr. p. 153. 288. 324 et hermam in Rossii Inscr. Gr. ined. T. I. p. 11. No. 29, cuius scripturam repetendam curavimus in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1837. No. 57. p. 467. Olear. et Iacobs. ad Philostr. Imag. II, 32. De Palaestra, Chorici Arcadiae regis filia, quam Mercurius amasset et compressisset, quo hic demum palaestrae et certaminum gymnasticorum praesidium nactus esset, vide Servium ad Aen. VIII, 138, fuse hanc fabulam more suo vel potius philosophorum allegorias sectantium explicantem. De Hermaeis in gymnasiis celebratis v. Heindorf. ad Plat. Lys. 3.]

Caput XVII.

P. 77 *Μάγοις*] Notanda haec Pausaniae verba IV, 32, 4: *Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους καὶ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· καί σφισι καὶ Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπείσθησαν καὶ οὐχ ἥκιστα Πλάτων.* Theodoret. Hist. Eccl. V, 36: *Μάγους δὲ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας.* [De his vide Laertii Prooem. et notas. Vossium de sectis phil. c. 1. Quod de Phrygibus ait, habes apud Diodor. Sic. et Eusebium. *Φρύγιος λόγος* tribuitur Democrito a Laertio. Damascius de Rheae physiologia laudat *Φρυγίους λόγους* — credidi Orpheum scripsisse. Vide apud Suidam eius *Θρονισμοὺς Μητρῴους* et *Κορυβαντικά.* Pertinent enim ad Phrygum *μυθοποιΐαν* sive *θεοποιΐαν*, cuius auctorem Orpheum facit Proclus. Damascius *περὶ ἀρχῶν* postquam enumerasset *μύθων Ἑλληνικῶν ὑποθέσεις* (v. Gerh. Vossium in Phurnuto), addit *πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν*, colligitque Phoenicum *μυθολογίαν* ex Mocho; Aegyptiorum ex Heraisco, Asclepiade et Eudemo; Babyloniorum, Sidoniorum, Magorum (quibus adiungit *πᾶν τὸ Ἄρειον γένος*) ex eodem Eudemo. Idem docet Chaldaeorum Phoenicum, Aegyptiorum et Orpheos Theologiam esse eandem. Confer Plutarchum *περὶ χρησμῶν*. GALEVS.]

P. 78 *ἢ οὐ μέμνησ'*] V. Origenem contra Cels. VI. p. 664, ubi Celsus hos versus laudat et allegorice interpretatur et plurima veterum theologorum aenigmata dilucidare conatur. [De fabulae traditae allegoria v. Heynii Obs. in Iliad. T. VII. p. 7.]

χρυσαῖς ἁλύσεσι] Eadem allegoria eodem prorsus modo explicatur apud Heraclid. p. 463. 464.

χρυσοφανές τι ἔχειν] Heraclides p. 464: *ἔοικε τὸ μεταίχμιον αἰθέρος τε καὶ ἀέρος χρυσῷ μάλιστα τὴν χρόαν ἐμφερὲς εἶναι.* Euripides Anaxagorae discipulus in Phaethonte solem dixit *χρυσέαν βῶλον*.

P. 79 *ἐξηρτηκέναι*] Heraclides p. 463: *Ζεὺς τοίνυν ὁ πρῶτος τὸν ἑαυτοῦ*

ἀέρα κατήρτηκε· στερεοὶ δ' ἄκμονες ὑπὸ ταῖς ἰσχάταις ἀέρος βάσεσιν, ὕδωρ τε καὶ γῆ. Cf. Eustath. p. 1003, 8. Eadem allegoria in Vita Homeri p. 326.

ὁππότε etc.] Iliad. *α*, 400. V. et vs. 503. V. Iustin. Coh. ad Graecos p. 7. [Cf. Lobeck. Aglaoph. I. p. 287 seq.]

διακόσμησιν] Eadem explicatio in Heraclid. de alleg. p. 440 seq. Hanc allegoriam eodem fere modo fusius explicat Eustath. p. 122 et 123, ubi sic habet: *οὐδὲν ἂν ἐκώλυε, τὸν αἰθέρα Δία καταστασιασθῆναι ὑπὸ τῶν λοιπῶν στοιχείων καὶ ἄνω κάτω πάντα γενέσθαι καὶ σύγχυσιν τὸ σύμπαν παθεῖν, εἰ μὴ Θέτις, τουτέστιν ἡ τοῦ παντὸς κατὰ φύσιν θέσις, μένειν αὐτὰ κατὰ χώραν ἐποίησε διὰ μέσου τοῦ ἑκατόγχειρος, τουτέστι τοῦ ἡλίου* etc.

τὸ ὑγρὸν ἐπεκράτησε] Eadem fere in Hippocrat. de diaeta c. 4, 14 seq. Heraclid. p. 444.

ἐπεκράτησε] Ocellus Lucanus [II, 4. p. 40 ed. Batt.]: *ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς οὖσαι, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐταὶ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν.* Et §. 12 p. 50: *ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα,* et infra: *ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή . . . ὅτε οὖν τὸ ἐν γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.* Sic et Antoninus IV, 1: *ὥσπερ τὸ πῦρ, ὅταν ἐπικρατῇ τῶν ἐμπιπτόντων.* Hoc Lucretius vocat *exsuperare*, *superare*, *regnare*. V, 384:

quum sol et vapor omnis
omnibus epotis humoribus exsuperarint.

Et vs. 395:

quum semel interea fuerit superantior ignis,
et semel, ut fama est, humor regnarit in arvis.

Et vs. 408:

ignis enim superare potest.

Et. v. 412:

Humor item quondam coepit superare coortus.

ἐξυδατώθη] Laertius in Zenonis vita p. 454: *ἐξυδατοῦται ὁ κόσμος.* Censorinus [de die nat. c. 18] dixit *exaquescere*. Gatak. ad Antonin. VI, 30. p. 238.

ἐξεπυρώθη] Cicero Panaetium Stoicum vertens dixit *ignescere*, de N. D. II, [46].

[*παρὰ τὸ αἴρειν* etc.] Alias nominis *Βριάρεως* etymologias vide ap. P. 80
Etym. M. p. 213. Schol. Hesiod. Theog. 148. Eustath. p. 123 seq., ubi secundum Arrianum fuse Briarei fabula tractatur: quibuscum conf. Eudoc. p. 91 et Tzetz. ad Hesiod. Theog. 149, quem Galeus conferri iubet.]

Χάος] Sic in Theologum. arithm. p. 8 de monade: *Χάος αὐτήν* P. 81

φασι τὸ παρ' Ἡσιόδῳ, πρωτόγονον, ἐξ οὗ τὰ λοιπὰ ὡς ἐκ μονάδος, ἐν ᾗ σύγχυσίς τε καὶ ἔγκρασις, ἀλαμπίᾳ τε καὶ στερήσει διαρθρώσεως καὶ διακρίσεως τῶν ἑξῆς ἁπάντων ἐπινοεῖται.

Ἡμέραν] Platonis notanda haec in Cratyl. p. 287 [p. 418. C]: οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν, οἱ δὲ νῦν ἡμέραν. Quo vel uno exemplo satis evinci potest, Graecos veteres non, ut hodie Graeco-barbaros, pronunciationem *H* et *I* confudisse.

P. 83 Γαῖ' εὐρύστερνος] Orph. Arg. 425 [ubi de ortu Terrae pariter agitur, secundum Hesiodi theologiam. Praeterea eodem epitheto usus est Mnaseas, teste Schol. Hesiodi ad h. l.]

P. 84 Ἡμέρη] Vox Ionica. Apud Hippocr. de diaeta I, 6, 12 ἡμέρη καὶ εὐφρόνη iunguntur.

κατὰ συνίζησιν] Nemesius c. 5. p. 74 [169 ed. Matth. quem vide]: Θαλῆς τὸ ὕδωρ μόνον λέγων εἶναι στοιχεῖον, πειρᾶται δεικνύειν τἄλλα τρία ὑπὸ τούτου γινόμενα. τὴν μὲν γὰρ ὑποστάθμην αὐτοῦ γῆν γίνεσθαι· †) τὸ δὲ λεπτομερέστερον ἀέρα· τοῦ δὲ ἀέρος τὸ λεπτομερέστερον πῦρ. Plutarchus Plac. phil. I, 4. p. 878: ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγεννήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων οὐρανός, πῦρ, ἀήρ. Idem ibid. c. 12. p. 883: Στωϊκοὶ δύο μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων κοῦφα, πῦρ καὶ ἀέρα· δύο δὲ βαρέα, ὕδωρ καὶ γῆν. Idem Macrobius in Somn. Scip. I, 22. p. 90 seq. Manilius I, 159.

Ultima subsedit glomerato pondere tellus.

Lucretius V, 496:

Sic igitur terrae, concreto corpore, pondus
constitit; atque omnis mundi quasi limus in imum
confluxit gravis, et subsedit funditus, ut faex.

Seneca de brevit. vitae 19: ***quid sit quod huius mundi gravissima quaeque in medio sustineat, supra levia suspendat, in summum ignem ferat, sidera vicibus suis excitet.*** [Haec omnia [a verbis Ἡ γῆ] usque ad τῆς γῆς descripsit Schol. Hesiod. Theog. Post ἀστράσιν idem recte addit κεκοσμημένον. GALEVS. Ad demonstrandam illam, quam Cornutus vel quisquis horum auctor dicit, mundi partium ultro citroque commeantium coniunctionem Villoisonus in Schedis conferri iubet Balbum apud Cic. de N. D. II, 33 et III, 12.]

ἡ δὲ θάλαττα etc.] Schol. Hesiodi Theog. p. 238: αὐτὴ μόνη (γῆ) κατὰ τὸν ἑαυτῆς ἐξοστρακισμὸν καὶ τὴν ἐκμύζησιν ταῦτα (τὴν θάλατταν καὶ τὰ ὄρη) ἀπεγέννησε.

[Χάος] Quamvis longiora, digna tamen quae describantur videntur ea, quae de tota hac fabula, cuius philosophicam rationem pul-

---

†) [Eandem sententiam amplexus est teste Schol. Hesiod. Th. 117 Zeno Stoicus, eadem voce ὑποστάθμη usus, cum reliquis Stoicis, de quibus v. Matth. ad Nemes. l. l.]

chre irridet Aristoph. Av. 692 (ubi v. intpp.), ex Orphica cummaxime disciplina mystica refert Clemens Romanus Recognit. ad gentil. X. p. 140 ed. Colon.: „Sapientiores inter gentiles initio rerum Chaos fuisse dicunt. Id per longum tempus externas partes condensans tandem sibi fecisse fines certumque fundum atque ovi immanis accepisse formam. Deinde sub illius testa vivum aliquod esse generatum, quod testa fracta, forma masculinofoeminae in lucem prodierit: nomen ei esse ***Phanes*** a splendore. Nam simulatque prodierit, lucem in rerum naturam venisse. Genuit autem Phanes substantiam, prudentiam, motum et coitum, hique fecerunt Coelum et ***Terra***. ***Coelum*** sex creavit filios, ***Titanes*** nominatos: ***Oceanum***, ***Coeum***, ***Crium***, ***Hyperionem***, ***Iapetum*** et ***Cronum***. Terra autem totidem peperit filias, appellatas ***Titanides***, ***Theiam***, ***Rheam***, ***Themidem***, ***Mnemosynen***, ***Thetidem*** et ***Heben***. Filius Coeli natu maximus filiam duxit Terrae primo natam, secundus secundam etc. et prout quisque natu maiorem aut minorem duxit, ordo eius inter deos constitutus est. Innumeri vero liberi ex his connubiis nati sunt. Unus ex Titanibus ***Saturnus*** duxerat Rheam atque oraculo monitus, unum olim ex filiis, quos cum illa sit geniturus, ipsum throno deiecturum esse, gnatos, ut mater pepererat, devoravit, primum ***Aiden***, deinde Neptunum etc." Idem mox p. 145: „Inter multos alios Graecorum de rerum originibus scripserunt Orpheus et Hesiodus, quorum scripta duplici modo possunt intelligi, vel ad litteram, vel allegorice. . . . Omnium rerum principium, inquit Orpheus, aeternum, ingenitum atque infinitum fuit ***Chaos***, quod neque clarum, nec humidum nec obscurum vocat, neque calidum aut frigidum, sed omnia in eo commixta fuisse vult unamque effecisse molem, quae informis olim, deinde saeculis praeterlapsis in immanis ovi formam sese redegerit. Id protulisse prolem duplici sexu, quae dicitur ***Masculofoemina***, omnium rerum principium primumque omnium ex subtiliori materie composita. Hanc demum effecisse elementorum disiunctionem, ex duobus ***coelum*** alterisque duobus componentem ***terram***. Hactenus Orpheus. Sed addit multo plura Hesiodus, qui Coelum et Terram statim post Chaos natos dicit et duodecim, aut undecim secundum alios, procreasse liberos, sex quidem pueros et quinque puellos. Illos vocat ***Oceanum***, ***Coeum***, ***Chrium*** [l. ***Crium***], ***Hyperionem***, ***Iapetum***, ***Cronum*** filiasque ***Thyam*** [l. ***Thiam*** vel ***Theiam***], ***Rheam***, ***Themidem***, ***Mnemosynen*** atque ***Thetidem***."]

χύσεως] Eadem etymologia in Schol. Hes. Theog. p. 237 et p. 240. Plutarchus in tractatu ***aquane an ignis sit utilior*** quosdam per Hesiodi Chaos intellexisse putat *τὸ ὕδωρ παρὰ τὴν χύσιν*.

[*Ἦν δέ ποτε* etc.] *Ἡράκλειτος πῦρ πρῶτόν φησι γεγονέναι*, Achilles in Aratum. Mundi *ἐκπύρωσιν* credidere Stoici. V. Laert. in

Heraclito. GALEVS. Cf. Stob. Ecl. phys. T. I. p. 282 ibiq. Heeren. Ceterum quae a Cornuto hic enarrantur de mutua elementorum mutatione, eorumque fluxu et refluxu, qua de re Villoisonus conferri iubet Ocellum Lucanum p. 513 ed. Galei, Stoica omnia sunt et vere Chrysippea. Cf. Beitr. zur Gr. u. R. Littg. T. I. p. 203 seq. Ipsa, qua statim utitur Cornutus, vox *ἀραίωσις* Chrysippea est: v. Beiträge l. c. p. 237.]

[*καὶ γενήσεται πάλιν ἐν περιόδῳ*] Stob. Ecl. phys. T. I. p. 414: *Κλεάνθει καὶ Χρυσίππῳ ἀρέσκει τὴν οὐσίαν μεταβάλλειν, οἷον εἰς σπέρμα, εἰς τὸ πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τούτου τοιαύτην ἀποτελεῖσθαι τὴν διακόσμησιν, οἵα πρότερον ἦν.*

P. 86 *Τάρταρα*] Eustath. p. 108, 22: *ἡ τάρταρος παρὰ Πινδάρῳ καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ οὐδετέρως, τάρταρά τ' ἱερόεντα.* Lege *ἠερόεντα*, ut in Etym. M. p. 502, 31 eadem ad verbum habente.

P. 88 *μακραίωσι*] Secundum Eustath. p. 114, 31 *μάκαρ* est *ὁ μὴ ὑποκείμενος κηρί, τουτέστι θανατηφόρῳ μοίρᾳ.* V. Etym. M. v. *μακάριος.*

οἰκητήριον] Aristoteles de mundo 2, 2: *τὸ ἀνωτάτω θεῶν οἰκητήριον οὐρανὸς ὠνόμασται.* Idem 3, 3 et 6, 3 et 4. Sic secundum Stoicos, teste in vita Zenonis Laertio p. 452: *οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον.* [Eadem metaphora *urbem* coelum Stoici ad mentem Platonis appellarunt: de quo placito adeas Eichstadii Exercit. Antonin. VI. p. 8.]

[*Ἐγέννησε δ' ἡ Γῆ* etc.] Plato in Phaedone ait *αἴτιον τοῦ κόσμου τὴν γῆν* — id autem ita verum est, quemadmodum punctum centri generat circumferentiam. GALEVS.]

[*οὐρανοῦ νῦν λεγομένου* etc.] Hoc sensu *οὐρανὸν* de aëre dixit Euripides Phoen. 219: *ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα.*]

Τοῦ Χάους δὲ etc.] Schol. Hesiod. Theog. p. 238 [p. 555 Gaisf.]: *Ἐκ Χάους δὲ τὸ ἔρεβος καὶ ἡ νὺξ γεννᾶται, δηλαδή, ὁ ἀπὸ τοῦ πρὸ τῆς διακοσμήσεως ὑγροῦ ζοφώδης καὶ σκοτεινὸς ἀήρ, ὅστις δὴ λεπτυνόμενος εἰς αἰθέρα καὶ εἰς φῶς μετέβαλεν.* [Qui manifeste Cornutum hic expilavit. Secundum physicos quoque nox *ἐκ τοῦ ὑγροῦ* orta: v. Schol. Eurip. Orest. 174. Chrysippo ea dicebatur *θεὰ πρωτίστη*, teste Phaedro de nat. deor. p. 19 ed. Petersen.]

P. 89 *τῆς συνιζήσεως*] Supra p. 173: *ἡ γῆ κατὰ συνίζησιν γέγονε.*

διαφοραὶ τῶν ὄντων] Titanes sunt secundum Orpheum in eorum hymno vs. 4:

ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν πολυμόχθων

et infra vs. 6:

ἐξ ὑμέων γὰρ πᾶσα πέλει γενεὴ κατὰ κόσμον.

Suos ergo habebant aeonas pagani, vel potius haec ab iis mutuati sunt Valentiniani. V. Wolf. ad Origen. Phil. p. 18. Tales sunt Cabbalistarum *Sephirot*, quos multa accepisse e schola Alexandrina Pla-

tonicorum ad orientalium philosophiam reformatorum, doctrinam illorum e *λόγῳ* menteve divina ceterarum rerum omnium fonte luculenter demonstrare monet Brucker T. II. p. 992: in quibus enumerantur ***cether***, corona, ut *πολυστέφανον*, ***chochma*** et ***binah***, sapientia et intelligentia ut *σοφή*, ***gebhurah*** et ***tipheret***, potentia et gloria ut *μεγιστώ*, ***iesod***, fundamentum ut *ἀστεμφῆ* etc. Sed comparationem non urgeo, ut ***adam kadmon***, *φυσώ* etc. V. Bruck. T. III. p. 296. Tales sunt certe aeones gnosticorum, quae omnia ex Alexandrinorum Pythagorico-Platonicorum fontibus hausta. Certe teste Bruckero T. II. p. 647 aeonum nomine designantur illae virtutes substantiales, quae ex deo egressae et emanantes divinam quidem naturam et essentiam habent, suo tamen modo et peculiari quadam existendi ratione a suo fonte diversam. [Quod hic *διαφοραὶ τῶν ὄντων* Titanes dicuntur, idem est ac quod universa gens Titanica appellatur *διαίρεσις τῶν ὄντων* apud Anonymum MS. *περὶ θεῶν* apud Kopp. ad Damasc. p. 63. Cf. ipsum Damascium p. 168 et 264 et passim. Pro colluvie enim materiali, ut cum Creuzero ad Plotin. de pulchr. p. XLIII loquar, usurpatur *τὸ Τιτανικὸν πλῆθος*, et sic sensu a materia ad animam translato, teste Plutarcho de esu carnium p. 996. C, quem locum Creuzerus admovet, *τὸ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον, οὐ θεῖον, ἀλλὰ δαιμονικὸν, οἱ παλαιοὶ Τιτᾶνας ὠνόμασαν, καὶ τοῦτό ἐστι κολαζομένου καὶ δίκην διδόντος.* In Procli loco T. V. p. 83 Cousin. *ἐνταῦθα γὰρ τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος καὶ ὁ γιγαντικὸς πόλεμος* vide ne rescribendum sit *τιτανικός*, nisi Gigantes et Titanes ipse confudisse putandus est, ut confudit Servius ad Virg. Georg. I, 279; quorum de discrimine in artis operibus consulendus Raoul-Rochette sur l'Atlas p. 42.]

[*Ἰαπετός*] Hanc nominis originem et allegoriam ab alio quoquam non memini traditam. A verbo *ἵπτειν* tantum non omnes derivant, sed ratione inter se discrepantes. Sensu *τοῦ βλάπτειν*, praeter alios Choeroboscus Crameri Anecd. T. II. p. 222. Unde apta, ni fallor, novissima nominis explicatio a Voelckero commendata, Mythologie des Iapetischen Geschlechts p. 319, qua Iapetus allegoria sit „des abgefallenen, unglücklichen, dem Verderben übergebenen Menschengeschlechts". Simile quiddam spectare videtur Etymologus M. p. 523, 53 *βαρύτητα* Iapetum interpretando. Contra vero de materia in altum sublata Schol. Theog. 134: *ἐπεὶ δὲ φύσιν ἔχει πάντα τὰ κοῦφα ἀφιέμενα πίπτειν ἄνω, τὸ τοιοῦτον μέρος ΙΑΠΕΤΟΝ ἐκάλεσε*, ubi vide ne pro *πίπτειν*, quod pluribus de caussis displicet, *ἵπτειν* reponendum sit. Allegoriarum in Theog. auctor p. 556 ed. Gaisf.: *Κρεῖον δὲ καὶ Ὑπερίονα καὶ Ἰαπετόν, τὸ πῦρ ἐκληπτέον, ὡς ὑπερανεστηκὸς τῶν ἄλλων βασιλικῶς ἢ δραστικῶς, καὶ ὑπεριέμενον ἢ ὑπερφερόμενον· τὸν ἄνω γὰρ τόπον εἴληχε.* Ceterum Hesiodum secutus, eosdem Titanes enumerat Apollod. I, 1, 3, ubi v. Heyn.] P. 91

P. 92 *Κοῖος*] Eudocia in *Ἠλίου γενεαλογίᾳ*: *Κοῖος, τουτέστιν ἡ ποιότης· Αἰολικῶς γὰρ κοῖος ἀντὶ τοῦ ποῖος εἴρηται.* Etym. M. p. 523, 47. [Cramer. Anecd. Gr. T. II. p. 453, 18. Galeus: „*Κοῖον καὶ Κρεῖον ὁ Ζήνων λέγει τοὺς Τιτᾶνας εἰρῆσθαι τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου. Κοῖον γὰρ λέγει τὴν ποιότητα κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ π εἰς τὸ κ* — sed et Iones vertunt *π* in *κ*, saltem in nonnullis, ut ait Corinthus de dialectis", ad quem Villoisonus conferri iubet Koenium p. 129. Hermanno Diss. de Apolline et Diana I. p. 14 nomen *Κοῖος* a *κίειν* unde *κεῖσθαι*, h. e. a conglobando, contra *Κρῖος*, quippe qui illi sua natura oppositus sit, a *κρίνειν*, secernendo, dictum esse videtur. Ceterum vide omnino Schol. Theog. p. 482 ed. Gaisf., ubi *Ἀρκεσίλαος*, ad cuius auctoritatem in explicandis Titanum fabulis provocatur, ex Etym. M. l. c. patet male vulgari pro *Ἀκουσίλαος*, quem constat in enodandis genealogiis Hesiodi in Theogonia atque etiam in *Μεγάλαις Ἠοίαις* vestigia cummaxime secutum esse. Quod quum aliis argumentis locupletissimis demonstrari potest, tum ex fragmento cognoscitur, nuper ad nostram notitiam perlato in Damascii de princ. p. 383, quo ex parte certe sua ex Hesiodo Acusilaum mutuatum esse probatur: *Ἀκουσίλαος δὲ Χάος μὲν ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχήν, ὡς πάντη ἄγνωστον, τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν* †), *Ἔρεβος μὲν τὴν ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα, ταύτην μὲν ἀντὶ ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος· ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων Αἰθέρα γενέσθαι, καὶ Ἔρωτα καὶ Μῆτιν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἄκραν Αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσην Ἔρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν μεσότητα τοῦ ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην Μῆτιν κατ' αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν. Παράγει δὲ ἐπὶ τούτοις ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἄλλων θεῶν πολὺν ἀριθμὸν κατὰ τὴν Εὐδήμου* [Peripatetici puta, cuius testimonio se uti Damascius etiam p. 382 profitetur] *ἱστορίαν.*]

P. 93 [*Θεία*] Schol. Hesiod. Th. 135: *Θείαν τὴν θεωροῦσαν τὰ πάντα δύναμιν, παρὰ τὸ θεᾶσθαι· ἢ παρὰ τὸ θέειν, ἤτοι πανταχοῦ φέρεσθαι.*]

[*Φοίβη*] V. Schol. Hes. 136 et p. 556 ed. Gaisf. Etymol. M. p. 796 in derivando Phoebi nomine: *ἢ ἀπὸ Φοίβης μάμμης νομικῶς, ὡς Ἡσίοδος*, ubi collato Etym. Gud. p. 555 legendum *μαμμωνυμικῶς*; quod ideo moneo quod Sylburgium *νομικῶς* tuentem et *τῷ τῆς φύσεως νόμῳ* interpretantem video.]

[*Μνημοσύνη*] *Τὴν ἐπίμονον διάπλασιν τῶν ζώων* Schol. Hesiod. reddit. GALEVS.]

[*ὁ προειρημένος*] Videtur spectare quae c. 7 sub finem leguntur, ubi vide.]

[*δεινότατος ὢν τῶν παίδων*] *Ἀφανιστικὸς ὢν τῶν πραγμάτων.* So-

---

†) Pro *μίαν*, nisi fallor, scribendum *πρώτην*.

phoel. *ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται.* GALEVS. Sunt Schol. Hes. p. 557.]

ἐν γενέσει ὄντα] Simili voce tempus designat Dionysius de div. nom. T. I. p. 380: *χρόνον δὲ καλεῖ* (sacra scriptura) *τὸν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ καὶ ἀλλοιώσει, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα.* Eustath. p. 203, 25 [ubi de ipso Saturno: *ἐσθίοντος τὰ ἐν γενέσει τῇ κατὰ χρόνον ἅπαντα δίχα γε τοῦ κατὰ νοῦν Διός.*] P. 95

[*ᾧ τρόπῳ* etc.] Sic Damascius ait, Orpheum *παραχαράττειν τῆς παλαιᾶς θεολογίας τὴν πάτριον ὑπόθεσιν.* GALEVS.]

[*ἐπισκεπτέον*] Galeus: „Missis iis quae de mundi origine Grotius ad *verit. Chr. rel.*, Arati interpretes, Aristoteles, Stobaeus, Chalcidius, Auctor vitae Hom. anon., Antiphanes apud Irenaeum, Aristophanes, Laertius, Plutarchus aliique tradidere, visum est quaedam ex Damascio *περὶ ἀρχῶν* (quo utimur MS. Doctoris Fell. D. Ae. Chr. Ox. viri integerrimi literatissimique beneficio) hic adiicere." Quae iam a Galeo promuntur, hic repetere noluimus, utpote nunc vulgata a Koppio p. 384 seq. Postremo cum iis, quae ibi ex Phoenicum mythologia referuntur, Galeus conferri iubet Simplicii Phys. p. 56.] P. 96

Caput XVIII.

[*Προμηθεὺς*] Ponitur Prometheus inter Deos ab Aeschylo. V. Lucianum in *Προμ. ἐν λόγοις.* GALE.]

ὑπονοητέον] Plutarchus de aud. poet. p. 19 docet allegorias olim dictas fuisse *ὑπονοίας.* Voce *ὑπονοίας* sensu allegoriae utitur Philo de mundi opificio p. 36. [Cf. Martin. Diss. de Cornuto p. 79, scite inter alia animadvertens, vocabulis *ἀλληγορία* et *ἀλληγορεῖν*, quae illo sensu recentioris demum aetatis essent, adhuc carere Cornutum; apud quem eius loco *αἰνίττειν, ὑπολαμβάνειν, ὑπονοεῖν*, alia id generis reperiuntur. Cf. Creuz. Symb. T. I. p. 69.]

πρόνοιαν] Sic Laertius Vit. Zenon. p. 197 *τὸν κόσμον διακεῖσθαι* (l. *διοικεῖσθαι*) *κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ προνοίας, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τρὶς καὶ δεκάτῳ περὶ θεῶν.* Idem Laertius p. 199 deum vocat e mente Stoicorum *προνοητικὸν κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ.*

ἄλλα ἐγένετο] Sic e Stoicorum mente dicit Cicero III, 39 de N. D.: ***Materiae universae fictricem ac moderatricem esse divinam providentiam.*** V. Lipsii Phys. Stoic. Diss. [De allegorico hoc nominis *Προμηθεὺς* sensu, quo *προμήθεια, φρόνησις* intelligitur, v. Welckeri Aeschyl. Trilog. p. 70 et Heffterum in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1836. No. 53. p. 431 seq.]

ἐκ τῆς γῆς ἔφυσαν οἱ ἄνθρωποι] Apud Censorinum de die natali Zeno Cittieus, Stoicae sectae conditor, principium humano generi ex

novo mundo constitutum putavit, primosque homines ex solo adminiculo divini ignis, id est dei providentia genitos. Quod vero dicit e terra genitos homines, hoc sic explicat Cicero de legg. I, 8, 24: *Quum de natura omni quaeritur, disputari solet . . . perpetuis cursibus, conversionibus coelestibus exstitisse quandam maturitatem serendi generis humani; quod, sparsum in terras atque satum, divino auctum sit animorum munere,* [quo loco aperte usus est Lactantius II, 11 in his: *Aiunt certis conversionibus coeli et astrorum motibus maturitatem quandam exstitisse animalium serendorum.*] Ut de N. D. I, 32: *semina deorum decidisse e coelo ad terram putamus, et sic homines patrum similes exstitisse*, ubi ad mentem Stoicorum loquutus. Quare quum providentiam in hac primitiva hominis generatione admiserint hominesque ideo a diis recentes tunc fuisse vocet, cave confundas cum Empedoclis sententia, qui, teste Nonio in *blitum*, ex terra homines natos ait ut blitum, aut Democriti, qui teste Lactantio VII, 7 homines vermiculorum modo effusos de terra, nullo auctore nullaque ratione fingit, ut Epicurus eos educit e limo et ex terra eadem, quae nunc eos ex se alit, ut Zeno Eleates apud Laertium p. 244 dicit *γένεσιν ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι*, sed adfuisse hic providentiam non adiicit. Seneca Ep. 90. Epictetus apud Arrian. Diss. I, 9. [p. 40]: *ἀπ᾽ ἐκείνου (θεοῦ) τὰ σπέρματα καταπέπτωκεν οὐκ εἰς τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν οὐδ᾽ εἰς τὸν πάππον, ἀλλ᾽ εἰς ἅπαντα μὲν τὰ ἐπὶ γῆς γεννώμενά τε καὶ φυόμενα.* Lactantius II, 10. p. 125: *Stoici animantium fabricam divinae solertiae tribuunt.* Hinc Stoici homines vocabant *γηγενεῖς*. Sextus Empir. adv. Physicos p. 555: *τῶν δὲ νεωτέρων Στωϊκῶν φασί τινες τοὺς πρώτους καὶ γηγενεῖς τῶν ἀνθρώπων κατὰ πολὺ τῶν νῦν συνέσει διαφέροντας γεγονέναι.* V. Wolf. ad Origen. p. 82. Burnet. Archaeol. Phil. p. 495. [De mortalium ortu ex terrae ignisque commistione v. Plat. Protag. p. 320. D. *Ἀνθρώπους γηγενεῖς* dixit Philostratus Imag. II, 27. p. 853.]

P. 97 *κόσμου συστάσεως*] Sic Anaxagoras Clazomenius egregie suum opus exorsus est, teste Plutarcho de plac. phil. I. 3. p. 876: *Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε.*

[*συνεῖναί ποτε τῷ Διῒ ὁ Προμηθεύς*] Haec nullum, quantum memini, fundum in fabulis Graecorum habent, quippe a philosophis, ut opinor, ficta.]

καὶ κλέψαι δέ φασι] De hoc furto v. Platon. Protag. p. 224 ed. Frcof. [p. 320 HST.], ubi narratur Epimetheus animalibus distribuisse, illi quidem robur, huic vero velocitatem, aliis dedisse arma, inermibus autem aliam quamdam salutis tuendae rationem, ut pennas, corporis molem etc. ita omnia singulis distribuisse, ut nullius animalis immemor fuisset, solum autem hominem neglexisse et inermem, nudum exposuisse. Quum autem nihil aliud superesset, quod

huic dari posset, tunc Prometheus Vulcano Minervaeque cum igne sapientiam surripuit. Pro sapientia pone formam, et pro viris mulieres, et tunc habebis primam Anacreontis odam, quam hic expressisse videtur Plato.

ἡμετέρας ἤδη συνέσεως] Heraclid. Alleg. p. 446: *Ὁ Προμηθεὺς ἀπ' οὐρανοῦ διακλέψαι τὸ πῦρ λέγεται. ἐπειδήπερ τέχνης προμήθεια τῶν ἀνθρώπων ἐπενόησε τὴν ἐκεῖθεν ἀπόῤῥοιαν αὐτοῦ.* [Dicitur Vulcano *συγγενὴς θεός*, apud Aeschylum. Tzetzes ad Hesiod. p. 12. GALE.]

[*Κατενηνέχθαι δὲ αὐτοῦ ἐμυθεύσαντο* etc.] Persequitur Noster varia huius fabulae explicandae tentamina philosophorum allegorica et physica. In antiquissima fabulae forma Prometheus ab Hesiodo fingitur Iovi ignem eripuisse, quod posthac a subsequentibus ita acceptum, ut Prometheus ignem simpliciter de coelo abstulisse, quod cum Cornuto Hyginus Graecus p. 70 ed. Boecking et Heraclides Alleg. p. 446 tradunt, aut ferulam sive facem, quarum de discrimine infra dicam, igne Solis accendisse traderetur. Quare in Hygini Astron. 15, ubi de Prometheo vulgatur ***devenit ad Iovis ignem***, malim ***Solis*** pro ***Iovis***, ut quod huius farinae scriptori magis consentaneum videatur. Mythographus Vatic. I. p. 1 ed. Maii: ***qui adhibita facula ad rotam Solis.*** Alter Mythographus p. 108, in ceteris cummaxime Hyginum secutus: ***adhibita ad radios solis facula ignem furatus est.*** Idem p. 107: ***phoebaicis*** [lege ***Phoebiacis***] ***rotis applicans faculam ignem consequitur.*** Quorum locorum primo vereor ne reponendum sit ***radium*** pro ***rotam*** et tertio ***radiis***, nisi ***rota*** et ***rotis*** Solis currum malis intelligere ignitum.]

[*ἐπεὶ οἱ κεραυνοὶ ἐκεῖθεν κατασκήπτουσι*] Hinc ipsa fulmina in donis Promethei habebantur, teste Dionysio Hal. Epit. ed. Maii p. 52 ed. Francof. Praeterea Villoisonus in Schedis confert illa Lucretii V, 1090:

Illud in his rebus tacitus ne forte requiras,
fulmen detulit in terram mortalibus ignem
primitus; inde omnis flammarum diditur ardor.]

νάρθηκα] Procl. ad Hesiod. Op. 52: *ἔστι μὲν πυρὸς ὄντως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἠπίαν ἔχων μαλακότητα εἴσω, καὶ τρέφειν τὸ πῦρ καὶ μὴ ἀποσβεννῦναι δυναμένην.* Phanias in Epigrammate quod publici iuris fecit Kuster. ad Suid. T. II. p. 319:

πυροκοίταν
νάρθηκα, κροτάφων πλάκτορα νηπιάχων.

Unde Cornutus *διὰ πληγῆς* etc. Aeschylus Prom. 109:

ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς
πηγὴν κλοπαίαν.

Tournefort Voyage dans le Levant T. I. p. 290 et 291 [Lettr. VI. T. I. p. 93 ed. Amstelod. 1708]: „La ferule des anciens croît en

abondance dans cette Isle; cette plante a conservé même son ancien nom parmi les Grecs d'aujourd'hui qui l'appellent *Nartheca*, du Grec litteral *narthex*. Elle porte une tige de cinq pieds de haut, épaisse d'environ trois pouces, noueuse, ordinairement de dix pouces en dix pouces, branchue à chaque noeud, couverte d'une écorce assez dure de deux lignes d'épaisseur: le creux de cette tige est rempli d'une moëlle blanche, qui étant bien seche prend feu tout comme la mèche: ce feu s'y conserve parfaitement bien, et ne consume que peu à peu la moëlle, sans endommager l'écorce: ce qui fait qu'on se sert de cette plante pour porter du feu d'un lieu à un autre; nos matelôts en firent provision: cet usage est de la première antiquité, et peut servir à expliquer un endroit d'Hésiode, qui parlant du feu que Promethée vola dans le ciel, dit qu'il l'emporta dans une ferule; le fondement de cette fable vient sans doute de ce que Promethée, selon Diodore de Sicile, fut l'inventeur du fusil d'acier avec lequel on tire, comme l'on dit, du feu des cailloux. Suivant les apparences Promethée se servit de moëlle de ferule au lieu de mèche et apprit aux hommes à conserver le feu dans les tiges de cette plante." Hunc usum ipse vidi: consule nostrum Diarium. [Intelligitur id Diarium, quod Villoisonus, dum iter per Graeciam faceret, diligenter conscripsit, in bibliotheca Regia Parisiensi nunc, ut constat, servatum, quod illo de usu, quibus vacat, evolvant. Ceterum nemo erit quem fugiat, quam egregie ex huius plantae proprietate vera ratio rapti a Prometheo et propagati ignis illustretur. Iam vero intelligitur quid esset quod Prometheus, quum ignem raptum et ferula conditum auferret, faculam iactasse dicebatur; per aërem enim ea perpetuo agitanda erat, ne scintilla ignis, in arundinis illius medulla tanquam fomite inclusa, exstingueretur. Hyginus Astron. 15 verbis quamvis mendosis de Prometheo: *Itaque ceteris remotis devenit ad Iovis ignem: quo diminuto et in ferulam coniecto, laetus ut volare, non currere videretur, ferulam iactans* †), *ne spiritus interclusus vaporis exstingueret in angustia lumen.* Idem paucis interiectis: *Praeterea in certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem iactantes.* Haec sine dubio primitiva huius fabulae forma: posteriore enim demum tempore in ferulae locum facula ardens cessit.]

[*Δεϑεὶς* etc.] De eius vinculis fertur scripsisse Herodotus. V. Apollodori nostram editionem. Versus quosdam Aeschyli hac de re exhibet cod. MS. Stobaei, qui nunc nec in Aeschylo, nec in Stobaeo leguntur. GALE.]

---

†) Legendum, nisi fallor, *iactavit.* Mox pro *praeterea* malim *propterea.*

ἐντρέχεια] Etym. M. p. 345, 30: *σημαίνει τὸ μετὰ δρόμου καὶ θερμῶς ἐπιπηδᾶν τῷ πράγματι.*

δυσχρηστείας] Cicero de fin. III, 21: ***incommoda autem et commoda (ita enim εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα appello).***

[ἀφρονέστερον γάρ πως etc.] De hac mulierum natura et indole P. 98
v. Voelckeri Iapetum p. 34.]

[τεχνῶν εὑρετὴς] Hypothesis ***Promethei vincti*** secunda. GALE. Conf. Voelckerum l. l. p. 380. 381 seq.]

Caput XIX.

[τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ] Hermias ad Plat. Phaedr. p. 141. Ast.: *ἐὰν οὖν ἀκούσομεν* [l. *ἀκούσωμεν*] *καὶ τὸν Ἥφαιστον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αἰτίους τῶν σχημάτων, οὐ θαυμασόμεθα· ὁ μὲν γὰρ Ἥφαιστος τοῦ ἐν τοῖς σώμασι καὶ τοῦ ἐγκοσμίου παντὸς σχήματος αἴτιος, ἡ δὲ Ἀθηνᾶ τοῦ ψυχικοῦ τε καὶ νοεροῦ.*]

[διὰ πυρὸς τὰ ἑαυτῶν ἔργα etc.] Argumentum Prom. Aeschyl. *διὰ* P. 99
πυρὸς πάσας τέχνας ἄνθρωποι εὕροντο. V. Palaephat. Frag. et Proclum in Tim. p. 63. Plutarchum in Comparat. ignis et aquae. GALE.]

καθαρὸν πῦρ] De hoc dogmate v. Theol. phys. [Socrati Platonico est *φάεος ἴστωρ*. GALE.]

τὸ δ' ἐν χρήσει] Socrates in Philebo p. 29 HST. *πῦρ ἔστι μέν που παρ' ἡμῖν, ἔστι δ' ἐν τῷ παντί.* V. Theol. Phys. [Habet Vulcanus pileum caeruleum in capite, puri et coelestis ignis symbolum, ut notat Euseb. in Praep. Vides etiam in Seguini nummo p. 85. GALE. Cf. Eudocia p. 3. Hinc ipse Vulcanus *ardens* dicitur Horatio Od. I, 4, 8 et per metonymiam pro igne ipse ponitur, teste Diodoro Sic. V, 74. Cf. Heraclid. de alleg. p. 446. Tryphonem de tropis in Boissonad. Anecd. Gr. T. III. p. 276, ubi v. editorem et praeterea Columnam ad Ennium p. 134.]

ἀπὸ τοῦ ἧφθαι] Eustath. p. 151, 31 deducit *ἀπὸ τοῦ αἴθειν τὴν ἁφήν.* V. Etym. M.

μόνης τῆς Ἥρας] V. Eustath. p. 151. lin. ult. [Hesiod. et Apollon. Rhod. GALE.]

παχεῖαν etc.] Eadem prorsus allegoria in Heraclide Alleg. p. 446.

ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι προβαίνειν etc.] Eadem prorsus allegoria P. 100
in Heraclide, quem vide p. 446. Cf. Eustath. p. 151, 32 et p. 1149, 53. Moschop. ad Hesiod. p. 28. col. 2. Plutarchus de facie in orbe lunae p. 922: *βέλτιον οἶμαι συνορᾶν ἐνίων φιλοσόφων τοὺς ἐν παιδιᾷ λέγοντας, τὸν Ἥφαιστον εἰρῆσθαι χωλόν, ὅτι τὸ πῦρ ξύλων χωρὶς ὥσπερ οἱ χωλοὶ βακτηρίας, οὐ πρόεισιν.* [Hanc rationem tangit Eusebius in Praep., ubi ait, ignis qui e coelo decidit, quoniam imbecillior est et materia indiget, claudicans dicitur. GALE.]

Ῥιφῆναι etc.] Similem allegoriam vide in Heraclide p. 446. [De fabulae sensu acute disputantem vide Heynium Obs. ad Iliad. α, 587: arsisse aliquando repente Lemnum (haec enim intelligitur, quam Noster universe *γῆν* dixit) ignibus subterraneis; cumque ea incendia et cum tempestatibus et fulguribus coniuncta fuissent, convenisse sermoni antiquo, narrari haec sic, ut Vulcanus de coelo praecipitatus esse diceretur. Addi his potest, eandem iam veterum philosophorum fuisse sententiam. Diserte Heraclides p. 447: *Λῆμνον δὲ πρῶτον οὐκ ἀλόγως ἐμύθευσε τὴν ὑποδεξαμένην τὸ θεόβλητον πῦρ· ἐνταῦθα γὰρ ἀνίενται ἐγγηγενεῖς πυρὸς αὐτόματοι φλόγες.* Cf. Buttmannum de Mosychlo monte Lemni ignivomo disserentem in Wolfii Mus. d. Alterth. I. p. 296. *Ἐν γὰρ Λήμνῳ*, ut verbis utar Schol. Sophocl. Phil. 774, *ἐργαστήριον Ἡφαίστου, ἔνθα καὶ κρατῆρες πυρός.* Cf. eundem Schol. ad vs. 973 et Musgrav. ad vs. 791. Claudian. Gigant. 85.]

P. 101 *Ἀφροδίτην τινά*] Idem fere in Eustath. p. 1197, 62.

Δεδηκέναι etc.] Aliam huiusce fabulae interpretationem allegoricam quaere apud Plutarch. de aud. poet. p. 19, ubi hasce explicationes deridet, olimque a veteribus *ὑπονοίας* dictas fuisse, sed suo tempore *ἀλληγορίας* vocari observat. Idem de Is. p. 363: *ταῦτα μὲν οὖν τοιαύτας ὑπονοίας δίδωσιν.* [De hoc verborum discrimine v. quae supra disputata sunt. Aliam rursus illius fabulae allegoriam persequitur Aristides Quintilianus de Mus. p. 105, secundum quam animam Venus, corporalem vero naturam sive substantiam Mars significet: has deinde naturas iungi et vinculis constringi ab artifice, quem Homerus appellarit Hephaestum. De sensu huius fabulae, cuius imaginem praestat gemma scalpta in Descr. des pierres gravées du cab. d'Orléans T. I. tab. 34, vide quae nuper allata sunt in Welckeri Mus. Rhen. I, 2. p. 254.]

P. 102 [*ὁ σίδηρος*] Sic Martem interpretatur Apollonius Lex. Hom. p. 155. Toll.]

[*καλὸν καὶ γενναῖον γέννημα*] Hanc allegoriam tangit Palaephatus in Fragm. item qui de Homero, edit. Steph. p. 22. GALE.]

μαιώσασθαι] V. Etym. M. in *Ἐρεχθεύς* p. 371 et Nonnum Gregor. Schol. p. 168. Pindar. Olymp. ζ, 65. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 226 et 227. Philostr. Imag. p. 853. Origen. adv. Cels. VIII. p. 791, Tatian. adv. Graec. p. 250 (32 ed. Worth.) [Eudocia p. 3: *ἐφίσταται δὲ προσκληθεὶς Ἥφαιστος καὶ πλήττει πελέκει τὴν κεφαλήν· καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον ἐξέθορε, κόρη ἔνοπλος. Ἀλληγορικῶς δὲ, ὡς ἐν ὀλίγῳ πολλὰ συνελθεῖν, Ἀθήνη ἡ φρόνησις· ἐκ Διὸς δὲ, διὰ τὸ ἐκ τοῦ νοός. Ζεὺς γὰρ καὶ ὁ νοῦς ἐκ κεφαλῆς, διὰ τὸ ἐκεῖ λογιστικόν, οὗ προβολὴ ἡ φρόνησις. Ἥφαιστος δὲ αὐτὴν ἐκφαίνει, διότι αὐτὸς μὲν εἰς πῦρ ἀλληγορεῖται, τὸ καὶ φωσφοροῦν καὶ ἐκκαῖον καὶ ἄνω φερόμενον· καὶ ἡ*

φρόνησις, φωσφόρος τέ ἐστι καὶ τὸ δραστήριον πρηστήριον ἔχει· καὶ οὐδὲν ταπεινὸν φρονεῖ, ἀλλὰ ὑποθορεῖται καὶ ἄνω φέρεται.]

[*τὸ γὰρ πῦρ* etc.] *Τὴν ἀφανῆ τῶν κεκρυμμένων λόγων δύναμιν εἰς* P. 103
φῶς ἄγων Ἀμῶν λέγεται (is autem Vulcanus est, ut ostendi ad Palaephatum) Iamblichus de myst. Schol. Iliad. *σ*, 491. *ἴδιος ὁ τεχνίτης τῶν Ἀθηνῶν Ἥφαιστος.* Fabri in officinis ferrariis *ἐπιστάτην*, ***luteum Vulcanum*** habuere. Schol. Iuvenalis et Suidas. GALE.]

ᾧ χρῶνται αἱ τέχναι] V. Balbum Stoicum apud Cic. N. D. II, 15, ubi distinguit inter ignem, ***quem usus vitae requirit***, et inter ***corporeum, vitalem et salutarem.***

Caput XX.

[*ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις*] Plato vocat *θεονόην*, ubi plura. Heinsius ab Chaldaea originem deducit. *Νηΐθ* aut *Νηΐθη* dicebatur Aegyptiis. Plato et Hesych. GALE. De hac allegorica deae significatione vide Eudociae p. 3 verba, sub finem cap. superioris adscripta et quae attulit Orellius ad Sallust. de mundo p. 110.

προνοίᾳ] Eustath. p. 83, 32: *Ἀθηνῆ ἡ φρόνησις ἢ κατὰ στέρησιν καὶ αὐτὴ τῆς θηλῆς διὰ τὸ τέλειον ἢ παρὰ τὸ ἀθρεῖν τὸ βλέπειν, ἀθρήνη τις οὖσα, ὡς τῶν μελλόντων καὶ δεόντων προβλεπτική· ἐκ Διὸς δέ, διότι ἐκ τοῦ νοός. Ζεὺς γὰρ καὶ ὁ νοῦς· ἐκ κεφαλῆς δὲ διὰ τὸ ἐκεῖ λογιστικόν, οὗ προβολὴ ἡ φρόνησις.*

Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱδρύονται ναοί] Eustath. p. 728, 14 et p. 83, 41: *ὁ δὲ παραβάτης ἐν οἷς Δία νοεῖ τὸν ἥλιον, ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι λέγει τὴν Ἀθηνᾶν ἤτοι τὴν πρόνοιαν. διό, φησί, καὶ θείᾳ μοίρᾳ Ὅμηρος ἀπεμαντεύσατο τό, τιοίμην, ὡς τίετ᾽ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων. γεννᾷ δέ, φησίν, οὐκ ἐξ ἀκροτάτου μέρους, ἀλλὰ ὅλην ἐξ ὅλου. ὅτι δὲ Ἀθηνᾶ πρόνοια λέγεται, φέρει ἐκεῖνος καὶ χρῆσιν τοιαύτην·*

ἵκετο δ᾽ ἐς Πυθὼ καὶ ἐς γλαυκῶπα προνοίην.

Scilicet *Πρόνοια Ἀθηνᾶ* Delphis colebatur. Apud Hesychium *Προναΐας Ἀθηνᾶς τέμενος ἐν Δελφοῖς*, ubi v. interpretes incertos, legendumne sit *Προναΐας* an *Προνοίας*. Sed ex hoc Eustathii loco et e versu ibidem allegato facile cuilibet patebit, in Hesychio legendum cum Cornuto *Προνοίας*. V. Kuster. ad Suid. T. III. p. 190 et 191. Macrob. Sat. I, 17. p. 233: ***ideo in insula Delo, ad confirmandam fidem fabulae, aedes Providentiae, quam*** *ναὸν Προνοίας Ἀθηνᾶς* ***appellant, apta religione celebratur.*** [Pausan. Phocicis et Herodot. *προνοίης Ἀθηναίης ἱερὸν* agnoscit, Hesych. quoque et Macrob. I. GALE. Plura de Minerva Providentia Creuzerus Zur Gemmenkunde p. 104. Hinc Philostratus ad Minervae cultum respiciens de Pluto dixit Imag. II, 27. fin. p. 853: *Ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο.*]

γενέσθαι δὲ ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς] Haec sumpta fuisse suspi-

cor e Diogene Babylonio Stoico, qui teste Cicerone de N. D. I, 15 in eo libro, qui inscribitur Minerva, partum Iovis ortumque Virginis ad physiologiam traducens, disiungit a fabula, quod passim fecit Cornutus †). Heraclides alleg. p. 435: ἔκ τε τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς γεγενῆσθαι δοκεῖ· τοῦτον γὰρ ἀπεφηνάμεθα τὸν χῶρον ἰδίως λογισμῶν εἶναι μητέρα etc. Supra p. 434: ὅλον οὖν εἴωθεν (Ὅμηρος) ὀνομάζειν τὸν ἄνθρωπον, ἐξαιρέτως ἀφ' ἑνὸς τοῦ κρατίστου τὰ λοιπὰ δηλῶν·

τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν
Αἴανθ'.

καὶ σαφέστερον ἐπὶ τοῦ Νέστορος ἵππου κυριώτατον ἀποφαίνεται τοῦτο τὸ μέρος. Lactantius de opificio dei c. 8 de capite: ***Hanc eius aulam Deus non obductam porrectamque formavit, ut in mutis animalibus, sed orbi et globo similem; quod orbis rotunditas perfectae rationis est ac figurae.*** Cicero Tusc. I, 29 de mentis sede: ***In quo igitur loco est? Credo equidem in capite, et cur credam, afferre possum.*** Chrysippus sic loquitur apud Galen. de Hippocratis et Platonis placitis III, 8. T. V. p. 130 [T. V. p. 349 ed. Kühn.]: Ἀκούω δή τινας λέγειν παραμυθουμένους πρὸς τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς μέρος. τὸ γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν, μῆτιν οὖσαν καὶ οἷον φρόνησιν, ἐκ τῆς κεφαλῆς γενέσθαι τοῦ Διὸς σύμβολόν φασιν εἶναι τοῦ ταύτῃ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἄλλως ἂν ἐν τῇ κεφαλῇ γενέσθαι μῆτιν καὶ φρόνησιν, εἰ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ταύτῃ ἐστί· πιθανοῦ μέν τινος ἐχόμενοι, διαμαρτάνοντες δ', ὡς ἐμοὶ φαίνεται, καὶ ἀγνοοῦντες τὰ περὶ τούτων ἱστορούμενα etc. Vide autem Galenum in toto hoc opere ac praesertim in tertio libro, ubi disputat adversus Chrysippum, qui utpote Stoicus animae principatum in corde collocabat. [Totum illum locum longiorem exscripsit et illustravit Baguetus Diss. de Chrysippo p. 196 seq.] Hinc emendandus mihi videtur Galenus ibid. VI, 8. p. 198 [p. 564]: Φασὶ γὰρ (ἔνιοι τῶν ἐνδόξων ἰατρῶν), ὥσπερ ὁδοῦ τις ἀρχὴ λέγεται, κατὰ τὸν αὐτὸν ἐγχωρεῖν τρόπον εἶναί τινα καὶ φλεβῶν ἀρχὴν, οὐδὲν κωλῦον, εἰ καὶ τελευτὴν ὀνομάζει τις αὐτήν· ἐν γὰρ τῷ πρός τι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν εἶναι τὰς Ἀθήνας, ubi fortasse legendum τὴν Ἀθηνᾶν, Minervam, deam prudentiae, cuius, ut animae principatum in corde collocabant Stoici. Manilius IV, 929:

Sic animi sedes tenui sub corde locata
per totum angusto regnat de limite corpus.

[Plutarch. de Iside. Hymn. Hom. Pindari, de Diagora Rhodio κορυφαγενοῦς Ἀθηνᾶς triangulum aequilat. esse volunt Pythagorici ††). GALEVS. De Stoicorum eorum, qui animi principatum in capite ponerent, sententia conf. Petersen ad Phaedr. de Nat. Deor. p. 43,

---

†) [V. Villoisoni Prolegomena.]
††) [V. Damascium MS. in Creuzeri Comm. Herod. T. I. p. 343.]

illos ante Chrysippum vixisse statuentem, quod redarguunt ipsa Cornuti verba καθάπερ καὶ ἕτεροι τῶν μετὰ ταῦτα ἔδοξαν, quos idem antiquis, quippe qui ante Chrysippum docuissent, opponit. Ceterum Cornutum sua ex Diogene Babylonio hausisse, egregie Villoisonus suspicatus est, ut nunc testatur Phaedrus ille de natura deorum vel quicunque huius libri auctor fuit, ex papyris Herculanensibus luci restitutus, qui ex Diogenis illo de Minerva libro haec excerpsit p. 21 ed. Petersen: τοῦτο γὰρ λέγεσθαι τὸ „ἐκ τῆς κεφαλῆς" καὶ „Ζεὺς ἄῤῥην καὶ θῆλυς". Τινὰς δὲ τῶν Στωϊκῶν φάσκειν, ὅτε τὸ ἡγεμονικὸν ἐν τῇ κεφαλῇ, φρόνησιν ταύτην εἶναι, διὸ καὶ Μῆτιν καλεῖσθαι· Χρύσιππον δ' ἐν τῷ στήθει τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι κἀκεῖ τὴν φωνὴν ἂν γεγονέναι, φρόνησιν οὖσαν etc. De hoc Diogene, Chrysippi discipulo, Panaetii magistro cf. Lyndenus Disp. de Panaetio Rhodio p. 16 et 31 seq. Petersen ad Phaedr. p. 41. Idem est cuius meminit Scymnus Chius 20, ubi Apollodorus historicus eius institutione usus dicitur. — De ipsis natalibus Minervae quaedam allata sunt ad cap. praecedens sub finem. Ipsius geniturae ex Iovis capite varias imagines praestant vasa picta in Bull. dell' inst. arch. 1839. p. 70. 73. Gerhard Auserl. Griech. Vasenbilder T. I. p. 203. Adde eiusd. Etruskische Spiegel Tab. LXVI.]

τοῦ δὲ κόσμου ὁ αἰθήρ, ὅπου τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ ἐστί] Eustath. p. 40, 30: Ἀθηνᾶν δὲ εἰς φρόνησιν, ἢ γῆν, ἢ αἰθέρα, et p. 123, 17: Ἀθηνᾶν δὲ τὸ αἰθέριον πῦρ, et p. 124, 13: αἰθέρος . . . νοηθείσης τῆς Ἀθηνᾶς, προσεθεώρησάν τινες ἀκολούθως καὶ ταῦτα· κορυφῆς μὲν αὐτὴν ἐκγενέσθαι Διὸς διὰ τὸ δοκεῖν αἰθέρα τὸν ὑψηλότατον εἶναι ἀέρα. Plutarch. de plac. phil. I, 7 de Stoicis: τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. Varro in libris de Diis apud Augustin. de civ. dei VII, 23 aethera constituit animam mundi. Macrobius Sat. I, 7. p. 235: *Porphyrius testatur Minervam esse virtutem solis, quae humanis mentibus prudentiam subministrat; nam ideo haec dea Iovis capite prognata memoratur, id est, de summa aetheris parte edita, unde origo solis est.* Eusebius Praep. evang. III, 9. p. 102: ἐπιφέρει (Ὀρφεὺς) τὸν νοῦν τοῦ Διὸς λέγων εἶναι τὸν αἰθέρα καὶ ἄλλο κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς (fortasse ἢ κατὰ τοὺς Στ.) τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν οὐσίαν, τὸ ἡγεμονικὸν φάσκοντας εἶναι τοῦ κόσμου· καὶ τὸν θεὸν εἶναι σῶμα, καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν, οὐδέτερον τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως. Κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ οἶμαι καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν εἰρῆσθαι·

νοῦς δ' ἀψευδὴς βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθήρ,
ᾧ δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται.

Et III, 10. p. 105: ὁ δὲ κεφαλὴν τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τούτῳ φήσας, καὶ νοῦν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, μέλη τε αὐτοῦ καὶ σῶμα τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, οὔτε δημιουργὸν, οὔτε θεὸν ἁλίσκεται εἰδώς· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν δημιουργοίη, οὐδ' ἂν ἔτι νοῦς λέγεσθαι δύναιτο, οὗ νοῦς

ην ὁ αἰθήρ. Ποῖος δὲ καὶ εἴη ὁ θεός, οὐ μέρη, γῆ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ὄρη, ὄγκοι σωμάτων ἄλογοι; . . . εἰ δὲ καὶ ὁ νοῦς τοῦ Διὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦ δηλωθέντος αἰθέρος ἦν, αἰθὴρ δὲ ἀήρ ἐστι ὁ ὑψηλότατος καὶ πυρώδης, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ὅπερ ἐστὶ καίεσθαι, ταύτην, ὥς φασιν (v. Cornut. p. 140), εἰληχὼς τὴν ἐπωνυμίαν. Secundum Diog. Laert. p. 197 Cleanthes solem habuit pro principatu et anima mundi, dum contra Antipater Tyrius et Chrysippus apud eundem Laertium hunc honorem aetheri tribuunt. De quo Zenonis et Cleanthis dissensu Cicero Acad. Quaest. II, 41. Hanc quidem Cleanthis sententiam secutos esse Iulium Firmicum Mathes. L. I et Plinium II, 6, quorum ille solem mentem mundi atque temperiem, ducem omnium principemque, hic mundi totius animam, ac planius mentem, et principale naturae regimen ac numen vocat, ostendit Lipsius Physiol. Stoic. II, 13. p. 199. Cuius Stoicorum dissensus non satis meminisse videtur Bruckerus T. I. p. 942, ubi ait falli Lipsium, qui hoc Plinium Stoice dixisse scripserit. Idem ibidem Bruckerus immerito contendit, Stoicos germanos solem non primam omnium rerum causam, quae omnia fecerit, sed principem inter deos factos constituisse. Nam, inquit, supremus deus in extremitate mundi coelive est, quem locum soli Stoici non assignabant. Sed non observavit Bruckerus, Cleanthem, germanum et maiorum gentium Stoicum, quum soli, non autem aetheri principatum tribueret, solem habuisse pro prima rerum omnium causa, quae aliis aether erat. V. Theol. phys.

P. 104 [κατὰ τὸν Εὐριπίδην] Cum Euripideis his Villoisonus in Schedis confert illa apud Stobaeum Ecl. phys. c. 3:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν

et Enniana

Aspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Iovem,

iam inter se collata a Valcken. Diatr. p. 48.]

Ἀμήτωρ] Habes apud Auctorem Theolog. arithm. p. 54 [p. 53 ed. Ast.]: Ὅτι Ἀθηνᾶν καὶ Καιρὸν καὶ Τύχην τὴν ἑπτάδα ἐπωνόμαζον· Ἀθηνᾶν μέν, ὅτι παραπλησίως τῇ μυθευομένῃ παρθένος τις καὶ ἄζυξ ὑπάρχει, οὔτε ἐκ μητρὸς γεννηθεῖσα, ὅ ἐστιν ἀρτίου ἀριθμοῦ, οὔτε ἐκ πατρός, ὅ ἐστι περισσοῦ· πλὴν ἀπὸ κορυφῆς τοῦ πάντων πατρός, ὅπερ ἂν εἴη ἀπὸ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ κεφαλῆς, μονάδος. [Pollux Iul. *Μουνογενής* Orph. *Unigena* Catull. Sane nec Homerus nec Hesiodus ei matrem tribuunt. Coryphasia sive Hippia alia est. GALEVS. De Minervae epitheto ἀμήτωρ cf. Creuzeri Symb. T. II. p. 762. Adde Etym. MS. in Zeitschr. f. d. Alterth. 1840. p. 1190.]

[Τὴν Μῆτιν οὖν καταπιὼν ὁ Ζεὺς] Hesiod. Theog. [889, ubi v. in primis Goettlingium.] Galenus III de Hippocr. et Platon. decretis

[T. V. p. 349 et 353 ed. Kühn. ἀλλ' ὅτι καταπιὼν τὴν Μῆτιν ὁ Ζεύς, καὶ ὥσπερ ἐγκύμων ἐξ αὐτῆς γενόμενος, τὴν γεννηθεῖσαν ἐν αὐτῷ κόρην ἀπεκύησε διὰ τῆς κεφαλῆς.] Schol. Hesiod. p. 162. 3. GALEVS. Adde Tatianum adv. Graecos 42. p. 91 ed. Worthii.]

Ἀθρηνᾶν] Heraclides Alleg. p. 435: Σχεδὸν γὰρ ἡ θεὸς οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ συνέσεως ἐπώνυμός ἐστιν, ἀθρηνᾶ τις οὖσα, καὶ πάντα τοῖς λεπτοτάτοις ὄμμασι τῶν λογισμῶν διαθροῦσα. Idem Eustath. p. 83, 33. Etym. M. p. 24, 44: Ἀθηνᾶ οἱονεὶ ἀθρηνᾶ τις οὖσα, παρὰ τὸ τὸν νοῦν ἀθρεῖν.

[ἥκιστα θηλύτητος καὶ ἐκλύσεως μετέχειν] Haec quoque Stoicorum ex sententia. Certe huc spectare videntur Diogenis Babylonii apud Phaedrum de nat. deor. p. 21 verba: καὶ Ἀθηνᾶν μὲν οἷον Ἀθήνην ἂν εἰρῆσθαι, ad quae v. editorem. Auctor. Theolog. arithm. p. 54 (53 Ast.): καί ἐστιν οἷον Ἀθηνᾶ ἀθήλυντός τις, θῆλυ δὲ ὁ εὐδιαίρετος ἀριθμός.]

[Ἀθηναία] De huius nominis usu Attico v. Syllog. inscr. p. 45 et 572, quibus adde Scho'. Sophocl. Aiac. p. 146 ed. Erfurdt. Seriore aetate Ἀθηναίας nomen etiam ad mortales feminas translatum esse nunc satis constat; item Ἀθηνᾶ quoque. Sic enim interpretor quod in basi Athenis eruta litteris Romanam aetatem prae se ferentibus inscriptum legitur ΑΘΗΝΑΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ, in Schornii Kunstblatt 1836. No. 84. p. 347. Δημοκρατία enim cognomen est, haud inusitatum. Praeterea de nomine deae adiicio, eandem formam Ἀθηναία etiam apud Dorienses usu receptam fuisse, teste monumento satis antiquo inscripto ΑΘΑΝΑΙΑ ΔΕΚΑΤΑΝ: de quo v. Raoul-Rochette Lettre à M. Müller sur une statue votive en bronze.]

παρθενία] Heraclides p. 435: διὸ δὴ καὶ παρθένον αὐτὴν ἐτήρησαν, ἄφθορον γὰρ ἀεὶ τὸ φρόνημα, οὐδεμιᾷ κηλῖδι μιανθῆναι δυνάμενον.

[Καθωπλισμένη] Hymnus Orphei, Pindarus et Hom. ἐγείνατο μητιέτα Ζεὺς Σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς πολεμήϊα τεύχε' ἔχουσαν. GALEVS. Sallust. de mundo c. 6.]

[τὸ ἔπανδρον καὶ γοργωπὸν etc.] Philostratus iun. Imag. 8 p. 873 P. 106
de Minerva: πανοπλίαν ἀμπεχομένη, καὶ γλαυκὸν ὑπὸ τῆς κόρυθος ὁρῶσα, ξὺν ἀῤῥενωπῷ τε τῷ ἤθει τὴν παρειὰν ἐπιφοινίττουσα, ubi v. Iacobs. Hinc ipsa γλαυκῶπις, uti constat, et adeo Gorgo dicta: v. Creuzerum Symb. T. II. p. 708 seq., varias illorum epithetorum rationes copiose perlustrantem. Cf. Voelckeri Mythische Geographie T. I. p. 24 seq. Hinc Gorgonis caput in numo Atheniensium, de quo vide Heerenii Bibl. f. alte Litt. und Kunst 9. p. 47 seq. Peculiarem de Minervae cognomento γλαυκῶπις commentationem Bonnae 1831 Lucas edidisse fertur.]

[λέοντες] Philostrat. Heroic. p. 718: βλέποντός τε χαροποῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπὸ τὴν κόρυν, οἷον οἱ λέοντες ἐν ἀναβολῇ τοῦ ὁρμῆσαι, ubi v. Boissonad.]

αἰθέρα γλαῦκον] Sic Diodor. Sic. I. p. 16 Wess. eam *γλαυκῶπιν* dictam putat *ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον*, ubi v. Wessel., qui hunc Cornuti locum adducit.

οὐχ ἑτέρα οὖσα] Eadem fere ratio apud Eustath. p. 602, 32 et p. 87, 22 et 39 seq. [*Ἶσον ἔχουσαν πατρὶ μένος καὶ ἐπίφρονα βουλήν*, Hesiodus. GALE.]

[*κατὰ μέσον τῆς θεᾶς τὸ στῆθος ἔξω προβεβληκυῖα*] Sept. Severi numus apud Seguinum p. 140. Virgilius:

ipsamque in pectore divae
Gorgona, dissecto vertentem lumina collo.

GALEVS.]

P. 107 *Οἱ δὲ δράκοντες*] Eustath. p. 1399, 63: *γλαυκῶπες δράκοντες*. [Draconum oculi *πυροειδεῖς καὶ φλογώδεις* audiunt Nicephoro in Maii Coll. nov. Vat. T. II. p. 619. Hesiodus Scut. 144:

ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος οὔτι φατειός,
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.

Γλαῦκος vero primitiva significatione idem ac *λαμπρὸς* vel, ut cum Etymologo M. loquar, *ὁ ἔχων πυρώδη τὰ ὄμματα*: de qua vide quae retulit Fuhrius in censura Quaestionum lexilogicarum a Carolo Lucas Bonnae editarum, in Iahnii Jahrb. 1837. XX, 4. p. 410. Quicum consentit vocis *γλαὺξ* notatio apud Etymol. M. p. 233, 17 *παρὰ τὸ γλαύσσω*; ibidemque auctore Demonico affertur, *ὅτι γλαὺξ πολὺ πυρῶδες καὶ θερμὸν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει*, et mox *τὸ πυρῶδες τῶν ὄφεων*. Dracones autem Cornutus quum narrat Minervae sacros fuisse, non potuit non cogitare de serpente illo Minervae Poliadis tanquam custode Athenis in arce nutrito, de quo v. Creuzer. T. II. p. 727; cuius signum adeo in artis monumentis deae adiectum conspicimus. Cf. Visconti Descr. des antiques du Musée Royal à Paris, ed. 1817. p. 55. Boettiger Zum neuen Jahr 1803. p. 20. Toelken Verzeichniss d. geschnittenen Steine d. Königl. Samml. zu Berlin p. 122. 123. 124. Raoul-Rochette Lettre sur une statue de héros Attique p. 12 seq., ubi praeter alia serpentis illius signo Erichthonium exhiberi demonstratur.]

[*φυλακτικόν τι ἔχει καὶ ἄγρυπνον*] Dracones thesaurorum a veteribus passim perhibentur esse custodes. V. Philostrat. Imag. II, 17. p. 837, ubi etiam dracones duo *ἀΰπνω* memorantur. Galeus: „Hesychius scribit *οἰκουρὸν ὄφιν* esse *τῆς Πολιάδος φύλακα δράκοντα*. Vide Severin. de vipera p. 48. Schol. Hom. *β* in Boeot. v. 228."]

P. 108 *τὸ τρεῖν*] V. Etym. M. p. 767, 56. Eustath. p. 404, 25. Suid. in *Τριτογένεια* [qui Photium expilavit v. *τριτογενής*.] Plutarchus de Iside docet Pythagoricos *τὸ ἰσόπλευρον τρίγωνον* vocavisse *Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ Τριτογένειαν*. [*Φίλοιστρε κακοῖς*, Orpheus. GALEVS Varias veterum de Minerva *Τριτογένεια* vel Tritonide (sic appellatur

Catullo Epithal. 396) sententias habes expositas in Ephem. Litt. Ien. 1803. No. 140. p. 377 et a Creuzero T. II. p. 650 seq. Hesiodus, teste Chrysippo apud Galen. l. c. de Minerva:

τὴν μὲν ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
πὰρ κορυφὴν Τρίτωνος ἐπ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο.

Eorum ab sententia, qui epitheton deae a palude illa ductum referrent, Santram quoque stetisse, docemur nunc ex Scholiis veteribus in Virgilium a Maio editis, ubi p. 29 ad Aen. II, 170 haec leguntur: ***Tritonia . . . alii in Libya esse confirmant. Quidam etiam paludem interpretantur, ut Santra Antiquitatum libris . . .** θρεῖν **sit** φοβεῖσθαι, **et Minerva hominibus in proeliis metum iniiciat.*** Extremis his verbis vides eandem nominis etymologiam, quam Cornutus dedit, exhiberi, modo pro *θρεῖν*, ut male vulgatum, *τρεῖν* corrigas. Praeterea *paludem* mutando in ***Palladem*** vel ***Pallorem*** frustra tentavit Lerschius Zeitschr. f. d. Alterth. 1839. p. 102.]

[*ἦρε γὰρ πόλεμον*] Hesiod. Theog. 296:

πότνιαν, ᾗ κέλαδοί τε ἅδον πόλεμοί τε μάχαι τε.]

τὰ τρία γένη τῶν σκεμμάτων etc.] Sic idem de Musis cap. 14. p. 157. [*ἢ διὰ τὸ τρία γένη σκεμμάτων εἶναι, δι' ὧν ὁ κατὰ φιλοσοφίαν λόγος συμπληροῦται*, ubi vide adnotata.] Eustathius p. 504, 28: *ἢ ὡς τρία γεννῶσα καλά τινα τὰ ἐκεῖσε κατὰ τοὺς παλαιοὺς δηλούμενα*; quod hisce eiusdem Eustathii verbis dilucidatur p. 696, 34: *Τριτογένεια δὲ ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις, ἐπεὶ κατὰ Δημόκριτον τρία γίνεται ταῦτα ἐξ αὐτῆς, τὸ εὖ λογίζεσθαι, τὸ λέγειν καλῶς τὸ νοηθέν, καὶ τὸ ὀρθῶς πράττειν αὐτό· τελείας γὰρ ὄντως φρονήσεως τὸ νοῆσαι, τὸ εἰπεῖν, τὸ ποιῆσαι, καὶ πάντα καλῶς.* Locus Democriti a Tzetza ad Lycophr. ad partes vocatus legitur apud Diog. Laert. in Democriti vita p. 574. V. Menag. p. 413. De illa Stoicorum divisione Plutarchus de plac. phil. I prooem. p. 874. [Diogenes Babylonius apud Phaedrum de nat. deor. p. 21: *Τριτωνίδα δὲ καὶ Τριτογένειαν διὰ τὸ τὴν φρόνησιν ἐκ τριῶν συνεστηκέναι λόγων, τῶν φυσικῶν καὶ τῶν ἠθικῶν καὶ τῶν λογικῶν*, ubi v. editorem.]

κατὰ τὴν ἀρχαίαν] Sic apud Philostratum Heroic. p. 719 Hercules Aiacem Telamonium adhuc puerum tollens *ἄτρωτον ᾔτει γενέσθαι κατὰ τὴν δορὰν τοῦ λέοντος*, quod male Olearius vertit, ***qua parte leonis pelle tegeretur.*** Redde: ***sicut pellis leonis.*** Apud Pindarum Isthm. VI, 67 [V, 47] idem memoratur; Hercules Iovem precatur, ut Aiacem reddat *ἄῤῥηκτον φυάν, ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται θηρός.*

Πολιάς] Aristophan. Av. 329. Etymol. M. p. 386, 5. [Galeus P. 110
conferri iubet Schol. Odyss. γ, 34. De Poliade Minerva nihil hic, quoniam fere omnia ab aliis occupata video, addiderim nisi quod huc inprimis pertinet, illo nomine Minervam Athenis non solum, sed etiam

in extraneis civitatibus et praesertim in iis, quibuscum aliquod commercium interesset, cultam esse, ita ut pro generaliore haberi recte possit. V. Mülleri Aegin. p. 69. Eo igitur nomine Prienenses coluerunt: v. Choiseul Gouffier Voyage dans la Grèce T. I. p. 183. Ad Sirin quoque Italiae civitatem eius cultus translatus fuit e Graecia. V. Romanellium Storia del regno di Napoli T. I. p. 252. His fortasse etiam Rhodus addenda, siquidem Philostrato Imag. II, 27 teste ibi ea in acropoli colebatur. Villoisonus confert haec Philostrati Vit. Apoll. III, 3: *τὰ δὲ ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ἕλλησι, τό τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου καὶ τοῦ Διονύσου, καὶ τό τε Ἀμυκλαίου, καὶ ὁπόσα ἀρχαῖα, ταῦτα ἱδρύεσθαί τε τοὺς Ἰνδοὺς καὶ νομίζειν Ἑλληνικοῖς ἤθεσι.*]

ὁ Ζεὺς πολιεύς] Etym. M. p. 275, 1.

[*Ἵδρυνται δὲ αὐτὴν ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι*] V. Philostratum Imag. II, 27 et, quem laudat Villoisonus, Petitum Misc. Obs. III, 20. p. 196.]

P. 111 *Νίκη προσαγορεύεται*] Eustath. p. 879, 64. 1244, 26. Suidas, qui Harpocrationem describit, in *Νίκη Ἀθηνᾶ*, et ad eum Kuster. Etym. M. p. 605, 50. [De Minervae *Νίκης* vel *νικηφόρου* nomine Athenis in arce celebratae templo notissimo et cultu v. Brunck. et Erfurdt ad Soph. Phil. 134. Mémoires de l'acad. des inscr. T. XLVIII. p. 352. Heinrich. ad Hesiod. Scut. 338. *Νικηφόρου* nomine Minerva etiam Pergami culta, ubi adeo lucus ei sacer hinc appellatur *ἄλσος Νικηφόριον*. V. Cavedonium in Annali dell' Inst. archeol. 1835. T. VI. p. 273. In philosophica epitheti ratione exponenda a Cornuto discedit Proclus ad Plat. Cratyl. p. 119 ed. Boisson. ***Invicta*** appellatur Minerva in lapide Murator. Nov. thes. inscr. Cl. XV. p. 1094, non sine *νοθείας* suspicione edito, assentiente Romanellio Storia del regno di Napoli T. I. p. 115, qui omnino spurium esse censet.]

ἧς μάλιστα θύουσιν αὐτῇ] Arnob. adv. gent. VII. p. 227: ***Minervae virgini virgo caeditur vitula, nullis unquam stimulis, nullius operis exercitata conatu.*** [De vaccis Minervae immolatis v. quae congessit Gerhardius Rapporto Volcente p. 134.]

P. 112 *Τοὺς δ' αὐλοὺς εὑρεῖν*] Hinc Eustath. p. 1139, 54: *διὸ καὶ σάλπιγξ Ἀθηνᾶ παρὰ Ἀργείοις τιμᾶται καὶ κεῖται παρὰ Λυκόφρονι* [915 et 986] *τὸ ἐπίθετον.* Apud Hesych. *Ἀθηνᾶ, εἶδος αὐλοῦ.* [*Νέβρεια δι' ὀστέα τετρήνοντο ἔργον Ἀθηναίης*, Callimach. H. in Dian. Sed de hac re diximus ad Palaephatum. Aristoteles, Ovidius et Claudianus idem testantur. Orpheus vocat eam *φιλότεχνον — ἀγλαὰ ἔργα ἀνθρώπους ἐδίδαξεν ἐπὶ χθονός.* GALE. Cf. Boeckh. Expl. ad Pindar. Pyth. XII, 18.]

[*τῆς ταλασιουργίας*] Haec ad Minervam *Ἐργάνην* dictam referas, de qua v. Creuzer. T. II. p. 748.]

[*ῥίψαι δέ*] Nempe quod buccis inflatis foeda visa esset. V.

Olear. ad Philostrati Epist. 55. p. 941. Eudoc. Viol. p. 5. V. Gemmam scalptam in Toelkenii Catalogo laudato p. 126. A caussa, quam Cornutus indicavit, non multum discedit Aristides Quintil. de mus. II. p. 109, qui tibias Minervam narrat abiecisse, quod minime convenientem voluptatem sapientiae studiosis afferrent, ideoque sapientibus maxime fugiendae essent. Nec tamen a fingenda Minerva, quae tibiis caneret, veteres artifices prorsus abstinuerunt. V. Annali dell' Inst. archeol. 1829. p. 295.]

[*μέλους*] De tibiarum cantu usurparunt Pausanias quoque X, 30, 5 et Philostrat. Imag. I, 21.]

[*Ἡ δ' ἐλαία* etc.] Schol. Iliad. *β*, 156 Minervae sacram ait oleam, *ὡς καθαρωτάτης οὔσης οὐσίας· φωτὸς γὰρ ὕλη ἡ ἐλαία.* De sacris Minervae oleis Athenis in acropoli omnia occuparunt C. O. Muellerus de Min. Pol. p. 30. Schneider ad Theophrast. T. V. p. 425 et Broendsted Mém. sur les vases Panath. p. 13 seq. Adde Dionys. Hal. ed. Maii p. 31 ed. Francof.]

διά τε τὸ θάλλειν] Non possum mihi temperare quin hic aliquem Eustathii locum emendem. Scilicet in Odyss. *ψ*, 190. p. 1944, 4 ed. Rom. et p. 810, 4 ed. Bas., ubi Ulysses loquitur de oleagineo ligno, quod suo lecto conficiendo adaptaverat, haec annotat Eustathius: *ἐθέλει δὲ συμβολικῶς Ὀδυσσεὺς διὰ τοῦ τοιούτου τηλεθόωντος καὶ λιπαροῦ φυτοῦ εὐχὴν ἔχειν, θαλέθειν κατὰ τὸν βίον καὶ εἰς γῆρας ἐλθεῖν λιπαρόν· ἄλλως γὰρ εἶχεν ὁ ποιητὴς ἑτέραν τινὰ κατασκευὴν κλίνης πλάσασθαι, εἰ μὴ τοιαῦτά τινα ᾐνίττετο. Ἔοικε δὲ καὶ ἵμερος εἶναι ἡ τοιαύτη ἐλαία ἐντὸς οὖσα οἴκου· καὶ ἦν καὶ αὐτὸ σύμβολον τῆς κατὰ τὸν βίον εὐνοίας.* Pro *εὐνοίας* repone *εὐροίας*. Plutarch. Pericl. p. 164. A: *εὔροιαν τῶν πραγμάτων.* Idem in Paulo Aem. p. 274. D et ibid. C adversam fortunam vocaverat *μεταβολὴν καὶ παλίῤῥοιαν.* Dixit Laertius Vit. Zenon. p. 418 *εὔροιαν βίου.* Huiusce vocis exempla e Sexto Emp. X adv. Mathem. Epicteto Enchir. 13, Marco imperat. II, 4. V, 11. X, 6 et e Latinis habes apud Menag. ad Laert. p. 298 et Gatak. ad Anton. p. 59. Apud Hesych. *εὔρημα, ἐπιτυχία*, ubi Biel allegat Ierem. 45, 5. Locus legitur apud Septuaginta c. 45, 2, non 5: *καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς εὔρημα καὶ ζήσεται.* Pro *εὔρημα* in Ieremia et in Hesychio fortasse legendum *εὔροιαν*. In Hebraico textu c. 38, 2, quod respondet Graeco capiti 45 legitur ***et erit anima eius in spolium et vivet.*** Fortasse Septuaginta pro שָׁלָל *spolium* legerunt שָׁלֵו tranquillitas, *εὔροια*, quod vocabulum sensui melius convenit, et legitur cum affixo Psalm. 30, 7, a rad. שָׁלָה, quod Hebraice, Chaldaice et Syriace ***et salvus, tranquillus, felix fuit***, ut Arabice سلا. In loco autem Ieremiae, de quo hic agitur, vulgata habet, ***et erit anima eius sospes et vivens.*** Arabs legisse videtur *εὔρημα*, quum vertit ad verbum, ***et erit anima eius in inventione.*** Paulo laxius Latinus Ara-

bicae versionis interpres, *huius anima vivet et superstes erit.* Hanc audacem coniecturam timidissime propono.

P. 113 *Ἄρεια*] Pseudo-Orpheus Argon. 30:

ὄργια πραξιδίκης καὶ Ἀρείης νύκτας Ἀθήνης,

de quo v. Toup. Em. in Suid. T. III. p. 73, ubi hunc Cornuti locum laudat. [Galeus: „An quod bellicosa, an quod Orestes ei in Areopago aram hoc titulo posuit? Quod iustitia curae sit Palladi, v. Schol. Iliad. σ, 491." Cf. Creuzer. T. II. p. 772.]

[*ἱππείαν*] V. Creuzer T. II. p. 782 seq. Toelken Verzeichn. d. geschn. Steine der K. Preuss. Gemmensammlung p. 93.]

P. 114 [*πολλαχῶς ἄλλως αὐτὴν προσαγορεύουσι*] Plura Minervae cognomina cumulat Inc. in Creuzeri Mel. T. I. p. 22.]

[*Νίκην αὐτῇ πάρεδρον*] Apud Orpheum in Hymnis *Νίκη* proxime sequitur Minervam. Minervae cognomento *Νίκης* templum in Atticis Pausanias agnoscit. Huius tamen simulacrum *ἄπτερον* fuisse legimus. Harpocrat. GALE. Ad haec Villoisonus in Schedis: „Sed haec tantummodo ad *Ἀθηνᾶν Νίκην* pertinent. *Νίκη* vero proprie dicta a Minerva separata alas habebat, quas Amor sibi, iussu deorum, ne rursus in coelum avolaret, abscissas Victoriae dare coactus fuerat, teste Eustath. p. 880, 5 et p. 987, 22." Victoriae signa primitus sine alis ficta esse, demonstratur in Annal. dell' Inst. archeol. 1832. p. 201.]

P. 115 [*γιγαντοφόντις*] Minervam cum gigante pugnantem exhibet vasculum, in quo Minerva fingitur manu tenens brachium giganti abscissum. Cf. Gerhardii Neu erworbene Denkm. des Mus. zu Berlin I. p. 50. De aliis artis operibus, quibus pugnae gigantum exhibentur, adi Raoul-Rochette Sur Atlas p. 40, eundemque Sur une statue de héros Attique p. 16. Gerhard Auserl. Gr. Vasenb. I. p. 204 et Berlins Bildw. I. p. 281 seq.]

[*ἐκ τῆς γῆς γενομένους*] Respicit gigantum ex terra ortum, unde et ipsos nomen traxisse veteres tradunt: quam sententiam, tantum non omnibus nostrae aetatis magistris probatam, vereor ut iure Doederleinius deseruerit, quum nomen a communi radice *ΓΑΩ* reduplicationis ope ducendum moneret Gloss. Hom. Spec. p. 4. Ex hac enim radice non efficitur naturae terrenae gigantibus propria et primitiva notio.]

P. 116 [*ἀνῃρηκέναι αὐτούς*] Callim. Lavacr. Pallad. Multa alia ad hoc caput adferri possent ex Iuliani Or. 4, ex Laertio p. 196, ex G. Syncello p. 149, item ex Parthenio. GALE.]

Caput XXI.

P. 117 [*Καὶ τούτους δ' εἰρῆγε* etc.] Sic et Heraclitus apud Plutarchum in Iside *Πόλεμον ὀνομάζει πατέρα καὶ κύριον πάντων.* GALE.]

[Ἐνυὼ] ἧς οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναί φασι τὸν Ἄρεα, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον, Schol. Iliad. ε. [333]. GALE. De Enyalio v. Lob. ad Soph. Aiac. 180. Pro Marte simpliciter dicitur Meleagro Epigr. 115, quicum conferas Leonid. Epigr. 47, et, ne alios afferam, Pausaniae V, 18: Ἔστι δὲ καὶ Ἄρης ὅπλα ἐνδεδυκὼς, Ἀφροδίτην ἄγων· ἐπίγραμμα δὲ Ἐνυάλιός ἐστιν αὐτῷ.]

ἀλκὴν] Etym. M. p. 345, 51: Ἐνυὼ . . . παρὰ τὸ ἴω, ἀπὸ τοῦ P. 119
ἐνιεῖν τοῖς πολεμουμένοις τὴν μάχην, ubi mallem ἀλκήν. [Non probo. Fere eadem Grammaticus in Crameri Anecd. T. II. p. 434. Hoc vero duce mallem reponi τοῖς πολεμίοις.]

[ἀπὸ τοῦ ἀρῇ] Haec est etiam Heraclidae Pontici etymologia. Legis Iud. c. 8 ἀπὸ τῆς παρατάξεως Ἄρης. Hebr. חרם. Erat Solis et Martis cultus apud nonnullos idem. *Voss. Idol.* Existimaret tamen quis ab עריץ venire, quod significat *robustum tyrannum*; et in proverbio, Ἄρης Τύραννος — Μετὰ δὲ τὸν Νῖνον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Θούῤῥας ὀνόματι, ὅντινα μετωνόμασεν ὁ τούτου πατὴρ Ζάμης ἐκ τῆς Ῥέας ἀδελφὸς Ἄρεα — mox, καλοῦσι Περσιστὶ τὸν Βαὰλ θεὸν (l. Βαὰλ θοὺρ) ὅ ἐστιν μεθερμηνευόμενον Ἄρης, πολέμων θεός. ***Chron. Alex.*** et ***Suidas.*** Est autem θοὺρ ab Hebr. תער. Iornandes inter Gothos Balthorum familias memorat; et Worm. lib. I. c. 5. M. D. ***venerantes Thur dominum suum.*** Erat Thur pater Getarum; unde Thursagetae. ***Pompon. Plinio*** Thussagetae. ***Ortel.*** et forte Gr. θούριος et θοῦρος Ἄρης. Ἄρειον γένος (sacerdotes). Hunc coluere nomine Ἀρειμάνην et Ἀρειμάνειον. ***Damascius*** et ***Plut.*** Quis autem fuerit Thur apud Getas, audi ***Wormium.*** Tyr (m. Thur) cuius genitivus Thyrs, Odini f. audacia et manuum promptitudine — honores adeptus, cui pro victoria supplicabant; ab hoc Martis dies Thyrs dag. Mars dictio Latina non est. מערה (LXX Interpr. Μαραὰ et Gothis Mara) est graminetum: fert autem fabula Martem e gramine ortum. ***Festus*** et ***Gyrald.*** Unde autem illa vocabula Marcomannus, Marcusanus? etiam Massagetae (hic enim littera r videtur omitti ut in Thussagetae) eiusdem videntur esse originis. GALE.]

[τῆς Ἁρμονίας etc.] Ex illo et Venere, ut finxere νεώτεροι poetae, P. 120
Vid. Plutarch. lib. de Iside et Dion. Halic. in Homerum. GALE.]

ὄνους . . . κύνας] Arnob. adv. gent. IV, p. 143: ***quis ei*** (Marti) P. 121
canes ab Caribus, quis ab Scythis asinos immolari? non principaliter cum ceteris Apollodorus? [Cares canem; Scythae asinum ei mactabant. Clem. Alex. Protr. [p. 18 ed. Sylb.] GALE.]

[Σκυθῶν] Ammianus Marcell. XXXI. Scythis gladius barbarico ritu humi figitur nudus, cumque ut Martem — colunt. V. omnino Sheringhamum Antiq. Angl. c. 8 et alibi. Schol. Iliad. 385. GALE. De hoc ense Scytharum, quem ἀκινάκην appellabant divinoque cultu prosequebantur, monuimus in Ephem. litt. Hal. 1824. No. 306. p. 780.]

πλεονάζειν τὰ ὄρνεα ταῦτα etc.] Christus in Matthaeo c. 24, 28: *ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί*, ubi v. Morum in Notis ad quaedam loca novi foederis p. 40. 41. [*Πτώματα* sunt cadavera, uti *πεσήματα* quoque: v. Valcken. ad Phoen. p. 415.]

[*Ἀρηΐφθορα ὦσι*] V. Voss. Idol. III, 81. Confer cum hoc capite Hymn. Hom. in Martem. Superioribus quaedam addi possunt de Marte ex D. Hieron. in voce Ariël in locis et nom. et quaest. Hebr. Item ex Iuliani Orat. p. 281. ex Ernstii Observationibus de Idolo Martis. GALE.]

Caput XXII.

P. 122 *Ποσειδῶνος*] Fortasse Neptuni Latinum nomen profluxit ex Aegyptiaco *Νέφθυν*, quod, teste Plutarcho de Iside p. 366, sensu paullo diverso significat *τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παρόρια καὶ ψαύοντα τῆς θαλάττης*. [Alias nominis etymologias enarrat Creuzerus Symb. T. II. p. 608.]

Πρῶτον μὲν οὖν] Haec vox *οὖν* reponenda in Dionys. Hal. Antiq. VIII, 32. T. III. p. 1578 ed. Reisk. ubi Coriolanus dicit, *τίς δ' οὐκ ἂν ἐπαινέσειέ μου ἀκούσας*, quum contra ex sensu manifestum sit, Coriolanum dicere voluisse et debuisse, *quis non vituperaret me.* Vulgatam tuentur lectionem cod. Vatican. et Lapus, qui vertit: *quis non utique me laudaret.* Particulam negativam expungendam censet Sylburgius, quem secutus Latinus interpres vertit: *quis vero me laudaret?* Paullo durius Reiske in Annotat. p. 1962 mavult *τίς δ' οὐκ ἂν ἐμπτύσειέ μοι ἀκούσας*, *ecquis me non conspuat audito?* Levissimam emendationem hic locus requirit. Lege meo periculo, *τίς δ' οὖν ἂν* etc. *quis igitur me laudaret?* Tantilla res tantos viros fugit.

P. 123 [*ἐνοσίχθονα*] Idem quod Pindarus teste Eustathio Prooem. commentar. Pind. p. 7 dixit: *ἐλασίχθονα Ποσειδῶνα*, quod ibidem explicatur *ἐννοσίγαιον*; ubi ne *ἐνοσίχθονα* corrigas, quod cuipiam ipsa mutationis facilitate commendari possit, dissuadent similia apud Pindarum composita, ut *ἐλάσιππος*, *ἐλασίβροντος*.]

[*ἐννοσίγαιος*] V. Schol. Iliad. *ν*, 43 et 125. Heyn. Obs. in Iliad. T. V. p. 568. Erfurdt. ad Sophocl. Trach. p. 24. Seneca Quaest. nat. VI, 23.]

[*σεισίχθονα*] Rarioris huius epitheti habes exemplum in Orac. Sibyll. p. 122, 7 ed. Gall. Sicuti Noster, ita Gellius II, 28 ex aliorum mente refert, illo nomine Neptunum appellatum esse utpote terrae tremorum auctorem. Adde Heraclid. de alleg. p. 459.]

[*σεισμῶν*] De similibus circa caussas terrae concussa opinionibus veterum Villoisonus in Schedis conferri iubet Gell. II, 28. Eustath. p. 1012, 8. Auctorem vit. Homeri p. 31 seq. ed. Gal. Senecam

Quaest. nat. VI, 7. 8. 9. 12 et praesertim c. 23, ubi Callisthenem huiusce sententiae auctorem laudet. Adde Auctorem de mundo c. 4.]

ἔξοδον ζητοῦντα] Idem fere in vita Homeri p. 332. [Item de eadem re loquens, Auctor de mundo c. 4. p. 395, 35 ed. Bekk. ζητοῦν ἔξοδον ἑαυτῷ.]

ἀποτελουμένων] Sic Laertius Vit. Pyrrhon. p. 591: σεισμοὶ ἀποτελοῦνται. Idem p. 647: δῖνοι ἀποτελοῦνται.

[ἠχήεσσα] Iliad. α, 157.] P. 124

[ἀγάστονος] Odyss. μ, 97, ubi Amphitrites est epitheton.]

[πολύφλοισβος] Iliad. α, 34.]

ταύρους] V. omnino Eustath. p. 1676, 33. [Neptuno tauri mactantur in Helicone et Onchesto, Schol. Hesiod. Scut. [104, ubi v. Heinrich.] Schol. Iliad. ε, 422. Odyss. γ, 6. [unde ταύρους παμμέλανας Cornutus sumpsit.] GALE. De bobus nigris Neptuno immolatis Philostratus Imag. II, 16, ubi v. Iacobs.; de albis v. Voss. ad Virg. Ecl. VI. p. 311. Porci adeo Neptuno mactati. V. Beck. ad Aristoph. Av. 565.]

[κυανοχαίτην] Nonn. Dionys. I, 60. Schol. Odyss. γ, 5. Schol. Soph. Antig. p. 164 ed. Erf.]

[τοὺς ποταμοὺς κερασφόρους καὶ ταυρωποὺς ἀναπλάττουσι] Nempe in fabulis. Aelian. V. H. II, [33.] GALE. De fluviis tauriformibus, h. e. qui caput habeant taurinum, v. Schol. Soph. Trach. p. 93 seq. ibique Wakef. p. 247 ed. Erfurdt. Graev. Lect. Hesiod. 17. p. 85 seq. Heinrich. ad Hesiod. Scut. 104, et quae de numo Metapontino Acheloum referente olim disputavimus. Unde ταυρόκρανοι dicti: v. Schol. Eurip. Orest. 1378. (1363 Matth.)]

[γαιήοχος] De huius epitheti vi et sensu v. Letronnium in Férussaci Bull. des sciences hist. 1831. No. 2. p. 149. In titulo nuper Athenis reperto, quem Rossius in Schornii Kunstblatt 1837. No. 79. p. 326 edidit, memoratur ἱερεὺς Ποσειδῶνος Ἐρεχθέος γαιηόχου. Eiusdem vel similis significationis vocabulum fortasse γαιεύς, quod in gemma scalpta apud Toelkenium Geschn. Steine der königl. Samml. zu Berlin p. 64. No. 92 mihi videor reperisse, in quo Consi sive Neptuni equestris currum ascendentis figurae adiectum habemus *ΓΑΙΕΥ*, quod interpretor γαιευ, vel potius γαιεύς. In qua explicatione ne opus quidem est ut *Λ* perperam pro *Α* lectum esse statuamus, quum constet, litteram *Λ* in monumentis inscriptis passim formam τοῦ *Α* induisse. V. Syllog. inscr. p. 586.] P. 125

πρὸς τὴν τῶν ἰχθύων θήραν] Hodie etiamnunc tridenti ad piscationem utuntur Graeci, quod saepius ipse vidi. [V. Boettigerum Amalth. T. II. p. 306 copiose de tridentis usu in piscatione praesertim thynnorum disserentem.] P. 126

ὁ Τρίτων] Eudocia [p. 398]: Λυκόφρων τὸν Τρίτωνα Ποσειδῶνα καλεῖ. P. 127

P. 128 [Ὁ δὲ Τρίτων δίμορφος] Διφυὴς etiam erat Glaucus et Dagon (Damascio Δαχών; Isaiae Nabo) de quo in 5. pag. et Seld. Diis Syriis. GALE. Tritonis figuram nemo accuratius descripsit Pausania IX, 21. Cf. Tzetz. ad Lycophr. 43. De pedibus adeo alatis, qui ei tribuuntur, v. Ephem. litt. Ien. 1804. No. 112. p. 270.]

[ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης] Phrasis Homerica. V. Iliad. β, 159. ϑ, 511. Odyss. ε, 17. 142. Ἐπὶ vel περὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης iungunt Hesiodus Theog. 790. 972 (coll. 762) et Theognis 181 Brunck. In Coluth. 204 Bekk.

ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα τιθήνης

quomodo extrema vox sese tueri possit, non perspicio; legendum aut cum Brodaeo θαλάσσης, aut, quod malim, cum Lennepio γαλήνης, hoc ex constanti Nonni imitatione, cuius locum Bekkerus ipse excitavit; huic alium adde XI, 50: κατέγραφε νῶτα γαλήνης. Philostrato iun. Imag. 9. p. 874 Neptunus dicitur ὑπ' ἀδιάντῳ ἄξονι τὰ τῆς γαλήνης διαθέων νῶτα.]

[εὐρυμέδων] Hoc epitheton in Orph. Hymn. 16 obvium.]

Ἵππιος] Eustath. p. 656, 22. [Neptunus primum Arcadibus Hippios dictus. Pamphos vetustissimus poeta [ap. Pausan. VII, 21] ἵππων τε δοτῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων eum vocat. Fuit praeses totius rei equestris. Homerus: γαιήοχον ἐννοσίγαιον ὄμνυθι, in certamine equestri. V. Schol. Iliad. ψ, 346. Odyss. β, 421. GALE. De huius epitheti origine explicanda nova est, quantum sciam, et ingeniosa Gerhardii (Neapels Antike Bildwerke T. I. p. 286) sententia, quippe a forma undarum maris, quae littori deinceps equitantium in modum sese appropinquarent et superne cum impetu sese effunderent dictum referentis: ex qua similitudine equitum celeriter sibi succedentium seque excipientium undas illas etiamnunc vulgo ab Italis *cavalloni* appellari.]

P. 129 καθάπερ ἵπποις] Sic Arabes dicunt سفاين البر [Cf. Bochart. Hier. II, 2. Chardin Voyag. en Perse T. III. p. 36. Naves passim cum equis comparantur. V. Valcken. ad Schol. Eurip. Phoen. 219. In Ionis loco ibi allato

ὅταν δὲ πόντου πεδίον Αἰγαῖον δράμω

malim scribi Αἰγαίου. Eurip. Hel. 130:

μέσον περῶσι πέλαγος Αἰγαίου πόρου.

Idem Troad. 88: ταράξω πέλαγος Αἰγαίας ἁλός.

[ἐπίσκοπον αὐτὸν εἶναι τῶν ἵππων] Cf. Schol. Sophocl. Oed. C. 703.]

κρηνοῦχος] Proserpinae quoque simulacrum ad fontes aquarum olim collocatum fuisse, a Iustino docemur Apol. I. p. 82. [Epitheto illo, quod solus, quod sciam, Cornutus memoravit, bene usus est Welckerus in Mus. Rhen. T. I. p. 324 ad vasculi Neptunum exhibentis inscriptionem *KPENOXEI* recte explanandam, κρηνουχεῖ; unde

novum *κρηνουχεῖν* lucramur verbum. Numen *fontigerum* una cum Nymphis commemoratur in Grut. p. 93, 11. Cur vero *redux* Neptunus? quod aquas fontium interclusorum reducit. Similem phrasin exhibet consecratio illa *Nymphis Lymphisque dulcissimis* dedicata ap. Grut. p. 93, 1 OB REDITVM *aquarum placide prosilientium ab pop. Rom. diu desideratarum.*]

Νύμφαι] Notanda quae e Pythagorico Numenio affert Porphyrius de antro nymph. p. 256 ed. Cantabr. a. 1655 [c. 10. p. 11 ed. Goens.]: *Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων παρεστώσας δυνάμεις ἰδίως, ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας. Ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὥς φησιν Νουμήνιος· διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα*, ubi agnoscis Genesin: spiritus deferebatur super aquas. Apud eundem Porphyrium p. 117 et p. 131, laudatum a Gesnero p. 149 Corollarii animarum Hippocratis, Naidum Nympharumque nomine ab Homero (potius a philosophis Homerum ad suas sententias trahentibus) intelliguntur animae igneae naturae ad generationem et corporis formationem, quae humoris accessione peragitur, descendentes, et p. 119 *μέλισσαι* eae tantum vocantur animae, quae cum iustitia victurae et deinde peractis, quae diis grata sunt, reversurae sunt supra in ignem. Papilionem apud Latinos animi symbolum esse ostendimus; sic et *νύμφαι*, quae pro anima usurpantur, sunt et vermes in favis apum, dum alae ipsis nascuntur, et apes, vespae, crabrones etc. quum ex vermibus in formam expressam transeunt, quod ex Hesychio, Suida et Aristot. de anima V, 19 comprobavit Gesnerus p. 149 Corollarii animarum Hippocratis.

Τὰς δὲ γαμουμένας νύμφας καλοῦσιν] Hodie etiam sponsa Graecis P. 130
dicitur *νύμφη*, et corrupte *νύφη*. Tournefort Voyage du Levant Lettre V. p. 240. T. I. ed. Lugdun. 1727 sic interpretatur inscriptionem Graecam insculptam famoso illi marmori in insula Paro, quod ipse vidi, et in quo non numeravit nisi XXIX figuras, quum XXXI in eo deprehenderim:

ΑΔΑΜΑΣ
ΟΔΡΥΣΗΣ
ΝΥΜΦΑΙΣ

„*Adama Odryses a dressé ce monument aux filles du pays.* Anciennement les dames s'appelloient des nymphes, comme nous l'apprend Diodore de Sicile, et Barthius démontre assez bien que ce nom étoit consacré pour celles, qui n'étoient pas mariées." Sed hic *Νύμφαις* significat nymphis quae in hoc marmore saltantes exhibentur. [De toto hoc opere v. quae monui in Welckeri Mus. Rhen. 1832. fasc. 3, praesertim p. 421, ubi de inscripsione illa agitur.]

κρυπτομένας τέως] Hodie etiam in Graecia virginum arctissima

est custodia †). In nullis Aegei maris insulis virgines, in paucis matronas virorum convivio accumbentes, in quibusdam, ut in Andro, virgines lectissimas et generosissimas matronas, quas *ἀρχοντίσσας* vocant, viris mensae accumbentibus ministrantes vidi. Hunc usum non a Turcis, ut ipsi dicunt, sed ab antiquis Graecis acceperunt. Corn. Nepos in Praefatione: ***Nulla Lacedaemoni tam est nobilis vidua, quae non ad scenam eat, mercede conducta . . . Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet, uxorem ducere in convivium?*** (V. Cic. Ep. ad Att. I et Mureti V. L. VII, 2.) ***aut cuius materfamilias non primum locum tenet aedium, atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Graecia; nam neque in convivium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur; quo nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus.*** Cicero in Verrem: ***Tum ille*** (Philodamus) ***negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.*** Nepos Vita Att. 14: ***Nemo in conviviis eius aliud acroama audivit quam anagnosten.*** Enimvero, ut observant interpretes, sub coenae finem (quod saepius in Graecia usurpari nuper vidimus) admitti solebant cantores, tibicines, citharoedi et alii delectandi gratia, quos Graeci et Latini uno verbo dicunt acroama. Anagnosten autem in solis monachorum Graecorum ut et nostrorum conviviis audies. Sed de his fusius olim in nostro Itinerario disputabimus. Cic. Tusc. I, 2: ***est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum virorum virtutibus.*** Confer et IV, 2.

[*Ποσειδῶνος υἱὸν εἶναι τὸν Πήγασον, ἀπὸ τῶν πηγῶν ὠνομασμένον*] Fons huius fabulae est Hesiodus Theog. 278 seq., unde huc maxime pertinet illud quod subiungitur:

ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος·
τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' Ὠκεανοῦ περὶ πηγὰς
γένθ'.

Partum Pegasi exhibet artis monumentum in Gerhardii Berlin's antike Denkm. T. I. p. 331.]

Caput XXIII.

P. 132 [*ἀπὸ τοῦ νεῖσθαι*] Etym. M. p. 604, 40: *Νηρεύς, ὁ θαλάσσιος δαίμων· ἀπὸ τῆς νήξεως καὶ τοῦ ῥαδίως νεῖν, οἱονεὶ ὁ νηχόμενος θεός.* Communis originis est, ut hoc obiter adiiciam, vox *νηρὸς* sive *νερός*, et hinc *τὸ νηρὸν* i. q. aqua. V. Auctar. Lex. Gr. p. 115. Letronnii Nouvel examen de l'inscription du roi Silco p. 16 (Journ. des Sav.

---

†) [V. Hemsterh. ad Lucian. dial. sel. p. 105.]

1825. m. April. et Maii). Mullach. ad Demetrii Zeni Paraphr. Batrachomach. p. 69. Utar hoc loco ut iis, quae in Not. cr. ad h. l. de Nerei cognomine *ἁλίου γέροντος* monui, nunc adiiciam, in vasculo picto, quod edidit Gernhardius Auserles. Gr. Vasenbilder T. II. p. 136, Nerea exhiberi adiecta epigraphe *ΑΛΙΟΣ ΛΕΡΟΝ*, h. e. *ἅλιος γέρων*.]

Λευκοθέα] Etym. M. p. 561, 45.

[*ἥτις λέγεται θυγάτηρ Νηρέως*] Non sic *γενεαλογεῖ* Schol. Iliad. α: *Κύκνου τοῦ Ποσειδῶνος Τέννης ἦν καὶ Λευκοθέα*. GALE.]

Caput XXIV.

γεγονυῖαν ἐν τῇ θαλάττῃ] Varro de L. L. IV, 10: ***Poetae de coelo semen igneum cecidisse dicunt in mare, ac natam e spumis Venerem coniunctione ignis et humoris;*** unde idem [paullo ante]: ***animalium semen ignis,*** quod Zenoni Cittieo tribuit. Id fusius in Cic. de N. D. II, 10 explicat Balbus Stoicus.

κινήσεως καὶ ὑγρασίας] Sic Gesnerus p. 84 Disputatione de animabus Heracliti et Hippocratis ex Hippocratis primo de diaeta libro concludit, ignem et aquam esse elementa et principia rerum omnium etc. ignem movere omnia (*κινήσεως*), aquam nutrire (*ὑγρασίας*); et optime monet p. 86, ad duo illa elementa quatuor revocari interdum. Varro de L. L. IV, 10: ***Causa nascendi duplex ignis et aqua*** etc. Lactantius II, 9: ***Recte igitur Ovidius*** [Met. I, 430]:

> ***Quippe ubi temperiem sumsere humorque calorque,***
> ***concipiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus.***
> ***Cumque sit ignis aquae pugnax: vapor humidus omnes***
> ***res creat, et discors concordia foetibus apta est.***

Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi foemininum, alterum activum, alterum patibile ideoque a veteribus institutum est, ut sacramento ignis et aquae nuptiarum foedera sanciantur; quod foetus animantium calore et humore corporentur, atque animentur ad vitam. Cum enim constet omne animal ex anima et corpore, materia corporis in humore est, animae in calore etc. Hippocrates de diaeta IV, 10. p. 182: *τὸ μὲν γὰρ πῦρ δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι· τὸ δὲ ὕδωρ πάντα διὰ παντὸς θρέψει.* Balbus in Cic. de N. D. II, 9: ***omne quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo; quod autem alitur et crescit.*** Idem c. 10: ***intelligi debet, calidum illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis et causa gignendi.***

Διώνης] Etym. M. p. 280, 45. [*Διωναία Ἀφροδίτη* Orph. Arg. P. 133
Plutarchus Crasso: *ἀρχαὶ καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν*. GALE. De Dione Veneris matre vel de hoc nomine ipsi Veneri tributo v. Creu-

zer. Symb. T. II. p. 613. Voss. ad Virg. Ecl. IX. p. 482. Bernstein. de vers. ludicris p. 29.]

[διερὸν] Oppianus Hal. I, 5 piscium dicit διεροὺς γάμους, quoniam eae nuptiae in mari fiunt. De aëre humido voce usus est Hippocrates de aëre §. 84.]

ἡ συνάγουσα τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ δύναμις] Hanc numero quinque designabant Pythagorici. Habes in Theolog. arithm. p. 33 [p. 31]: καὶ Ἀφροδίτην (πεντάδα καλοῦσιν) διὰ τὸ ἐπιπλέκεσθαι ἀλλήλοις ἄῤῥενα καὶ θῆλυν ἀριθμόν. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Γαμηλία καὶ Ἀνδρογυνία καὶ ἡμίθεος; et supra p. 25 [24] de pentade: γάμος καλεῖται ὡς ἐξ ἄῤῥενος καὶ θήλεος. Secundum eosdem ibidem p. 34 γάμος et ἑξάδι designabatur, qui est numerus ἀρσενόθηλυς; etenim, ut ait p. 38 [37]: αὕτη συμπλεκτικὴ ἄῤῥενος καὶ θήλεος κατ᾽ ἔγκρασιν. Quae ἑξὰς apud eundem ibidem et ψυχὴν et κόσμον designat, et Ἀμφιτρίτην, scilicet δύο παρέχουσαν τριάδας. V. Plutarch. de Iside p. 355 et 381. 382. Huius munera apud Latinos partiebantur dea Prema et Pertunda, de quibus Augustinus de C. D. VI, 9: ***si adest dea Prema, subacta ne se commoveat, comprimatur, dea Pertunda ibi quid facit?*** At ***Pertunda***, teste Arnobio IV, 7, ***in cubiculis praesto est, virginalem scrobem effodientibus maritis.*** Deaque ***Persica***, eodem ibidem docente, ***obscoenas voluptates ad exitum perficit dulcedine inoffensa procedere.*** [Ideo Venus *genitrix*. V. Lucretii primam pag. Assyriis ***Mylitta*** Hebraeum מוֹלֶדֶת faciens parere, a verbo ילד, eam originem confirmat. Ἡλίου ἐγγὺς οὖσα Ἀφροδίτη καὶ συμπαραθέουσα πληροῖ μὲν τὸν οὐρανὸν εὐκρασίας, ἐνδίδωσι δὲ τὸ γόνιμον τῇ γῇ, Iulianus. GALE. Hinc ***Physicae*** cognomen Veneris, in inscriptione obvium apud Reines. Class. I, 18. Chrysippo Venus symbolum erat ὁμονοίας vel εἰρήνης, teste Phaedro de N. D. p. 17. Inter comites eius Consuetudo refertur ab Apuleio, qua nihil aliud nisi συνουσίαν intelligi, docetur in Seebodii Neues Archiv II, 2. p. 105 seq.]

διὰ τὸ ἀφρώδη] Etym. M. p. 179, 10: τινὲς δὲ παρὰ τὸν ἀφρὸν τῆς συνουσίας.

P. 134 [Καλλίστη] Sallustius de mundo 6: Γυμνὴ δ᾽ ἡ Ἀφροδίτη· ἐπειδὴ ἁρμονία μὲν τὸ κάλλος ποιεῖ, τὸ δὲ κάλλος ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐ κρύπτεται.]

τὴν κατὰ συμπλοκὴν ἡδονὴν] Augustinus de C. D. XIV, 16: ***Haec libido sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus verum etiam extrinsecus vindicat totumque commovet hominem, animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque permixto, ut ea voluptas sequatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla est: ita ut momento ipso temporis, quo ad eius pervenitur extremum, paene omnis acies et quasi vigilia cogitationis obruatur.*** Egregie Seneca de benef. VII, 2 de hac voluptate: ***res humilis, membrorum***

turpium ac vilium ministerio veniens, exitu foeda. Quod videtur ante oculos habuisse Jean Jacques Rousseau, qui multa Senecae sublegit, quum diceret, „que les conduits des besoins les plus degoutants sont les organes des plus grands plaisirs". Obiter autem notandum, Iosephi Cajot librum qui inscribitur „Plagiats de Rousseau 1765" plurimum augeri posse. Praeclare Antoninus VI, 13 hanc summam voluptatem nihil aliud esse dicit quam *ἐντερίου παράτριψιν καὶ μετά τινος σπασμοῦ μυξαρίου ἔκκρισιν.* De quo v. elegantem Hippocratis locum de genitura p. 124 et 125 Tomi I.

[*φιλομειδής*] Cf. Etym. M. p. 546, 22. Eustath. p. 1600.]

[*τὰς Χάριτας*] Notissimus est locus Iliad. *ε*, 338, ubi v. Heyn., de peplo a Gratiis Veneri confecto, ut alia taceam. Colutho 16 Venus dicitur Gratiarum regina. Cf. omnino Creuzeri Ausw. uned. Gr. Thongefässe p. 61.]

[*Πειθώ*] Cf. Gerhardii Neapels antike Bildwerke T. I. p. 70. Coluthus 28: *Καὶ σπέφος ἀσκήσασα γαμήλιον ἤλυθε Πειθώ, Τοξευτῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρης.* Ceterum quae hic Cornutus de Veneris *συνέδροις* habet, ea otiosae philosophorum sapientiae non deberi, immo antiquitus ex cognata horum numinum natura et necessitudine esse repetenda, monstrat simillimus nullique dubitationi obnoxius Plutarchi locus, Nuptial. init.: *οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες.* Quae verba cum Cornuto non sine fructu iam contulerat Bouterwekius in Schornii Kunstblatt 1833. No. 97. p. 387. Neque nunc caussa latet, quo sensu in vasculo picto, quod edidit Creuzerus l. l. Tab. I, in Paridis iudicio Veneri Mercurius comes subiungatur.

[*Κύπρος*] De corruptis feminarum Cypriarum moribus Villoiso- P. 135
nus in Schedis conferri iubet Schol. Hesiod. Theog. p. 245 (in quo Tzetzam agnoscere sibi videtur): *λεγέτωσαν ὅσοι τὸν τόπον εἶδον, καὶ φυσιολογείτωσαν περὶ τῶν ἐν αὐτῷ γυναικῶν, διὰ τί μαλακώταται καὶ πρὸς συνουσίαν ἑτοιμόταται,* et Pocockii Orientis descriptionem T. IV. p. 195 versionis Gallicae: „Les femmes ne sont pas plus vertueuses" etc. Nomen *Κύπρις* interpretantur *τὸ ἐρωτικὸν πάθος*: v. Lennep. ad Coluth. 290. Sophocl. Fr. inc. LIII ex Plutarcho:

Ὦ θεοί, τίς ἆρα Κύπρις, ἢ τίς ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;]

[*Παφίης λεγομένης*] Homerus numquam sic vocat, sed *νεώτεροι.* P. 136
Vide Schol. Il. *ε*, 422, ubi videas Hesiodum Homero recentiorem. Quod Interpres Hesiodi etiam fatetur. GALE.]

[*κεστὸς ἱμὰς*] Spectat Cornutus ad Iliad. *ξ*, 214, ubi de Venere:

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα,

ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο·
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς.

Quibus adiunge quae antea vs. 198 Iuno dixerat. Hinc δεσμὸς ἐρώτων Veneris zona vocatur a Colutho 98:

ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων
κεστὸν ἔχω, καὶ κέντρον ἄγω, καὶ τόξον ἀείρω,
κεστὸν, ὅθεν φιλότητος ἐμῆς ἐμοῦ οἶστρον ἑλοῦσαι †)
πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ θνήσκουσι γυναῖκες.

Idem poeta vs. 154 de Venere:

χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων,
στῆθος ἅπαν γύμνωσε.

Quo loco quum iam pateat cestum intelligi, poterat eo Heynius commode uti, quum demonstratum iret Obs. in Il. T. VI. p. 620, mammis subiectam fuisse ex mente Homeri Veneris zonam, non femoribus iniectam. Conf. eiusdem Antiq. Aufs. T. I. p. 148. Creuzeri Auswahl uned. Gr. Thongefässe p. 40. Praeterea de Venere Nonnus Dion. XXXII, 3:

Ἥρῃ δῶρον ἔδωκε θελήμονι κεστὸν ἐρώτων,
καί τινα μῦθον ἔλεξε, χάριν θελκτῆρος ἱμάντος.]

P. 137 [οὐρανία τε καὶ πάνδημος] V. Plat. Symp. 8, 2 ibique Wolfium. Adde Apulei. Apol. p. 281 ed. Elm. De coelestis Veneris cultu v. Ann. dell' Inst. archeol. T. VI. p. 252 seq. ***Venerem coelestem Augustam*** exhibet lapis Romanelli Storia del regno di Napoli T. II. p. 442. De Amore οὐρανίῳ v. Iac. ad Philostr. Imag. I, 6. p. 240.]

[ποντία] Hoc nomine qui praeter Pausaniam de cultu eius apud Hermionenses referentem II, 34, 11 Venerem appellarit, me fugit. Sed notissima Venus εὔπλοια, hic ubi de Veneris potestate per mare quoque exercenda agitur, in primis commemoranda, de qua v. Visconti Antiq. du Musée royal à Paris No. 95. p. 37. Creuzer Zur Gemmenkunde p. 53. Stackelberg Gräber der Griechen p. 24. Huc referas Horatianum ***Sic te diva potens Cypri.*** Ἀφροδίτη εὔπλοια iuxta Neptunum ἀσφάλειον memoratur in titulo supra, ubi de hoc Neptuni cognomine disseruimus, laudato.]

καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν θαλάσσῃ] Sic Orpheus dixit de natura Hymn. X, 14:

αἰθερίη χθονίη τε καὶ εἰναλίη μεδέουσα,

et de Hecate Hymn. I, 2:

οὐρανίην χθονίην τε καὶ εἰναλίην κροκόπεπλον.

---

†) Hinc οἰστροφόρος Venus dicta Paulo Silentiario in Anthol. Palat. T. I. p. 153. No. 234, ubi quod legitur οἰστροφόρου Παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος noli adhibere ad defendendam ante Bekkerum vulgatam lectionem in posteriore Coluthi loco laudato θεσμὸν ἐρώτων.

Sic et coniunctim legitur *ἠέρι κὴν πόντῳ κὴν χθονὶ* in Zosimi Epigrammate Anthol. L. VI. c. 15, ut recte emendavit Piersonus Verisim. I, 7. p. 88. [In trium elementorum, terrae, aquae et solis (qui coeli loco ponitur) mixtura cerni Veneris facultates, iam Empedocles a Buttmanno in Beckii Comment. soc. phil. Lips. Vol. IV, 1. p. 39 sic restitutus dixerat:

εἰ δέ τί σοι περὶ τῶν γλυκὺς ἵμερός ἐστι πεπύσθαι,
πῶς ὕδατος γαίης τε καὶ ἠελίου μιχθέντων,
εἴδεά τ᾽ ἐξεγένοντο τοσαῦτά τε χρώματα θνητῶν
ὅσσα τε νῦν ἐφάνη ἁρμοσθέντ᾽ εἰν Ἀφροδίτῃ.

Quibuscum elegantissimum confer Euripidis locum, Fragm. inc. III. b. p. 364 ed. Matth.]

Ἀκύρους δὲ καὶ ἐμποινίμους etc.] De v. *ἐμποίνιμος* videndus Toupius Em. in Suid. T. I. p. 132, ubi hunc e Stobaeo senarium profert:

Ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

Plato in Sympos. p. 127 ed. Fisch. [10, 2, ubi v. Wolf. p. 32]: *ὀμνύντι μόνῳ ξυγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τῶν ὅρκων· ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὔ φασιν εἶναι*, ubi deesse puto *ἐμποίνιμον*, et in Philebo p. 94, conferente et Abresch. ad Aristaenet. p. 316: *ὡς λόγος ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ τῶν θεῶν.* Apostolius Cent. XVIII, 22. p. 224 [ed. Dan. Heins. L. B. 1653]: *Ταχυβάμονας ὅρκους . . . . βέλτιον δὲ τοὺς ἐν ἑτέρῳ* (l. *ἑταίρῳ* vel *ἔρωτι* †)) *τινὶ γενομένους νοεῖν· ἀβλαβεῖς γὰρ οἱ ἐπιορκήσαντες· ὅθεν ἡ παροιμία, Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.*

ὗς] Eustath. p. 853, 33: *τῇ Ἀφροδίτῃ ὗς ἐθύετο, καὶ μάλιστα* P. 138
παρ᾽ Ἀργείοις, παρ᾽ οἷς καὶ ἑορτὴ Ἀφροδίτης τὰ ὑστήρια. [Haec mutuatus Eustathius ex Athen. III. p. 96, ubi plura de hoc ritu.]

[*ἡ μὲν μυρσίνη*] An quod planta littoralis? an quod morbis muliebribus multis conveniat? an quod odorifera et speciosa? an quod myrteam coronam Venus gesserit, cum vinceret deas in Paridis iudicio? hoc Nicander memorat in Alex. GALE. Villoisonus in Schedis confert Plutarch. Quaest. Rom. p. 268: *τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται. καὶ γὰρ ἣν νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσι, Μυρτίαν τοπαλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον*, ubi v. Xylandrum, inter alia Plinii verba afferentem gemina Hist. nat. XV, 19: *quin et ara vetus fuit Veneri Myrteae, quam nunc Murtiam vocant.* Vix vero hodie quisquam erit, qui cognomina illa nihil inter se commune habere non perspiciat, quum praesertim de origine et potestate nominis *Murcia*, quae murcida ab inertia et ignavia vocata est, dubitari nequeat. V. Schwenck. in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1836. No. 70. p. 568. Et *Murcius* nomen proprium, quod nemo a myrtis

†) [Sic iam interpres Latinus *in amore.*]

derivabit, inscriptum ponderi antiquo, de quo vide Panofka Mus. Bartoldian. p. 55. Ceterum in caussa explicanda, cur myrtus Veneri consecraretur, ipsi veteres magnopere inter se discesserunt: quorum opiniones acute perlustravit Vossius ad Virg. Ecl. VII, 61. p. 374. Praeterea Dianae quoque myrtum sacram fuisse, in Schedis Villoisonus ex Clemente Paedag. II, 8. p. 213 refert.]

φίλυρα] Horatius [Carm. I, 38, 2]:

Displicent nexae philyra coronae

Ovidius Fast. V, [337]:

Ebrius incinctis philyra conviva capillis.

De philyra seu tilia v. Ang. Politianum Lib. observat. et emendat. I, 72. p. 85. T. I. Lamp. Grut.

στεφάνων πλοκάς] Etym. M. p. 795, 3: Φίλυρα, φυτὸν ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Kuster. ad Suid. corrigit βύβλῳ ἢ παπύρῳ. Hesych. Φιλυρὸν, εὐῶδες, ἐλαφρόν. Suidas in Φιλύρινος Κινησίας habet: Φιλύρινος ἀντὶ τοῦ χλωρός· ἡ γὰρ φίλυρα χλωρά· ἢ κοῦφος . . . καὶ γὰρ τὸ ξύλον τοῦτο κοῦφον καὶ ἐλαφρόν, unde fortasse impugnari possit Heringae emendatio, qui Observ. crit. p. 275 legit φιαρὸν pro φιλυρόν, pro quo fortasse reponendum φιλύρινον, cui videmus et ἐλαφρότητα a Suida tribui.

Caput XXV.

P. 139 [τῶν πλείστων etc.] De variis Amoris genealogiis, quae apud veteres ferebantur, unam reconditiorem fabulam afferam, qua Zephyri et Iridis filius esse perhibebatur: de qua vide Lobeck. ad Aiac. p. 351 ed. pr. Quibus adiice Zephyri gigantis filium dici ab Euryto Lacedaemone μελοποιῷ, teste Io. Laur. Lydo de mensibus fragmento, quod edidit Hasius ad Lyd. de Ostent. p. 282. Ex quo poeta, cuius nomen non sollicitandum, quum affertur apospasmation Ἀγαλμοειδὴς Ἔρως, iuvat nunc adnotare, ingeniosam Meinekii Quaest. scen. Spec. I. p. 24 coniecturam ἀγλαομειδὴς dignam fuisse, quae ab eo certe memoraretur, qui vocabulum illud Thesauri Stephaniani editioni novissimae inseruit, cf. Welckeri Mus. Rhen. T. II. p. 254; etsi ego neque in significatu vocis neque in ratione grammatica quidquam inesse video, quod codicis scripturam nos relinquere cogat. Habentur enim alia quoque eiusdem compositionis exempla plura indubia, veluti σπερμολόγος, quod legitur Aristoph. Av. 232, iuxta σπερματολόγος. Valde notabilis nominum Κυμοδόκη et Κυματολήγη origine cognatorum forma, cuius diversitatem nemo est qui non intelligat a sola versus heroici conditione repetendam esse, unde vulgarem in usum recepta sunt. Utrumque nomen exhibet Vas pictum in Annal. dell' Inst. arch. 1832. p. 124 et 125; sed ibi vitiose scriptum *ΚΥΜΑΘΩΗ*.

Neque denique audiendum esse Schneidewinum, qui ad Ibycum p. 111 *ἀγανομειδὴς* coniiciebat, demonstravit Hermannus in Iahnii Jahrb. 1833. VIII, 4. p. 382.]

τοξότης] Xenoph. Mem. I, 3, 13: *τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι κα-* P. 140
λὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ᾽ ἁπτόμενον, ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησι καὶ πάνυ πόῤῥωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. De hisce Amoris iaculis v. quae e Libanio, Aristaeneto Meleagroque collegit Piersonus Verisim. II, 1. p. 147. [Haec eleganter describit Alexander Aphrod. in Probl. *α* (modo is auctor sit) *κατὰ τὰς ἀρχάς, ἐκ μιᾶς ἀκτῖνος τῶν ὄψεων ὁ ἔρως ἀποτελεῖται — αὕτη δ᾽ ἔοικεν βέλει, τῷ ἀκοντίζεσθαι πρὸς τὸ σῶμα.* GALE. Praeterea Villoisonus confert Musaei 90:

Σὺν βλεφάρων δ᾽ ἀκτῖσιν ἀέξετο πυρσὸς ἐρώτων,
καὶ κραδίη πάφλαζεν ἀνικήτου πυρὸς ὁρμῇ.
Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ·
ὀφθαλμὸς δ᾽ ὁδός ἐστιν· ἀπ᾽ ὀφθαλμοῖο βολάων
ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

Extremo versu notanda codicum Gothani et Veneti cuiusdam olim a me inspecti (v. Iacobs Achill. Tat. p. xciv) scriptura *κάλλος*. Adde Nonn. Dionys. XLII, 135:

ἠϊθέῳ γὰρ
κάλλος ὀπιπεύοντι καὶ ἥλικος ὄμματα κούρης
Κυπριδίων ἐλάχεια παραίφασίς ἐστιν ἐρώτων.

Hinc Sophocles Antig. 787:

νικᾷ δ᾽ ἐναργὴς βλεφάρων
ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας.

Afferri denique potest, oculorum ipsorum creationem Veneri ab Empedocle tributam fuisse: v. Buttmann. in Beckii Comment. soc. phil. Lips. IV, 1. p. 38.]

[*ἀπὸ τῆς ἐπιζητήσεως*] Aliam etymologiam habet Plato Phaedr. 32: *Ἡ γὰρ ἄνευ λόγου δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὁρμώσης κρατήσασα ἐπιθυμία, πρὸς ἡδονὴν ἀχθεῖσα κάλλους καὶ ὑπὸ αὖ τῶν ἑαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σώματος κάλλος, ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα, νικήσασα ἀγωγὴ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβοῦσα ἔρως ἐκλήθη.* Cf. Procl. in Plat. Cratyl. 16. p. 8 Boiss.]

Ἔρωτες] Theocrit. XV, 120: P. 142

οἱ δέ τε κῶροι ὑπερπωτῶνται Ἔρωτες.

Bion Epitaph. 62:

ὡδ᾽ ὀλοφύρατο Κύπρις· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

[De multitudine Amorum eorumque muneribus variis v. Welcker. ad Philostr. Im. I, 6. p. 237 seq.]

[πολυτροπία τῶν ἐρώντων] Alexand. Aphrod. φιλούντων ψυχαὶ εὐμετάβλητοι, et πολλοῖς ἔρωσιν ὁ αὐτὸς πολλάκις ὑποπίπτει. Moscho δραπέτης Ἔρως. GALE.]

[Ἵμερος] De hoc vide Boettigerum Amalth. II. p. 290. Schellingius Ueber die Gottheiten von Samothrace p. 61 numina illa ita distinguit: „Πόθος ist die Sehnsucht nach einem verlorenen oder doch jetzt abwesenden Gut. Wie Πόθος sich auf das Vergangene bezieht, so Ἵμερος auf das Gegenwärtige, Anwesende. Ἔρως ist das erste Entbrennen, die Begierde, die dem Besitz vorausgeht, also nach dem Zukünftigen strebt." De Πόθῳ Villoisonus in Schedis conferri iubet Eustath. p. 1679, 12, quippe ex Athen. XV. p. 679. C proficientem. Ἵμερον et Πόθον cum aliis figuris Bacchicis exhibet vas Siculum in Bull. dell' Inst. archeol. 1836. p. 122. In alio vasculo nunc in Ceromotheca Magni Ducis Badensium reposito iidem genii cum Amore Venerem comitantur, teste Creuzero Auswahl uned. Gr. Thongefässe p. 103, hac de re omnino conferendo.]

[ἀπὸ τοῦ ἵεσθαι] Eandem etymologiam Etymol. M. p. 467, 8. Grammaticus in Cramer. Anecd. T. I. p. 215 et Choeroboscus ibid. T. II. p. 223, ubi male ἵκεσθαι scriptum pro ἵεσθαι.]

[τῶν ὡραίων] Cf. Coray ad Hippocr. de aëre T. II. p. 208.]

P. 143 Ἔνιοι δὲ καὶ τὸν ὅλον κόσμον etc.] Finxit quidem Orpheus ex Chao primum ortum Amorem. Aiunt Orphici τὴν τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι (sc. ὕδωρ καὶ γῆν), δράκοντα δὲ εἶναι. — ἔχειν ἐπὶ τῶν ὤμων πτερά, πρόσωπον δὲ θεοῦ, κεφαλὰς ταύρου καὶ λέοντος (hinc Platoni Amor πολυκέφαλον θηρίον) ὠνομᾶσθαι δὲ χρόνον ἀγήραον, καὶ Ἡρακλέα — συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν ἀνάγκην, φύσιν οὖσαν, τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν ἀσώματον διωργυνωμένην ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην. Damascius περὶ ἀρχῶν ex Hieronymo et Hellanico. V. Athenagorae Legat. GALE. De Amore omnium rerum auctore vide quae congessit Beckius ad Aristoph. Av. 695.]

[νεαρὸν ὄντα] Plato Symp. 18, 3: ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ ἀεὶ νέον.]

πρεσβύτατον] Orph. Argon. 426:

πρεσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν Ἔρωτα,
ὅσσα τ' ἔφυσεν ἅπαντα, τὰ δ' ἔκριθεν ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

[Plat. Symp. 117. ed. Fisch. Ἔρως πρεσβύτατος ὢν, μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιός ἐστιν.]

[ταχεῖαν ὥσπερ ἀπὸ τοξείας] Plautus Trin. III, 2, 42:

Ita est amor, balista ut iacitur: nihil sic celere est neque volat,
atque is mores hominum moros et morosos efficit.

Adde Plat. Symp. 18, 3,]

Caput XXVI.

[*ἀναλαιπώρως*] In mente Cornutus habet nominis *Ἄτλας* originem P. 144
a *τλῆμι* ducendam, quo etiam respicit Schol. Eurip. Hipp. 742. Matth. Sic et alii permulti.]

ἐμπεριεχομένους] De hoc dogmate et vocabulo Stoicis proprio v. Theol. phys.

ἔχειν δὲ κίονας μακράς] Alludit ad Odyss. *α*, 52:

Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι,

ubi v. Eustath. p. 1389, 53, cuius in eadem pag. lin. 47 (ed. Basil. p. 18 lin. 10) maculam eluamus; sic enim habet: *Ὀδυσσεὺς . . . γέγονε τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ποθουμένης πατρίδος*, ubi lege *ποθούμενος*.

στοιχείων δυνάμεις] V. Proclum ad init. Hesiod. *Ἔργ. β'*. P. 145

ὀλοόφρονα] Eustath. p. 1389, 55: *ὀλοόφρονα τὸν τοιοῦτον Ἄτλαντα νοοῦσιν, ὡς τὰ ὑπὲρ ὅλων φρονοῦντα, ἤγουν τῶν ὅλων φροντιστικόν. διὸ καὶ ὁ Κλεάνθης, ὥς φασιν, ἐδάσυνε τὸ ο̄ τῆς ἀρχούσης.* [V. Schneid. Lex. h. v.]

[*φροντίζειν*] Huic verbo *περὶ* rarius iungitur: usus est phrasi Herodotus VIII, 36.]

[*Πλειάδας*] Mater earum secundum Cyclicos vocabatur teste Schol. Iliad. *σ*, 486 Pleione, quod nomen recordati ii videntur, qui *Πλειάδας* a *πλείων* derivarunt. Vide etiam Schol. l., de patre quoque earum Atlante disserentem, Galeo iam laudatum, qui praeterea conferri iubet Schol. ad Hesiodi *Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων*. Ovidius Fast. III, 105: ***Pleiadas Atlanteas.***]

Caput XXVII.

τῷ παντὶ] De Aegyptiis haec scribit Hecataeus Abderita ap. P. 146
Plutarch. de Is. et Osir. p. 354: *τὸν πρῶτον θεὸν τῷ παντὶ τὸν αὐτὸν νομίζουσιν.* Ibidem: *τὸ δ' ἐν Σάει τῆς Ἀθηνᾶς (ἣν καὶ Ἶσιν νομίζουσιν) ἕδος ἐπιγραφὴν εἶχε τοιαύτην· Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον.* Suidas: *Σύμπαν, ὃ λέγομεν κόσμον· τὸ σύμπαν τόδε*, ubi v. Toup. Em. in Suid. T. III. p. 174. Sic Hermes in *Ὑμνῳδίᾳ κρυπτῇ παλιγγενεσίας* c. 13. p. 37 deum alloquitur: *δυνάμεις ἐν ἐμοὶ* (quae vox Christianum latentem arguit) *σὲ τὸ πᾶν ὑμνοῦσι . . . ἐπὶ σὲ τὸ πᾶν. δέξαι ἀπὸ πάντων λογικὴν θυσίαν.* Notanda quae de deo et de eius trinitate ex Orpheo in Cosmopoeia sua affert Timotheus Chronographus laudatus Cedreno in Chronographia p. 46 et Euseb. in Chronicis: *ὁ δὲ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἐν τῇ αὐτοῦ βίβλῳ συνέταξεν, ὅτι διὰ*

τῶν αὐτῶν τριῶν ὀνομάτων μιᾶς θεότητος τὰ πάντα ἐγένετο καὶ ὁ αὐτός ἐστι τὰ πάντα. Orpheus H. in Pana init.

Πᾶνα καλῶ κρατερόν, νόμιον κόσμοιο τὸ σύμπαν,
οὐρανόν, ἠδὲ θάλασσαν, ἰδὲ χθόνα παμβασίλειαν,
καὶ πῦρ ἀθάνατον· τάδε γὰρ μέλη ἐστὶ τὰ Πανός.

Coelum, mare, id est aërem et aquam, terram et ignem, quae sunt quatuor elementa, dicit μέλη τοῦ παντός, ut Pseudo-Trismegistus sub finem cap. 16 Aesculapii ad Ammonem regem p. 43: μόρια τοῦ θεοῦ πάντα etc. Quae plane Spinozistica. [Vide Verulamii Sap. vet. Non male haec sequuntur; nam Orphici Panem διάκτορα ὅλου τοῦ κόσμου faciunt. Damascius. Quod et Amori tribuebant. Vide Suidam in Πρίαπος. GALE. Eandem rationem symbolicam, qua pro universo Pan habetur, secuti sunt ii qui Panis effigiem intra zodiacum vel adeo planetas inclusam gemmis insculpserunt. V. Toelken Geschn. Steine p. 208 et 209. Τῆς τοῦ παντὸς ἐμψυχίας ἐπώνυμον eum vocat Aristides Quintil. de mus. III. p. 156, cuius facultatis signum sit pedum ei ob hanc ipsam caussam attributum. Panis sigillo Manhemiensi, de quo v. Graeffii Grossherzogl. Antiquarium in Mannheim II. p. 25, subscriptum *ΑΡΚΗ* (sic) *ΠΑΝΤΩΝ*, si modo genuinum est. Ceterum in alia nominis etymologia ludit Auctor H. H. in Panem 47:

Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον, ὅτι φρένα πᾶσιν ἔτερψεν.

Verius Vossius ad Virg. Ecl. II. p. 70, cui Pan est ὁ πάων, pascens, pascuorum praeses. Cf. Motty Comm. de Fauno et Fauna sive bona dea, Berolini 1840, p. 23. In transcursu iuvat Iuliani locum apponere vitio liberandum, Epist. 51. p. 97 Heyl. τὸν μέγαν Ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν, καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρός. Sic postrema sine sensu. Tu corrige παντός pro πατρός. Cf. Damascius de princ. p. 144: καὶ εἰ ἐπὶ τῶν νοητῶν οὕτως ἀξιοῦμεν, τί χρὴ προσδοκᾶν ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ νοητοῦ παντὸς ὑποκειμένων δυοῖν ἀρχῶν;]

τραγῴδη] Orpheo dicitur αἰγομελής, H. XI, 5. [Αἰγοπρόσωπος et τραγοσκελής, Herodoto [II, 46]. GALE. V. Elmenhorst. ad Minuc. Fel. 21. p. 206. ed. Lugd. B. 1709. Hemst. ad Lucian. Dial. deor. T. II. p. 320. Bip. Ceterum in exhibenda hac Panis imagine Cornutus, non qua forma in artis operibus deus ille antiquo, sed potius suo, vel certe recentiore tempore fingi solitus sit, spectavit: quo modo exhibetur in sarcophago Cretensi in Pashley Travels in Crete T. II. p. 6, quicum conferas monita p. 13 seq. Nam florentissima artis Graeca aetate constat Panem forma iuvenis formosissimi mere humana repraesentatum esse, in qua nihil pecorini conspicuum nisi cornua arietina capitis fronte prominentia. V. O. Muellerum in Annali dell' Inst. archeol. 1835. T. VII. p. 167.]

διὰ τὸ ἐν τῷ αἰθέρι τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι] De hoc dogmate v. Theol. phys. Stoicorum. Cf. supra p. 142.

ὀχευτὴν] Hinc teste Eustathio p. 827, 32 omnis *καταφερὴς καὶ συνουσιαστικὸς Πὰν* dicitur. [De hircina Panis lascivia v. Hemst. ad Lucian. Dial. deor. T. II. p. 322. Bip. Motty l. l. p. 16.]

[*σπερματικῶν λόγων*] V. Villoisoni Theol. phys. Stoicorum. *Τὸν λόγον* esse Panem, iam Plato Cratylo 55 dixerat. Generalem huius numinis notionem his verbis complexus est Motty l. l. p. 15: „Voluerunt nimirum Graeci ***vim terrae masculinam a sole excitatam*** in montibus et pratis, in arboribus et herbis, in pecudibus et genere humano conspectam cognitamque, quae cum rusticorum praesertim et pastorum vita est coniuncta, eorumque potissimum animos permovet, divina eius origine intellecta, sub Panos specie colere et venerari." In his si quid inest veri, id ad scholam allegorizantium philosophorum magis pertinere censebis quam ad primitivam huius dei speciem et formam, ex pastoritiae et agrestis vitae notione unice repetendam. Illa explicandi ratio a Stoicorum doctrina, quam refert Cornutus, parum aut nihil differt.]

εἷς γὰρ καὶ μονογενὴς ὁ κόσμος ἐστί] Hoc Platonici hauserunt a P. 149
Timaeo Locro, qui p. 545 ed. Gal. mundum vocat *ἕνα μονογενῆ*. Eadem voce de mundo utitur huiusce sententiae fautor Parmenides in versu, quem servarunt Theodoretus Therap. IV. p. 504 (528) et Clemens Serm. p. 528 et quem respicit Hermias Irris. gentil. philosoph. p. 403: *οὖλον μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς ἠδ' ἀγένητον.* Plato in Timaeo p. 1084: *οὔτε δύο οὔτ' ἀπείρους ἐποίησεν ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονώς, ἔστι τε καὶ ἔσεται,* ubi vides hic, quemadmodum supra, *οὐρανὸν* idem esse quod *κόσμον.* Idem p. 1089: *ὅδε ὁ κόσμος . . . ζῶον ὁρατὸν . . . μονογενὴς ὤν.* V. et p. 1049 et 1052. Aristot. de coelo II, 14. Vita Hom. p. 329 ed. Gale: *εἷς ἐστὶν ὁ κόσμος καὶ πεπερασμένος.* Eleganter Iamblichus de myst. VIII, 1: *πρὸ τῶν ὄντως ὄντων καὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ἐστὶ θεὸς εἷς . . . ἐν μονότητι τῆς ἑαυτοῦ ἑνότητος μένων.* Theodoretus Therap. IV. p. 529 [T. IV. p. 795 ed. Schulz.]: *Ἵππασος δὲ ὁ Μεταπόντιος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Βλόσωνος ὁ Ἐφέσιος ἓν εἶναι τὸ πᾶν, ἀκίνητον καὶ πεπερασμένον, ἀρχὴν δὲ τὸ πῦρ ἐσχηκέναι.* Plutarch. de plac. phil. I, 5. p. 879 omnino videndus, quum in hoc loco perpendat, *εἰ ἓν τὸ πᾶν,* sic habet: *οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὲ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι καὶ τὸ σωματικόν.* Sic teste in Zenone Laertio p. 453 dicunt *ἕνα τὸν κόσμον εἶναι,* quam idem Laertius p. 455 Zenonis in libro de toto, Chrysippi et Apollodori in Physica, et Posidonii in primo naturalis sermonis sententiam fuisse docet. Sic et Parmenides apud Origen. Phil. p. 86 *ἓν τὸ πᾶν ὑποτίθεται.* Quem Parmenidem obiter notandum in multis cum Heraclito et adeo cum Stoicis consentire, ut

quum apud Theodoret. Therap. V. p. 545 animam dicit *πυρώδη*; apud Clement. Protrept. p. 42 *θεὸν* et *αἴτιον τῶν ὅλων* censet *τὸ πῦρ καὶ τὴν γῆν*, quorum tamen posterius non admittebant Stoici, in hoc Heraclitum et Hippasum eius magistrum secuti. Apud Theodoret. Therap. IV. p. 527 et 528 [p. 793 ed. Sch.] Parmenidis magister Xenophanes Colophonius *τῆς Ἐλεατικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος ἓν εἶναι τὸ πᾶν ἔφη, σφαιροειδὲς καὶ πεπερασμένον, οὐ γεννητόν, ἀλλ' ἀΐδιον καὶ πάμπαν ἀκίνητον*; quae fere sunt ipsamet Heracliti et Stoicorum verba. Cic. Acad. II, 37: ***Xenophanes unum esse omnia . . . et id esse verum deum.*** V. Aristot. Metaph. I, 5. Hanc doctrinam Zeno Eleates accepit a Parmenide, cuius *παιδικὰ* fuisse dicitur in Platonis Parmenide p. 1110, quem totum dialogum de hoc vide dogmate. Cf. Stob. Ecl. phys. p. 52 [p. 60. T. I. ed. Heer.]. Clemens Romanus Ep. I ad Corinthios p. 46 alios mundos trans Oceanum esse diversos ab eo quem incolimus putat, quod ei exprobrat Photius Bibl. Cod. 126 et de quo v. Hieron. Ep. ad Eph. I, 2 et Origen. de princip. II, 3, an, ut olim versibus ludebam:

> An fuit arcani naturae conscius orbis,
> quem post ingenti complexus mente Columbus,
> quos fines posuere dii, pede reppulit audax?

[Panem *πρωτόγονον* vocat Orpheus apud Damascium. GALE. In Orphico Fragmento XXVIII p. 486 Herm. enumerationi praecipuorum numinum verba haec ex philosophorum doctrina subiiciuntur: *ἓν τάδε πάντα.*]

[*Τὰς δὲ Νύμφας διώκει*] Cf. H. II. XIX, 3. Incertus poeta apud Servium Centim. p. XXII: ***Faune, Nympharum metus et voluptas.*** Ceterum de limpida Nympharum natura, quae hic intelligitur, supra monitum.]

ταῖς ἐκ γῆς ὑγραῖς ἀναθυμιάσεσιν] Plutarchus de plac. phil. I, 3. p. 875, ubi Aristotelem Metaph. I, 3 exscribit: *τὸ πῦρ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἀστρῶν ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεται, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος.* [Eadem eodem ex fonte Stob. Ecl. phys. T. I. p. 290. 292.] Nam, ut habet Hippocrates primo de diaeta 4, 10. p. 182, *τὸ ὕδωρ πάντα διὰ παντὸς θρέψαι δύναται.* Plutarchus l. c. II, 5. p. 887: *Φιλόλαος, διττὴν εἶναι τὴν φθοράν, τοτὲ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥυέντος, τοτὲ δ' ἐξ ὕδατος σεληνιακοῦ περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος· καὶ τούτων εἶναι τὰς ἀναθυμιάσεις τροφὰς τοῦ κόσμου.* In hoc loco pro *οὐρανοῦ* lego *οὐρανίου*, quum sequatur *ὕδατος σεληνιακοῦ*. [In qua emendatione Villoisono praeivit Corsinus, Reiskio probatus.]

[*τὸ δὲ σκιρτητικὸν*] Nonnus Dion. IX, 201:

> *ἀμφὶ δὲ πέτρῃ*
> *Πᾶνες ἐκυκλώσαντο χοροίτυπον υἷα Θυώνης,*
> *ποσσὶ δασυκνήμοισι περισκαίροντες ἐρίπναις,*

Βάκχον ἀντιάζοντες· ἑλισσομένων δὲ χορείῃ
αἰγείῃ κροτάλιζε ποδῶν σκιρτήματι χήλη.

Malim scribi *χοροίτυποι*: Bacchus enim puerulus non ipse saltans est

[*Νεβρίδα δὲ ἢ παρδαλῆν*] Ingenti pelle indutum Panem exhibet marmor anaglyphum in Gerhardii Neapels antike Bildw. T. I. p. 108. De nebridostolis omnia occupavit Creuzerus Ueber ein alt-athenisches Gefäss p. 76 seq. De pantheris eadem de caussa Bacchum comitantibus v. Cap. 30. p. 217.] P. 150

τῶν χρωμάτων] Plutarch. de plac. phil. I, 15. p. 883: *Ζήνων ὁ Στωϊκὸς τὰ χρώματα πρώτους εἶναι σχηματισμοὺς τῆς ὕλης.* Hinc *αἰόλος* et *παναίολος* sunt *φύσεως* propria epitheta. Inscriptio antiqua apud Gruterum a Graevio Lect. Hesiod. 16. p. 81 laudata:

ΦΥΣΙΣ ΠΑΝΑΙΟΛΟΣ
ΠΑΝΤ. ΜΗΤ

Συρικτὴν] Orpheus Fragm. XXVIII, 14 [ubi Iuppiter quidem dicitur, sed Pan intelligitur, quod non fugit interpretes]:

πνεύμασι συρίζων φωνῆσίν τ' ἠερομίκτοις.

Idem Orpheus sic Panem alloquitur Hymn. XI, 4:

ἐλθὲ μάκαρ, σκιρτητά, περίδρομε, σύνθρονος ὥραις,

ubi non displicet *συρικτά*. Vide quod dixit de Sole Hymn. VIII, 11:

κοσμοκράτωρ, συρικτά, πυρίδρομε, κυκλοέλικτε,

ubi melius conveniret *σκιρτητά*. Sed Orpheus Apollinem cum Pane confundit, Hymn. XXXIV, 25:

Πᾶνα, θεὸν δικέρωτ', ἀνέμων συρίγμαθ' ἱέντα.

[Nihil vero illo Orphicorum loco mutandum esse, potest vel ex iis colligi, quae paullo ante ad verbum *τὸ σκιρτητικὸν* attulimus. Ceterum de syringe Pani propria omnia nota. V. Vossium ad Virg. Ecl. II. p. 70. A Longo p. 56 ed. Schaef. Panis *ἄγαλμα* describitur *τραγοσκελές, κερασφόρον, τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον κατέχον.* Et sic in artis operibus Pani saepe syringa tributam videmus. V. Millin Monum. ant. ined. T. I. p. 25. Toelken Geschn. Steine p. 208, ubi duabus gemmis exstat Panis imago Olympum syringe canere instituentis. In numo Hunteriano, quem descripserunt Combe Mus. VII. No. 4 et Landon Numismatique du voyage d'Anacharsis tab. 43, exhibetur Pan, manu dextra pedo imposita, rupi insidens, infra syrinx et iuxta nomen *ΟΛΥΜ* minutioribus litteris inscriptum, quod ad Olympum, quem Pan edocuerit, malo referre quam ad Olympiam cum Muellero in Ann. dell' Inst. archeol. T. VII. p. 168 et 171; nisi forte figura numi non Panis, sed ipsius Olympi est. Possit etiam in illa epigraphe exhiberi eius, qui numi formam sculpsit, nomen compendifactum.]

[*ἐν τοῖς σπηλαίοις*] De hac Panis consuetudine v. Piersonum Ve- P. 151

ris. I, 3. p. 30, Villoisono laudatum. Galeus ex Maximo Tyr. Or. 38 *ἄντρον βαθὺ* Pani dicatum admovet.]

[*τὸ τῆς πίτυος στέμμα*] De pinu Pani sacra et corollis ea factis eiusdem in honorem v. Vossium ad Virgil. Ecl. VII. p. 361. Galeus conferri iubet Anonymum *περὶ ἀπίστων*. Nos addimus Crinagoram, in cuius epigrammate 7 in Brunckii Anal. T. II. p. 142 Pan vocatur *πιτυόστεπτος*. Cf. Motty l. l. p. 14. Redimitum Panem exhibet numus Augusti litteris Punicis inscriptus in Krebsii Num. vet. gymnasii Weilburgensis Spec. p. 38. De pineis sertis, quibus praeter Panem etiam alii eius generis dii cingebantur, ut Olympus, satyri, centauri, adeas Iacobs. ad Philostr. Imag. I, 21. p. 337. Incerti poetae versus enoplius exempli loco affertur a Bacchio Introd. mus. p. 25. ed. Meibom. *ὁ τὸν πίτυος στέφανον*.]

Πανικὰς λέγεσθαι ταραχάς] De Panicis terroribus v. Koppiersii Obs. phil. p. 121. [V. Anonymum *περὶ ἀπίστων* p. 103. GALE. Adde Aeneam Tacticum c. 27 ibiq. Casaubonum. Motty l. l. p. 21.]

[*θρεμμάτων ἐπίσκοπον*] Ad hunc dei cultum Longus II. p. 60 ed. Schaef. alludit lepida hac narratione: *Καὶ ταῦτα μὲν περιΐσταται κύκλῳ τὴν Χλόην ὥσπερ χορός, σκιρτῶντα καὶ βληχώμενα καὶ ὅμοια χαίρουσιν· αἱ δὲ τῶν ἄλλων αἰπόλων αἶγες καὶ πρόβατα . . . Θαύματι πάντων ἐνεχομένων καὶ τὸν Πᾶνα ἀνευφημούντων* etc.]

[*κεράστην*] Panis hoc epitheton legitur Orph. Hymn. XI, 12. *Δίκερως* vocatur in H. H. XIX, 2 et 37. Cf. Hemst. ad Lucian. Dial. deor. T. II. p. 320. Bip.]

[*δίχηλον*] Panem ungulis manifeste bovinis exhibet Marmor in Gerhardii Neapels antike Bildw. T. I. p. 108.]

ὁ Πρίαπος] V. Eustath. p. 32, 15. 691, 44. [Priapus dicitur Orphicis theologis *ἠρικαπαῖος*, ita etiam et Pan. Damascius. V. Suidam in *ἠρικαπαῖος* et Hesych. et Macrobium; item Suidam in *Πρίαπος*. אב פרא Onagri pater; v. Voss. Idol. II, 7. GALE. Nominis *ἠρικαπαῖος* vel *ἠρικεπαῖος*, quod Bentleius Epist. p. 143 seq. ed. Friedemann. *πρωτόγονος* interpretatur, varias explicationes expendit post Creuz. Symb. T. III. p. 296 seq. Lobeckius Aglaoph. T. I. p. 479, ipse rem ut desperatam in medio relinquens. Neque ego certi quidquam afferre possum. Dicam tamen, sed caute, quod sentio. Quod alii iam perviderunt, priorem vocabuli partem ab *ἔαρ* derivandam esse, id eo lubentius arripio, quo cum altera optime coire certius demonstrare posse mihi videor. Etenim posterioris partis elementa fundum habere suspicor in ea radice, ex qua verbum *κάπω*, *καπύω* cum tota familia derivatorum, ut *καπνός*, natum; de quo v. Schneid. Lex. v. *καπνός*. Ad substantivum *κάπος*, quod *πνεῦμα* interpretantur, provocare nolim, quoniam illud omni auctoritate destitutum, a gramma-

ticis fictum videtur †). Quum vero nihil obsit, quo minus in composito illo formam καπαῖος quoquo modo ab illa stirpe, in qua notio spirandi vel flandi inest, derivatam statuamus, ἠρικαπαῖος is erit putandus, verno tempore qui flatus edat vel perflet. Orphici iam illi, notiones generales symbolica quadam personarum imagine more suo includentes, comprehenderunt illius numinis symbolo eum spiritum vitalem, qui quum vere omnes naturae vires excitet et ad germinandum impellat, omnium rerum auctor et procreator habeatur, vel qui, ut aliis verbis utar, vitam omnibus inflet sive infundat. Cum qua explicatione plane consentit, quod Cedrenus et Malala Lobeckio laudati nomen illud interpretantur ζωοδοτήρ: luminis enim, aiunt, quod aethere perfracto terram collustret, tres esse nomina et facultates, Μῆτιν, Φάνητα et Ἠρικαπαῖον; hoc vero nihil aliud nisi ipsum deum invisibilem esse, trinis facultatibus potestatem suam declarantem, ex quo omnia nascantur. Ac fortasse hic ipse spiritus omnia fecundans non diversus est a flatibus illis, quos Cronus una cum Amore genuisse dicitur in hoc versu Orphico apud Schol. Apoll. Rh. III, 26:

αὐτὰρ Ἔρωτα καὶ πνεύματα πάντ᾽ ἐτέκνωσε.

Ceterum de Ἠρικαπαίῳ Damascium praeter locos a Lobeckio indicatos adi etiam p. 380. Veris autem notio cur spiritui illi admista sit, nemo est qui non perspiciat. Eleganter quod rei est declarat auctor Pervigilii Veneris, unde transcribimus vs. 59 seq.

Cras erit quo primus Aether copulavit nuptias.
Ut pater totis crearet vernus annum nubibus,
in sinum maritus imber fluxit almae coniugis;
unde fetus mixtus omnes aleret magno corpore.
Ipsa venas atque mentem permeante spiritu
intus occultis gubernat procreatrix viribus,
perque coelum perque terras perque pontum subditum
pervium sui tenorem seminali tramite
imbuit iussitque mundum nosse nascendi vias.

Ceterum Cornutus, ad quem redeo, haud male fecit, quod Pani continuo Priapum subiunxit. Magna enim inter utrumque numen cognatio, ita ut eorum attributa in unam imaginem nonnunquam collata sint; qualem sistit gemma scalpta in Descr. des pierres gravées du cab. d'Orléans T. I. tab. 76, in qua quod exhibetur sacrificium Pani offerri dicitur. Panem vero quo minus accipiamus fictum ipsum obstat ingens membrum virile, quo deus conspicuus, quod a Pane alienum. Cum Priapo vero insuper convenit frugum omnis generis

---

†) Falli grammaticos qui κᾶπος scribant, ut nonnisi dialecto a κῆπος differat, vel illius vocis prosodia satis docet. Ex quorum numero est, ut unum afferam, Scholiasta a Valckenaerio editus Il. χ, 467.

oblatio a puellis arae admota, dum contra deus ipse fistulam ori applicat, qua Pan magis quam Priapus gaudere solet. Habemus igitur hic signum numinis ex duobus in unum conflati.]

P. 153 [τὴν πλεονάζουσαν etc.] Πολύσπορος, Orpheo. V. Pig. Mens. Isiac. p. 91. GALE.]

[παγκαρπία] An ergo פרי אב fructuum pater Priapus? GALE. In artis monumentis saepe vidisse memini Priapum veste fructuum congeriem attollentem sinuque continentem, quemadmodum Cornutus hic imaginem eius describit. Exempli loco sit gemma scalpta apud Toelkenium Geschn. Steine p. 208. No. 1131.]

[φύλαξ τῶν τε κήπων] Inscriptio nuper reperta, in Ephem. litt. Hal. 1834. Intellig. No. 65. p. 532:

Hortorum custos pene destricto deus
Priapus ego sum: mortis et vitae locus.

Mox cum verbis, quibus huius patrocinii caussa enarratur, μάλιστα δὲ τὸ ποικίλον etc. conferas haec Mythographi Vaticani Secundi c. 38. p. 97 ed. Maii: ***Dicitur autem praeesse hortis propter fecunditatem: nam cum alia terra semel aliquid erect, horti numquam sine fructu sunt: et cum alia terra semel in anno proventum habeat, hortus habet multiplicem,***]

[καὶ τῶν ἀμπέλων] De Priapi cultu Bacchico alibi dicturus, nunc hoc adiicio, a quibusdam olim Priapum cum Baccho eundem esse creditum. V. Suid. v. Πρίαπος. Schol. Theocr. I, 21 et Schol. Lucian. T. II. p. 79. Bip.]

P. 154 [τοιαύτην ὡς ἐπίπαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐσθῆτα ἔχοντος] Ἀνθηρὰν intellige ex c. 30. p. 216. Veste amicti Priapi signum exhibet Boissardi Tabula 73.]

[Δρέπανον etc.] Virgilius IV Georg.

Et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Baal-Zephon furum custos et speculator. Pingebantur Satyri (et Pan) manu obumbrantes frontem, ἀποσκοποῦντες ideo dicti Plinio et Hesychio in ὑπόσκοπον et σκωπευμάτων. GALE. Immo quod in speculis petrarum considere solent.]

[ἐκτεμνούσης αὐτὰ καὶ φθειρούσης] Hinc in Epigrammate laudato ***mortis et vitae locus.***]

προεστὼς αὐτοῦ λόγος] De hac voce et re Stoicis propria v. Theol. phys. Diogenes Laert. v. Zenon. p. 196 ed. Lond. ubi v. Menag. p. 183 et quos allegat auctores. Seneca Epist. 65: ***Dicunt Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, caussam et materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat. Caussa autem, id est ratio, materiam format et***

quocunque vult versat, ex illa varia opera producit. . . . . . . Faciens, hic deus est. Manilius II, 82 de mundo:

Hic igitur deus et ratio, quae cuncta gubernat.

Hic λόγος erat νοῦς Thaletis et Anaxagorae et Platonis et natura naturans Spinozae, quam distinguit a natura naturata, quae est materia. V. Lipsii Physiol. Stoic. I, 4. p. 20. 21 et Senecam de benef. IV, 7: *quid enim aliud est natura quam deus et divina ratio, toti mundo et partibus eius inserta?*

οἰκεῖον] Vox οἰκεῖα est *propria*, quum aliquid alicui proprium P. 155 designatur. Hinc emendandus Themistius, qui Orat. XXII. p. 281. B [p. 304 Dind.] quum imaginem sistit amicitiae et simulationis, illam inter alia ita propriis depingit coloribus: ἀμφίεστο δὲ λευκόν τινα κόσμον ΙΚΕΟΝ διαφανῶν καὶ λεπτῶν ἱματίων, ubi Abresch. Annotat. ad quaedam loca N. T. ed. Medioburgi 1743. p. 541 corrigit ἱκανῶς; at ego οἰκεῖον legendum censeo. Graeci vulgares efferunt οἰκεῖον ut ΙΚΕΟΝ. Hinc natus error. Petavius corrigit εἰκαῖον. [In eandem cum Villoisono emendationem incidisse Hemsterhusium Dindorfius adnotavit.]

ἐμπεριόδως] Diodor. Sic. I, 11: τούτους δὲ τοὺς θεοὺς ὑφίστανται τὸν σύμπαντα κόσμον διοικεῖν, τρέφοντάς τε καὶ αὔξοντας πάντα τριμερέσιν ὥραις ἀοράτῳ κινήσει τὴν περίοδον ἀπαρτιζούσαις, τῇ τε ἐαρινῇ καὶ θερινῇ καὶ χειμερινῇ.

Caput XXVIII.

οὐχ ἑτέρα τῆς γῆς] Timaeus Locrus p. 552: γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυ- P. 156 μένα ἑστία θεῶν. V. Theol. phys. [Vesta eadem est et Terra: *subest vigil ignis utrique*, Ovidius. Et: *Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.* Idem. GALE. Lactant. II, 6. Idelero veterum illam opinionem, qua Vesta sive Ἑστία eadem quae Terra putetur, Romanis demum deberi contendenti, in Wolfii Mus. der Alterth. II, 3. p. 397, minime ego adstipulor; non solum enim ea Stoicis propria, sed adeo Stoicis antiquior. Euripides fragm. ed. Barnes. 178:

Καὶ γαῖα μῆτερ, Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Ceterum Ovidii ille locus exstat Fast. VI, 266:

Vesta eadem est et Terra: subest vigil ignis utrique:
significant sedem terra focusque suam,

ad quem cf. Merkelium p. c, pluribus hanc veterum sententiam illustrantem, eundemque et p. ccxxxix et ccxlvii. Cf. et notata ad c. 6 fin.]

ἑστάναι διὰ πάντων Ἑστίαν] Aristot. de mundo 2: ταύτης δὲ τὸ μέσον, ἀκίνητόν τε ὂν καὶ ἑδραῖον, ἡ φερέσβιος εἴληχε γῆ, παντοδαπῶν

ζώων ἑστία τε οὖσα καὶ μήτηρ. Cf. Etym. M. p. 382, 32. [De hac nominis etymologia v. Hemsterh. ad Lennep. Etym. p. 224. Alias enarrat Proclus ad Plat. Cratyl. 138. p. 84 ed. Boisson. Cf. Creuzer Symb. T. II. p. 622. Intpp. ad Sallust. de mundo p. 109 ed. Orell.]

[ἐπὶ θεμελίου] V. ad cap. 6 fin.]

γῆν μητέρα] Sextus Emp. adv. Physicos IX. p. 592: ἡ Δημήτηρ, φασίν, οὐκ ἄλλο τι ἐστὶν ἢ γῆ μήτηρ, ubi v. Fabric. annotantem Dorum iusiurandum esse, οὐ δᾶν pro οὐ μὰ τὴν γῆν, apud Theocrit. III, 39. [Schol. Eur. Phoen. 1403: φεῦ δᾶ] Τὸ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ, Δωρικῶς.] Eustath. p. 765, 23: Δημήτηρ ἐστὶ γῆ μήτηρ ἀλληγορικῶς. Eadem etymologia apud Diodor. Sic. I. p. 16 Wessel. Orpheus apud Theodoret. Therap. serm. III. p. 515:

Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα.

Balbus apud Cic. de N. D. II, 26: *ab illis* (Graecis) *quoque Δημήτηρ quasi Γῆ μήτηρ nominata est.* [Sophocl. Oed. Col. 1480: Γᾶ μάτηρ. Koen. ad Greg. Cor. p. 373. Schaef. Hanc nominis Δημήτηρ originem argutius quam verius nuper in dubium vocavit Schwenckius in Zeitschr. f. d. Alterth. 1841. p. 653. Cf. Hermanni Quaest. Oedipod. p. 70.]

P. 157 [Δηώ] De hoc Cereris nomine (Sophocl. Antig. 1108) v. Creuzer. Symb. T. IV. p. 274 seq. Ignarra et Mitscherl. ad H. H. in Cer. 122. Ruhnken. Epist. ad Ernest. p. 49. Etiam ΔΗΙΩ scribi, admonet Schow Chart. papyr. p. 82.]

[Ἑστία παρθένος etc.] Vestam Romanorum magis hic in mente Cornutus habuisse videtur quam Graecorum Ἑστίαν, quippe cuius sacra, licet ipsa virgo putaretur †), obiisse virgines non tradatur, sed viduas vel matronas prytanibus simul etiam hic illic adiuvantibus. V. Creuz. l. c. p. 628. Syllog. inscr. p. 275. Et Romanorum cultum deae spectari, illud ipsum ἡμῖν, quod Cornutus adiecit, indicare videtur. Neque ego intercesserim quo minus παρθένων, quod mox legitur, proprie de Vestalibus ipsis accipias. *Virginum* enim nomine simpliciter a Romanis Vestales dictas esse, demonstravit Cramerus Excursu IV ad Gellium p. 6 seq. Cf. Flor. I, 13, 12 et Cic. III. Catil. 4, 9.]

εἶναι γεννητικὴν] Plutarch. vit. Numae p. 66: τὸ ἄκαρπον καὶ ἄγονον τῇ παρθενίᾳ συνοικειοῦντες.

Δημήτηρ οὐκ ἔτι etc.] De Iovis in Cererem amoribus v. Arnob. adv. gent. V. p. 170 et 171. [Οὐκ ἔτι, ἀλλὰ insolentius dictum pro *numquam nisi.* Similis iunctura apud Galenum de Hippocr. et Plat. plac. VII. init. T. V. p. 587 ed. Kühn: Οὔτε Στωϊκὸς φιλόσοφος, οὔτε

---

†) V. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 109. Matthiae Animadv. ad H. H. in Ven. 22.

Περιπατητικός, οὔτε ἰατρός τις ὁμοίως θρασὺς . . . ἔσται, ἀλλ' ἔνιοί γε καὶ φανερῶς ἐπὶ τὸν ἀληθῆ μετέστησαν λόγον. Vulgare est *ἔτι insuper, praeterea* cum *ἄλλος* iungi: v. Doederlin. in Thierschii Act. phil. Mon. I, 1, p. 34.]

Κόρην] De hac v. Plutarch. de facie in orbe lunae p. 942. Notanda et haec Plutarchi in eodem libro p. 943: *τοὺς νεκροὺς Ἀθηναῖοι Δημητρείους ὠνόμαζον.* P. 158

μέχρι κόρου] Porphyrius ap. Euseb. Praep. evang. III, 11. p. 109: *ἡ Δημήτηρ ἐκ Διὸς κυεῖ τὴν Κόρην ὥσπερ οὖν ἡ πεδιὰς γῆ τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυγανωδῶν σπερμάτων.* [V. Etym. M. p. 529, 52. Itaque Cora praeest agriculturae: v. Graevii Lect. Hesiod. 10. p. 52.]

[*ζώων μήτηρ*] Hinc *Vesta Mater* in numis saepe obvia †), eo a tempore sic dicta, quo Vesta cum Cybele dea matre confusa fuit. Ad hunc deae cultum iamiam adulterinum pertinent quae Eusebius Praep. evang. III, 11. p. 109 de figura Vestae tradit: *καθὸ δὲ γόνιμος ἡ δύναμις, σημαίνουσιν αὐτὴν γυναικὸς εἴδει προμάστου.* Sic enim pro *πρὸ μαστοῦ* cum Creuzero Symb. T. II. p. 640, aliis praeeuntibus, aut *πολυμάστου* legendum. Neutra vox in Lexicis.] P. 159

Στρογγύλη] Hanc formam, quod perfectissima esset, et mundo tribuebant Stoici, Pythagorici, Aegyptii, apud Laert. prooem. p. 4, Indi, teste Megasthene apud Strabon. XV. p. 490; et quum deus ac mundus Stoicis idem essent, hinc Stoicorum deus rotundus erat. [Sphaericam terrae formam fuisse, Stoicorum erat placitum: v. Lexicon ap. Hermann. de em. gr. gr. rat. p. 325. Mirum vero eos, qui de simulacri forma et figura, quo Vesta a veteribus fingeretur, accurate egerunt, Lessingium Laoc. IX. p. 95, Millinum Mythologische Gallerie p. 276 et Creuzerum Symb. T. II. p. 639 ††), hunc Cornuti locum latuisse, quo praesertim ea quae de Codini verbis Lessingius commentus est, facile expediri poterant. Etenim haec Georgius Codinus de orig. Constant. p. 12 ed. Venet. et Suidas: *Τὴν γῆν λέγουσιν Ἑστίαν, καὶ πλάττουσιν αὐτὴν γυναῖκα, τύμπανον βαστάζουσαν, ἐπειδὴ τοὺς ἀνέμους ἡ γῆ ὑφ' ἑαυτὴν συγκλείει.* Quibus verbis quum facile appareat, caussam ab inclusis ventis repetitam perineptam esse, Lessingius bene intellexit, quod tympanum Vestae tribuatur, id huic deae recte convenire, quatenus eadem sit ac Terra, cuius forma rotunda sit atque quae adeo *τυμπανοειδὴς* appelletur. Et haec quo veriora esse videantur, eo minus Lessingius de rei traditae fide suspicionem excitare debebat, quae collato iam Cornuti loco mirifice com-

---

†) V. Rasche Lex. rei num. T. V. P. II. p. 1046.

††) Statua quaedam Dresdae servata Vestam deam exhibere putatur. V. Beckeri August. Tab. VIIC et Annal. litt. Heidelb. 1812. No. 21. p. 323. Non, credo, iure. De Terrae signo adeas nunc Ann. dell' inst. arch. 1831. p. 60 seq.

probatur. Etenim quum rotunda forma Vestam, quatenus terra sit, exhiberi Cornutus dicat, non potest nunc dubitari, eandem formam a Codino quoque universe designari, quum tradit, Vestam tympanum gestare: hoc vero tympanum quale sit, haud ita facile expeditu est. Nam quod rei consentaneum esset, id quod Vestam gestare Codinus scribit, non tympanum sensu proprio, sed globulum, h. e. terrae rotundae symbolum, minime vero, quod Lessingius putavit, rotam fuisse, ita ut Vestam nobis fingamus terram vel capiti impositam vel etiam manibus gestantem, id lubenter probarem, si deae simulacra, quae in artis monumentis, praesertim in numis conspiciuntur, hunc fere in modum efficta essent. Alia vero omni forma hoc numen exhibetur quam ea, qua addito rotundae terrae symbolo significetur; quod enim tutulo ornata fingitur, id eo minus huc traxerim, quo ipsa tutuli forma a globuli specie longius recedit. In hac rei difficultate explicanda si nobis cum uno teste Codino agendum esset, ego huius scriptoris ob auctoritatem haud magnopere laborandum censerem Lessingioque adstipularer, Codinum aut falsa tradidisse aut simulacra diversorum numinum inter se confudisse suspicanti. Sed ita quo minus statuamus, prohibemur altero Cornuti testimonio, de cuius sinceritate cur dubitemus nulla omnino caussa est. Huius vero verba *στρογγύλη πλάττεται*, vix aliter accipi possunt, quam ut non de ipsius deae signo, sed potius de eius deae, quatenus eadem est cum terra rotunda, natura in universum dicta videantur, scilicet de rotunda templorum, quibus maxime a Romanis colebatur †), forma interpretanda. Neque haec explicandi ratio aliena videbitur ab homine Romano, qualis Cornutus putari voluit, de dea cummaxime Romana exponente. Neque etiam defuere, qui hanc templorum formam ab illo deae symbolo repeterent, ipso Ovidio praeeunte, Fast. VI, 266 seq., ubi v. intpp. et Oisel Sel. num. p. 252 seq. In qua explicatione eo non offendendum, quod templi forma iam in ipsius deae figuram transfertur. Vesta enim non tam dea, quam simul ipse ignis sacer, focus vel ara ardens cum aede superstructa existimabatur, ita ut sane Vesta ipsa rotunda appellari potuisset. Itaque non mirandum, *ἑστίαν* de quovis loco sacro, quo sedem suam numen aliquod haberet, dictam esse, quo sensu suspicor legi in ara, cuius inscriptionem habes editam in Journal des Savans 1831. p. 56, *ΕΣΤΙΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ* etc. a Raoul-Rochette, qui ibi tractavit, haud feliciter expeditam. His positis, quae non sine probabilitate disputasse nobis videmur, Codini testimonium, ad quod revertimur, tantum abest, ut huic explicationi adversetur, ut adeo favere videatur. Etenim quod

---

†) Hoc multae numorum imagines et scriptores testantur. Cf. Nibby Viaggio antiquario nei contorni di Roma T. I. p. 157.

rotundae aedis formae consentaneum est, ut tecto in testudinis modum concamerato clauderetur, quae forma *θόλος* Graece itidemque Latine dicitur, et quae non solum Vestae templis propria esse dicitur ab Ovidio Fast. VI, 282 et 296, sed quae etiam in numis, qui ad Vestae sacra spectant, repraesentatur (v. Spanhem. de praest. num. T. II. p. 647): id optime cum iis, quae Codinus enarrat de Vesta tympanum gestante, conciliari potest, si quidem tholus a tympani forma nihil discedit et recte ipse tympanum vocari potuit; nunc enim Codini mulier, quae tympanum gestat, quamquam ipsius Vestae est simulacrum, tamen huius ut speciem prae se ferret, significanda eo erat symbolo, quod ipsius proprium esset, h. e. tympano, quo rotundi tecti imago referretur. Repetenda igitur tota haec Vestae effigies a primitiva eius notione, qua nihil aliud erat quam ignis sacer in ara vel foco incensus, qui ne exstingueretur, peribolo circulari circumiecto muniebatur. Plutarch. Numa 9: *Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβαλέσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν;* in iis vero quae idem statim subiicit, et quibus a vulgi sententia discedit, non potest dubitari ex opinione eorum cum locutum esse, qui Numam Pythagoreorum sectae adscriptum fuisse putarent †): *ἀπομιμούμενος*, ait enim, *οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι καὶ μονάδα· τὴν δὲ γῆν, οὔτ᾽ ἀκίνητον, οὔτ᾽ ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ αἰωρουμένην, οὔτε τῶν τιμιωτάτων οὐδέν, οὔτε τῶν πρώτων τοῦ κόσμου μορίων ὑπάρχειν.* Iam aliquis per me licet dicat, tympano a Codino significari coeli polum a terra sustentatum: quae Stoicorum, ni fallor, sententia fuit. Heraclides Alleg. Hom. p. 457 ed. Galei: *κύκλῳ δ᾽ ὑπὲρ αὐτὴν (τὴν γῆν) οὐρανὸς ἀπαύστοις περιφοραῖς εἰλούμενος ἀπ᾽ ἀνατολῆς εἰς δύσιν τὸν ἀεὶ δρόμον ἐλαύνει.* Cf. Anonym. de mundo 2: *τοῦ δὲ σύμπαντος οὐρανοῦ* etc. Quicum consentit ea ratio, qua coelum vel potius circulum coeli finientem veteres repraesentabant, *τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον*, ut cum Alexide ap. Athen. II. p. 60. B loquar, id est concavum, cui terra subiecta, concameratum hemisphaerium ††), quod tympani figurae prorsus respondet. Et ipso vocabulo *τῶν τυμπάνων* quasdam terrae regiones, quatenus in circulum finientem incidant, vocatas esse, tradit Olympiodorus ad Aristot. Meteorol. T. I. p. 301 ed. Ideler, scilicet *διὰ τὸ ἐοικέναι κώνοις κολούροις.*]

---

†) V. Ideler in Wolfii Mus. d. Alterthumsw. II, 3. p. 398. Adde Cic. Rep. II, 15. De illo Pythagoreorum placito v. Aristot. de coelo II, 13.

††) V. Raoul-Rochette Mémoire sur les représentations figurées d'Atlas p. 10.

κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς οἴκους] Legendum *βωμούς*. De hac Vesta Balbus Stoicus ap. Cic. de N. D. II, 27: *vis autem eius ad aras et focos pertinet*. Augustinus de civ. dei IV, 10. p. 235: *cum Vestam nonnisi ignem esse perhibeant pertinentem ad focos, sine quibus civitas esse non potest*. Rationem subiicit Cornutus, cur Vesta *κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς βωμούς*, scilicet *διὰ τὸ καὶ τὴν γῆν τοιαύτην εἶναι*. Vita Hom. p. 324 [ed. Gale]: *ἡ γῆ ἐν μέσῳ οὖσα πανταχόθεν*. Philo II Legis allegoriar. p. 79 *γῆν* vocat *τὸν μεσαίτατον χῶρον λαχοῦσαν*. Plutarch. adv. Stoicor. sent. p. 1066: *ἡ γῆ τὴν μέσην χώραν ἔχουσα*. Enimvero terra, quae dicebatur Vesta, secundum Stoicos erat sita in media mundi parte, ut ait Balbus ap. Cic. de N. D. II, 36, qui et II, 39: *terra universa locata in media mundi sede solida et . . . globosa et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata*, ut immediate supra Cornutus habet de Vesta, *στρογγύλως δὲ πλάττεται*. Stoici, teste Diogene Laert. p. 201 ed. Lond. statuunt *μέσην τὴν γῆν κέντρου λόγον ἐπέχουσαν*. Unde Lipsius Physiol. Stoicor. II, 18. p. 230 habet: „Natura est quae repugnat, et sistit, et tendere eam ad media sui iubet: ad media,

quia totus ab illa
tantumdem refugit mundus fecitque cadendo
undique ne caderet; medium totius et imum est,

ut ingeniose Manilius [I, 168] scripsit". Sic Stoici, teste eodem Laertio p. 197, volunt *ὑποστάθμην πάντων τὴν γῆν μέσην οὖσαν*, ut Manilius *medium totius et imum est*. Haec de statu terrae erat Thaletis, Anaximandri et Plinii II, 69 sententia. V. Plutarch. de plac. phil. III, 11. Apud Galenum de Hippocrat. et Plat. plac. VIII, 1. T. V. p. 227 [T. V. p. 654 ed. Kühn.] *Εὐκλείδης μὲν ἐνὶ* (aut *ἐν*) *θεωρήματι τῷ πρώτῳ κατὰ τὸ τῶν φαινομένων βιβλίον ἐπέδειξε δι' ὀλιγίστων ἐπῶν, τὴν γῆν μέσην εἶναι τοῦ κόσμου, καὶ σημείου καὶ κέντρου λόγον ἔχειν πρὸς αὐτόν* etc. Haec autem habemus in libro, qui dicitur *τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμ.* p. 8 [p. 7 ed. Ast.]: *Ἐοίκασι δὲ κατά γε ταῦτα κατηκολουθηκέναι τοῖς Πυθαγορείοις οἵ τε περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Παρμενίδην καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν πάλαι σοφῶν, φάμενοι τὴν μοναδικὴν φύσιν Ἑστίας τρόπον ἐν μέσῳ ἱδρῦσθαι, καὶ διὰ τὸ ἰσόῤῥοπον φυλάσσειν τὴν αὐτὴν ἕδραν· καὶ δὴ Εὐριπίδης, ὡς Ἀναξαγόρου γενόμενος μαθητής, οὕτω τῆς γῆς μέμνηται, Ἑστίαν δέ γε* (l. *γ'*) *οἱ σοφοὶ βροτῶν νομίζουσιν* †). Auctor libri de mundo c. 2: *ταύτης δὲ* (*τῆς τῶν ὅλων τάξεώς τε καὶ διακοσμήσεως*) *τὸ μὲν μέσον ἀκίνητόν τε ὂν καὶ*

---

†) [Ex Macrob. Sat. I, 23 fragmentum Euripidis integrius ita affertur, inter incerta ed. Matth. p. 411:

Καὶ Γαῖα μῆτερ· Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.]

ἑδραῖον ἡ φερέσβιος εἴληχε γῆ, παντοδαπῶν ζώων ἑστία τε οὖσα καὶ μήτηρ, et: διάμετρος τοῦ κόσμου μέσην ἔχουσα τὴν γῆν. Hoc Stoici hauserunt a Timaeo Locro, qui p. 552 ed. Gale habet: γᾶ δ', ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, ἑστία θεῶν, ὅρος δὲ ὄρφνας καὶ ἀμέρας γίνεται. Cornutus p. 147 et p. 148: εἰς τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ ὁ λίθος οὗτος etc. Axiochus p. 1308: τῆς γῆς ἐχούσης τὰ μέσα τοῦ κόσμου. Heraclides Alleg. Hom. p. 457: μεσαιτάτη γὰρ ἁπάντων ἑστία τις οὖσα καὶ δύναμιν κέντρου ἐπέχουσα, καθίδρυται βεβαίως ἡ γῆ πᾶσα. Dionysius Hal. Antiq. II, 66. T. I. p. 376 ed. Reiske: Ἑστίᾳ δὲ ἀνακεῖσθαι τὸ πῦρ νομίζουσιν, ὅτι γῆ τε οὖσα ἡ θεὸς, καὶ τὸν μέσον κατέχουσα τοῦ κόσμου τόπον. Cf. Plutarch. vit. Numae p. 67. Cic. Tusc. I, 7. Anaximander ap. Laert. p. 33 dicit μέσην τὴν γῆν κεῖσθαι, κέντρου τάξιν ἐπέχουσαν, οὖσαν σφαιροειδῆ. Idem Platoni tribuit Laertius p. 87, qui hoc primum a Parmenide dictum scribit p. 242: πρῶτος ἀπέφηνε σφαιροειδῆ καὶ ἐν μέσῳ κεῖσθαι. Apud Stob. Ecl. phys. p. 51 [T. I. p. 488 ed. Heer.]: Φιλόλαος πῦρ ἐν μέσῳ περὶ τὸ κέντρον, ὅπερ ἑστίαν τοῦ παντὸς καλεῖ, καὶ Διὸς οἶκον, καὶ μητέρα θεῶν, βωμόν τε καὶ συνοχήν etc. Orph. Hymn. in deorum matrem 5:

ἣ κατέχεις κόσμοιο μέσον θρόνον, οὕνεκεν αὐτὴ
γαῖαν ἔχεις.

H. in Vestam 1:

[Ἱστίη εὐδυνάτοιο Κρόνου θυγάτερ βασίλεια,
ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου.]

Cf. Meurs. de denario Pythagor. c. 1. p. 1350. [V. Boeckhii Philolaos p. 114 seq.] Cur autem terra dicta ἑστία, v. apud Plutarch. de primo frigido p. 954. Auctor libri de mundo Aristoteli immerito tributi interdum Stoicissans sic habet c. 3: κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ κόσμου συνερηρεισμένη γῆ πᾶσα καὶ πεπιεσμένη συνέστηκεν, ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, ut Cornutus hoc eodem loco habet: διὰ τὸ καὶ τὴν γῆν τοιαύτην εἶναι, καὶ οὕτως ἱδρύεσθαι συμπεπιλημένην. Quae omnia nostram firmant emendationem, quam per nebulas vidit Gale.

τοιαύτην εἶναι] Sic legitur in Ezour Vedam p. 9: „La terre est de figure ronde, mais un peu oblongue: c'est pour cela que les sçavants l'ont comparée à un oeuf". Et infra p. 10: „Du reste quand je t'ai dit, que les sçavants comparoient la terre à un oeuf à cause de sa figure et qu'ils lui avoient donné pour cela le nom de Brammandou, ne t'imagine pas, qu'ils ayent voulu dire que la terre étoit l'oeuf de Bramma, comme le mot semble le signifier; ce n'est qu'une simple comparaison par un seul mot."

[τῷ εἰς ταύτην ἀναλύεσθαι etc.] Timaeus Locrus, de mundo loquens: ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχων. GALE.] P. 161

ἀναλύεσθαι] Sic Thales apud Hermiam Irris. gentil. phil. p. 27: ἐκ τοῦ ὑγροῦ πάντα συνίσταται καὶ εἰς ὑγρὸν ἀναλύεται. Idem fere in

Iustino Coh. ad Graecos p. 9, ubi male quidam MS. διαλύεσθαι pro ἀναλύεσθαι. V. eundem et p. 11. Nicomach. Arithm. II. p. 39 [p. 108 ed. Ast.]: Ἐπειδὴ στοιχεῖον λέγεται καὶ ἔστιν, ἐξ οὗ πρωτίστου συνίσταταί τι καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται.

ἀπὸ πρώτης etc.] Proverbium ἀφ᾽ ἑστίας ὁρμᾶσθαι legitur apud Plutarch. de facie in orbe lunae apparente p. 920. Idem de primo frigido p. 948: δεῖ γάρ, ὥσπερ ἀφ᾽ ἑστίας, τῆς τῶν ὅλων οὐσίας, ἄρχεσθαι τὴν ζήτησιν. Michael Apostol. Cent. V, 20. p. 54: Ἀφ᾽ ἑστίας. Plato Cratyl. [39. p. 401. A]: ἀφ᾽ Ἑστίας ἀρχώμεθα κατὰ τὸν νόμον, et [40. p. 401. D]: τὸ γὰρ πρὸ πάντων θεῶν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ προθύειν εἰκὸς ἐκείνους, οἵτινες τὴν πάντων οὐσίαν Ἑστίαν ἐπωνόμασαν. [V. proverbium, ἀφ᾽ Ἑστίας, apud Porphyrium 2 περὶ ἀποχ. Zenob. et Hesych. et Eustath. Odyss. H. GALE.]

εἰς ἐσχάτην αὐτὴν κατέπαυον] Balbus Stoicus apud Cic. de N. D. II, 27, de Vesta loquens: *vis eius ad aras et focos pertinet. Itaque in ea dea, quae est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est.* V. Potter Archaeol. Gr. IV, 20. p. 758.

[στέφεσθαι καὶ καλύπτεσθαι] Cererem cum velo albo et spica exhibet Seguini nummus p. 22. Supplices ad eam confugientes sedebant συγκεκαλυμμένοι ἐπὶ τῆς Ἑστίας. Schol. Iliad. ω. Palaephat. c. 41. GALE. V. Feithii Antiq. Hom. III, 14.]

στάχυσιν ἐστεφανωμένη] Cererem spicis redimitam capillos spiceaque donatam corona vide in nummis et apud Ovidium, Tibullum Horatiumque a Graevio Lect. Hesiod. 7. p. 33 ed. Amstel. 1701 laudatos. [V. Creuz. T. IV. p. 70.]

[τροφή] Hinc Τρόφιμος vocatus ipse Triptolemus, qui hunc victum hominibus largitus traditur. Cf. Schol. Aristid. p. 22 ed. Frommel.]

[ταύτην δὲ μυθεύεται etc.] Similiter Maii Mythographus Secundus c. 97. p. 120 de Cerere: *ac Triptolemo alumno suo aeternum beneficium contulit: nam fruges ei propagandas et currum draconibus iunctum tradidit; quibus ille vectus orbem terrarum frugibus obsevit.*]

[ἐπὶ πτερωτῶν δρακόντων ὄχημα] Haud rara in artis monumentis est Triptolemi imago currui alato et a draconibus vecto aut currui ab alatis vel non alatis draconibus vecto insidentis. Vide Ephem. litt. Ien. 1802. Vol. III. p. VII. Annali dell' Inst. di corrisp. archeol. 1829. p. 261. Boettigeri Vasengemälde I, 2. p. 197 seq. Creuzer. Symb. T. IV. p. 193 seq. Theodulus in Maii Coll. nov. Vatic. scriptor. Gr. T. III. p. 155: εἰ μὲν γὰρ οἷόν τ᾽ ἦν ὥσπερ ὑπόπτερον ἑκασταχόσε χωρεῖν, καὶ διὰ γῆς πάσης ἰέναι οἵους τοὺς Τριπτολέμου †) διαύλους φασὶ ποιηταί. Ὑπόπτερος hic translato sensu de volubilitate

†) Vulgatur Τριπτολέμους. Vel fortasse legendum Τριπτολεμίους.

accipiendum, qua Triptolemus orbem terrarum peragrasse traditur: nam *ὑπόπτερος* proprie de eo dicitur, qui pedes habet alatos, uti Perseus, quem hoc cognomine ornat Procopius in Maii Auct. class. T. IV. p. 228. Nave terras circumvectum esse Triptolemum Philochorus tradens aliam habet alarum interpretationem, laudatus Schol. ad Aristid. p. 23 ed. Frommel.: *Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ ὅτι ἡ ναῦς, ἔνθα ἦν ὁ Τριπτόλεμος, διὰ τοῦτο ἐνομίσθη ὑπόπτερος, ἐπειδὴ ἐξ οὐρίας ἐφέρετο δρόμῳ· οἱ δὲ ἀναλύοντες τὸν μῦθόν φασι τοῦτον, ἅρμα γὰρ δρακόντων φασίν, ὅτι τῷ πλοίῳ ὄνομα ἅρμα, πτερωτὸν δὲ εἶναι τῶν δρακόντων τὸ ἅρμα διὰ τὰ ἄρμενα, ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδός φησι πτερὰ νεὼς τὰ ἄρμενα.*]

[*τὸν μεταχειρισμὸν τῆς κριθῆς, ὃν τρόπον* etc.] Hinc in campo Rario prope Eleusinem, quo primae segetes provenisse dicuntur, teste Pausania Att. 38, *ἅλως καλουμένη Τριπτολέμου, καὶ βωμὸς δείκνυται.* Alio quamvis cognato sensu Ceres vocata *ἁλωαῖα*, de qua v. Mitscherlich. ad H. H. in Cer. 23. Creuzer. Symb. T. IV. p. 308. Ceterum scriptores, ubi de his Triptolemi satis agunt, aut universe de genere frumenti loquuntur, aut si diligentiae student, hordeum, ut Cornutus, vocant, facem his praeferente auctore Hymni Hom. in Cer. 452. A qua fama unum Tatianum video discedere, qui triticum vocat, Orat. ad Graecos 15. p. 37 ed. Worthii: *Τριπτόλεμος ἔσπειρε τοὺς πυροὺς, καὶ μετὰ τὸ πένθος εὐεργετεῖ* [l. *εὐεργέτει* vel *ηὐεργέτει*] *τοὺς Ἀθηναίους.* Conferendus tamen Antoninus Liberalis 3, ubi Hierax Cereris cultor Mariandynis fame laborantibus *πυρὸν καὶ ἄλλην τροφὴν* divisisse dicitur.]

οὐλαὶ δὲ] Eustath. p. 133, 8. 1476, 12. Etym. p. 641, 36. P. 162

Δημήτηρ Ἐλευσινία] Varro apud Augustin. de civ. dei VII, 20 *dicit multa in eius mysteriis tradi, quae nisi ad frugum inventionem non pertineant.*

[*Ἁρπάσαι* etc.] Raptum Proserpinae exhibet Seguini num. p. 22. P. 163 GALE.]

διὰ τὸν γινόμενον etc.] Arnobius adv. gent. V. p. 180 [p. 106 ed. Elmenhorst.]: ***Sic et ille, qui raptam Dite a patre Proserpinam dicit, non (ut reris) in turpissimos appetitus viraginem dicit raptam: sed quia glebis occulimus semina, isse sub terras Deam, et cum Orco significat foedera genitalis conciliare foeturae.*** Et p. 183 [p. 108]: ***seminis abstrusio raptione in Proserpinae nuncupatur;*** quam ridet allegoriam. V. et p. 187. Hoc sic dilucidat Tzetzes in Hes. Opera p. 18: *τὴν Κόρην, ἤγουν τὸν νεάζοντα σῖτον, Ἅδης ἀφήρπασε· φυόμενον γὰρ τοῦτον πρότερον συνέβαινε ἀφανίζεσθαι πάλιν διὰ ἄγνοιαν γεωργίας.* Hinc Orpheus in Proserpinae hymno, XXIX, 16, alludens ad illius nomen:

Περσεφόνεια φέρεις γὰρ ἀεὶ καὶ πάντα φονεύεις.

Balbus ap. Cic. de N. D. II, 26 de Proserpina: *ea enim est, quae Περσεφόνη Graece nominatur; quam frugum semen esse volunt, absconditamque quaeri a matre fingunt.* Eadem allegoria in Plutarch. de Iside p. 377. [Aliam explicandi rationem Mythographus Primus Maii I, 7. p. 3: *quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est et luna, quae toto anno sex mensibus crescit, sex deficit, scilicet per singulos menses quindenis diebus: ut crescens apud superos et deficiens apud inferos videatur.* Hoc etiam fusius nec alterius explicationis oblitus persequitur Mythographus Tertius VII, 2. p. 214. Rursus aliter Sallustius de mundo c. 4. p. 16 Orell. Περὶ γοῦν τὴν ἐναντίαν ἰσημερίαν ἡ Κόρης ἁρπαγὴ μυθολογεῖται γενέσθαι, ὃ δὴ κάθοδός ἐστι τῶν ψυχῶν.]

κατήφεια τῆς θεοῦ] Orpheus composuerat poema, cuius initium:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου,

quod exordium ab eo mutuatus est Homerus, ut docemur e Iustino Paraenet. p. 20. [De quo poemate, cuius initium personatus ille Orpheus ab Homero potius mutuatus existimandus est, haud memini qui praeter Iustinum tradiderit. Neque in recensu poetarum vel scriptorum, qui res a Cerere gestas referente Creuzero Symb. T. IV. p. 5 celebrarint, Orpheum video laudatum. Fabularum vero Demetriacarum argumenta copiose in Orphicis tractata esse, fragmenta certo quaedam testantur, allata a Proclo ad Plat. Cratyl. p. 96. 97. 102 Boiss. Ceterum egregia magnoque poeta digna est descriptio Cereris moerore ob filiam amissam affectae, taciturnae velamentoque caput obtegentis, in Il. II. 192 seq. Hinc Ceres velata in monumentis artis: v. Mitscherlich. ad Il. II. 181. Creuz. Symb. T. III. p. 546. Hanc Cereris κατήφειαν Sallustius de mundo c. 4. p. 16 Orell. ad miseram mortalium animarum, quae ex coelo deciderint, generali et mystico sensu transtulit.]

Ὄσιρις ἐμφαίνει] Eadem allegoria in Iulio Firmico de errore prof. relig. p. 4. Plutarchus de Iside et Os. p. 377: λέγοντες, θάπτεσθαι μὲν τὸν Ὄσιριν, ὅτε κρύπτεται τῆς γῆς σπειρόμενος ὁ καρπός, αὖθις δ' ἀναβιοῦσθαι καὶ ἀναφαίνεσθαι, ὅτε βλαστήσεως ἀρχή.

P. 164 Ἄδωνις] Eundem esse Adonin, Osiridem et Bacchum comprobavit Mignot in Regiae inscr. et litt. acad. commentariis T. XXXI. p. 137 usque ad p. 146 et a p. 154 usque ad p. 176, ubi multa notata habes, Osirim, Bacchum et Adonin spectantia, quae vel post tot alios auctores utiliter legi possunt. De Osiride omnino vide et Barthelem. T. XXXII. p. 727 et 728 eorundem Commentar. Recte idem p. 138 Ἄδωνις deducit a Phoenicum *adon*, אדון †), quemadmodum

†) Plutarchus Quaest. Symp. IV, 5. p. 671 (T. VIII. p. 669), ubi Adonidem et Bacchum eundem esse demonstrat, illius cultum ad

Lacedaemoniis vocabatur *Κῖρις* aut *Κῦρις* teste Hesychio h. v., et Cypriis, qui multa Hebraea retinuerunt vocabula, *Κίῤῥις*, docente Etymol. M. p. 515, 14, a communi Graeco *κύριος*. Hesychius v. *Ἄδωνις* sic a Phoenicibus vocari *δεσπότην* observat. [De diversis his Adonidis nominibus eiusque religionis origine ex Aegypto repetenda v. Creuzerum Symb. T. II. p. 95 seq.]

τὸν Δημητριακὸν καρπόν] Sallustius Phil. c. 4. p. 248 dicit *καρπούς* ab antiquis vocatos *Ἄδωνιν*, quem *ὑλικὸν* vocat *μύθων τρόπον*, quo maxime usos fuisse *δι' ἀπαιδευσίαν* Aegyptios dicit. [V. ibi Orell. p. 81. Eusebius Praep. evang. III, 11. p. 110: *ὁ δὲ Ἄδωνις τῆς τῶν τελείων καρπῶν ἐκτομῆς σύμβολον.* Copiose de tota fabula eiusque sensu nuper disseruit Creuzerus Auswahl uned. Gr. Thongefässe p. 71 seq.]

[*τὸν τῆς ὕνεως ὀδόντα αἰνιττομένων αὐτῶν*] De Aegyptiorum re- P. 165
ligionibus agens Plutarchus Quaest. Symp. IV, 5. p. 670 (T. VIII. p. 662): *τὴν δὲ ὗν ἀπὸ τῆς χρείας καὶ τιμᾶσθαι λέγουσι. πρώτη γὰρ σχίσασα τῷ προὔχοντι τῆς ὀρυχῆς, ὥς φασι, τὴν γῆν, ἴχνος ἀρόσεως ἔθηκε, καὶ τὸ τῆς ὕνεως ὑφηγήσατο ἔργον· ὅθεν καὶ τοὔνομα γενέσθαι τῷ ἐργαλείῳ λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὑός. οἱ δὲ τὰ μαλθακὰ καὶ κοῖλα τῆς χώρας Αἰγύπτιοι γεωργοῦντες οὐδ' ἀρότρου δέονται τοπαράπαν, ἀλλ' ὅταν ὁ Νεῖλος ἀποῤῥέῃ καταβρέξας τὰς ἀρούρας, ἐπακολουθοῦντες τὰς ὗς κατέβαλον· αἱ δὲ χρησάμεναι πάτῳ καὶ ὀρυχῇ* †), *ταχὺ τὴν γῆν ἔστρεψαν ἐκ βάθους καὶ τὸν σπόρον ἀπέκρυψαν.* Verum quum Cornutus aratri *ὀδόντα* dixit, Romanorum ex dialecto locutus est, a quibus passim, nec a solis poetis ***dens*** eo sensu dictum est. V. Columell. II, 6. Cf. Graevii Lect. Hesiod. 10. p. 49.]

[*καὶ παρὰ τῇ Περσεφόνῃ*] Bion Epitaph. Adon. *Λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν*, de Venere. V. Theocrit. Syrac. 103. GALE. Totius de Proserpina fabulae allegoriam audiamus succincte ex Stoicorum, ni fallor, mente explicantem Mythographum Tertium Maii VII, 4. p. 216: ***per coniugium Plutonis et Proserpinae terrae et***

---

religiones Hebraeorum refert. In quo loco, quod obiter moneo, notandum fragmentum hymni verbis interlocutoris a Plutarcho insertum, hoc modo componendum:

— *εὔϊον, ὀρσιγύναικα,*
μαινομέναις ἀνθοῦντα τιμαῖσι, Διώνυσον —

Exemplis formae restitutae *Διώνυσος* Syllog. inscr. p. 198. adde Timonem Sillis p. 44 ed. Paul.]

†) Haec vox si quidem recte hic legitur, de quo dubitari vix potest, idem iudicium ferendum de superioribus verbis *τῷ προὔχοντι τῆς ὀρυχῆς*, ubi *τοῦ ῥύγχους* Reiskius scribi suadebat pro *τῆς ὀρυχῆς*. Notandus hic vocis usus, quo de rostro suis dicitur, insolentior, fortasse ex communi vulgi sermone adscitus, quapropter Plutarcho adiiciendum visum est *ὥς φασι*.

humoris eius innui nonnulli intelligunt connexionem. Per Plutonem enim terra, cui praeest; per Proserpinam humor terram fecundans figuratur: quae bene Proserpina proserpendo quasi nata dicitur, quod humor per herbas vel arbores crescentes insensibiliter de terra surgat et eis incrementum conferat. Quod Ceres, quae dea frumenti est, Proserpinam quaerere dicitur, fruges ut perhibent significat nimiae siccitatis tempore humorem desiderare.]

πόνων οἰστικὴν] *laborum patientem*, ut optime explicat Toup. Epist. crit. p. 30.

[ἐκ πόνων ὑπομονὴν φέρεσθαι] V. Gyrald. Synt. 6. Etym. est φέρουσα τὸν φόνον — πρὸς ἣν ἀποφέρονται οἱ πεφονευμένοι. Axiokersa idem significat et Isis πανδεχής. Barbaram hanc vocem Graeci in molliorem formarunt. Ἀχερὼ Hesychio γῆ, et Ἀχερουσιὰς λίμνη (ubi descensus Averni) et Acheron. V. Bochartum lib. 1. c. 12 Geogr. GALE. Ceteras nominis Περσεφόνη etymologias a veteribus vel a recentioris aetatis doctoribus excogitatas v. apud Creuzer. Symb. T. IV. p. 315 et passim. Adde Procl. in Plat. Crat. p. 101 Boiss.]

γεραίροντες] Iustinus seu quisquis est auctor epistolae ad Diogn. p. 235: ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν (θεὸν) γεραίρειν.

P. 167 [ἀφθονίας αὐτοῖς ἐλπίδα] Hinc *Bonae Spei* tabula votiva inscripta, qua veris renascentis imago exhibetur, apud Hieronymum Aleandrum de tabula Heliaca p. 746 (Graevii Thes. Antiq. Rom. T. V), haec ipsa Cornuti verba apte conferentem.

[ὁ Πλοῦτος] De Pluto Cereris filio cf. Wolf. ad Hesiod. Theog. p. 138. Creuzer Symb. T. II. p. 348. 378.]

σίτου etc.] Schol. Hesiod. Theog. 971: νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ . . . ἐγέννησε τὸν Πλοῦτον· καὶ γὰρ καὶ παροιμία,

πυρῶν καὶ κριθῶν, ὦ νήπιε Πλοῦτε,

ubi lege cum Cornuto πλοῦτος ἄριστος, et fortasse σίτου καὶ κριθῆς pro πυρῶν καὶ κριθῶν, quamvis mallem πυρῶν quam σίτου. [A σῖτος dicitur Ceres Σιτώ. V. Schol. Odyss. Ε, 125. GALE. De hac Cerere v. Creuz. Symb. T. I. p. 722 seq. Moschopulus Exeg. in Hesiod. Op. init.: Ἐκάλουν Δήμητραν τὸν σῖτον καὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὴν δωρουμένην θεὸν καὶ ἐπιστατοῦσαν αὐτοῖς. Omnia haec ad mentem Chrysippi. V. Petersen ad Phaedrum de N. D. p. 37.]

ὗς ἐγκύμονας] Varro de R. R. II, 4: *initiis Cereris porcus immolatur.* Arnobius adv. gent. VII. p. 225 [p. 135 ed. Elmenhorst.]: *Telluri matri scrofa inciens immolatur, foeta*, scilicet, ut mox habet, *ob honorem foecunditatis ipsius*, et quod *Tellus est mater, consimiliter gravidis accipienda est scrofis.* De sue, hostia mystica, v. Castellani ΚΡΕΩΦΑΓΙΑ sive de esu carnium II, 1. p. 382 et 383 (Thes. Antiq. Gr. Gronov. T. II.). Meursii Eleusin. c. 7. p. 129 (Gron. Thes. Antiq. Vol. VII.). Muret. V. L. III, 7. [De scropha

in mysteriis Eleusiniis immolata v. Ephem. litt. Ien. 1802. Vol. III. p. viii. Creuzerum Symb. T. IV. p. 178 et inprimis p. 473. Schornii Kunstblatt 1828. No. 41. p. 161. 1841. No. 84. p. 350. Gerhardium Neapels antike Bildwerke T. I. p. 13, nostri loci haud immemores. Huc refer Automedontis illud in Brunck. Anal. T. II. p. 208. VI:

ἦν δὲ καὶ ὗν ἀγάγῃς, αὐτὸς ὁ Τριπτόλεμος.

Confer denique gemmarum imagines in Toelkenii Verz. vertieft geschnittener Steine in Berlin p. 119. Neque falli me credam, quum Platonem sacra illa in mente habuisse suspicor in his, de re publ. II, 17, ubi de fabulis veterum poetarum perniciosis sermo est: εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀποῤῥήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅπως ὅτι ἐλαχίστοις ξυνέβη ἀκοῦσαι. His adiice Epicharmum Athen. p. 374. E:

δέλφακά τε τῶν γειτόνων
τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα,

ubi non video cur respuamus quod ab Etymologo M. offertur, Ἐλευσινίοις, nuper iam a Meinekio commendatum, Cur. crit. p. 35. Ceterum videtur scribendum δέλφακ' ἐκ τῶν γειτόνων, de qua phrasi v. quae notavimus ad Lycurg. p. 37. Adde Nicostratum Athen. p. 700. B. Lysiam de caede Eratosth. p. 15 Reisk. Libanii Orationem, ab Ernestina Reiskia Lipsiae editam 1775, p. 13. Simili ratione et εἰς et ἐν γειτόνων dicitur; hoc apud Theodorum Hyrtac. in Boissonad. Anecd. Gr. T. III. p. 19 et 60, illud apud Eunapium Vit. Soph. p. 75 ed. Boisson. Quapropter non erat quod Boettigerus de Ilithyia p. 18 in Schol. Pindari Nem. VII init. ἐν γειτόνων in ἐκ γειτόνων mutaret.]

[τὰς μήκωνας] Μήκωνας et spicam cum cicere repraesentat Seguini nummus p. 23. GALE. Cf. Creuzer Symb. T. IV. p. 192 et 387. Aliam caussam papaveris Cereri attributae excogitavit Maii Mythographus Tertius VII, 1. p. 213. Hinc papaver inter Cereris insignia affertur in gemmis permultis, v. Tölken l. l. p. 117—119. Creuzer Zur Gemmenkunde p. 51. Gerhard Neapels antike Bildwerke T. I. p. 28.]

στρόγγυλον] Diogenes Laert. tradit in vita Pythag. p. 525, eum τὴν γῆν ὀνομάσαι στρογγύλην. Diogenes quoque Apolloniates teste Laertio in eius vita p. 578 terram vocavit στρογγύλην, ἐρηρεισμένην ἐν τῷ μέσῳ.

σφαιροειδοῦς] Plutarch. de plac. phil. III, 10. p. 895: Θαλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν σφαιροειδῆ τὴν γῆν. Achilles Tat. Isag. in Arat. Phaen. c. 6: σχῆμα δὲ κόσμου οἱ μὲν κωνοειδὲς εἶπον, οἱ δὲ σφαιροειδές, οἱ δὲ ᾠοειδές· ἧς δόξης ἔχονται οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυστήρια τελοῦντες. Idem in Plutarch. de plac. phil. II, 2. p. 886. Manilius I, 235:

ex quo colligitur terrarum forma rotunda,

quem tamen versum ut inficetum et spurium notat Bentleius p. 18 ed. suae. [Alia supra congessimus.]

P. 169 *θεσμοθέτιν*] V. Diodor. Sic. I. p. 18 et 29, qui Isidem, quam eandem ac Cererem esse existimat, ob hanc eandem caussam *θεσμοφόρον* dictam tradit. V. Theol. phys. [Ex Grut. p. 309, 1 Galeus affert: *ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΕΑΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟΣ.*]

ἤρξαντο] De horumce mysteriorum origine vide notanda ap. Arnob. gentes V. p. 174 seq.

P. 170 *φιλοσοφοῦντες*] Harpocration: *Φιλοσοφεῖν ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι φάσκειν. Ἰσοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ Μένανδρος Θρασυλέοντι.* Iac. Gronovius p. 126 not. suae edit. ingeniose coniicit *ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι καὶ ἀσκεῖν.* Fortasse legendum *ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι φάσκει ὁ Ἰσοκράτης* etc. quod propius accedit quam *τὸ πονεῖσθαι φησὶν Ἰσοκράτης* etc. quam viri docti in codice Goesiano esse coniecturam monet idem Iac. Gronovius. Suidas, qui Harpocrationem hic descripsit: *Φιλοσοφεῖν· ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι . . . ἔφη Μένανδρος οὕτω καὶ Ἰσοκράτης.* [Gramm. Bekk. Anecd. I. p. 314: *Φιλοσόφημα: ἐπινόημα, τεχνίτευμα.*]

πεπαῦσθαι μαχομένους etc.] Clemens Cohort. p. 22 ed. Potter. Hinc fruges *ἡμέρους τροφὰς* vocat Arrianus Diss. I, 4. p. 28 ed. Uptoni, qui confert haec Ovidii Met. V, 655, ubi Triptolemus sic loquitur:

Dona fero Cereris; latos quae sparsa per agros
frugiferas messes alimentaque mitia reddant.

Caput XXIX.

P. 171 *Ὥρας*] Apud Plutarchum Quaest. Symp. V, 4. p. 677 [T. VIII. p. 697 Reisk.]. Antipater dicit *τοὺς ἐνιαυτοὺς ἀρχαϊκῶς ὥρους λέγεσθαι.* [Ceterum tres Noster numerat Horas, quot novit Homerus, quem antiquiores utique secuti sunt: quatuor vero recentiores finxerunt. V. Winckelmanni Opp. T. IV. p. 122. Creuzer Symb. T. IV. p. 492. Bredovii Untersuch. über einzelne Gegenstände der alten Geschichte p. 39. Welcker ad Philostr. Imag. p. 418 et 570. Quaternarium Horarum numerum a medicis inventum narrat Maximus Planudes Comparatione veris et hyemis, in Boissonadii Anecd. Graec. T. II. p. 310. Quae vero idem, postquam in duas tantum partes secundum solis vel advenientis vel abeuntis rationem annum describi demonstravit, de imagine, puta anaglypha, duas Horas exhibente rhetorum more exponit p. 320, digna ea videntur, quae ipsius verbis repetantur. *Ἐγὼ δὲ δὴ καὶ εἶδον ἐπὶ λιθίνης εἰκόνος κύκλον τινὰ γεγραμμένον καὶ τοῦτον ἑκατέρωθεν γυναῖκε δύω πτερυγοφόρω δόξαν παρειχέτην ταῖς χερσὶ περιστρέφειν. Θαῦμα δὲ σχὼν τῆς γραφῆς (οὐδὲ γὰρ ὅ τι βούλεται εἶχον συνεῖναι), ἠρόμην τῶν τινὰ προεστώτων ὅ τι δή-*

ποτε σημαίνειν ὁ γεγλυμμένος ἅμα τοῖν γυναίοιν ἐθέλει τροχός. Καὶ ὅς, ἐξηγούμενος τὴν εἰκόνα, τὸν μὲν κύκλον, ἔφασκεν, ὦ 'γαθέ, τὸν ἐνιαυτόν μοι νοήσαις· τῷ δὲ παρεστῶτε ζωδίω τὰς ὥρας σοι παριστᾷ, τοσαύτας οὔσας, αἳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἐξ ἀμοιβῆς ἐς τὸ διηνεκὲς διατελοῦσιν ἐπιτροπεύουσαι. Καὶ γὰρ ταῦθ' οὕτω τοῖς σοφωτέροις ἐδόκει τῶν παλαιῶν· ἀλλ', ἐπεὶ μὴ ἔκφορα τὰ πολλὰ τῶν γῆς φιλοσοφίας δογμάτων, οὐδ' αὐτὰ παρεδόθησαν βίβλοις, ἀλλ' ὡς ἐν συμβόλοις τισὶ, καὶ οἷα δὴ τὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερὰ πάλαι δήποτε λόγος ἔχει γράμματα γεγονέναι, συγκεκρύφαται. Καὶ ὁ μὲν ὡς εἶπε. Haec si non prorsus a sophista ficta sunt, plures ob caussas notanda videntur, inprimis ab archaeologis. Atque duas Athenienses quoque Horas coluisse, Carpo et Thallo, auctor est Pausan. IX, 35: quorum ipsa nomina satis testantur, veris et auctumni tempestates, quibus annus circumscriberetur, iis significari. Alae denique quum Horis tribuuntur (πτερυγοφόρω), id pulchre et aptissime fit, eo magis vero notandum, quo alatarum Horarum non memini alibi mentionem factam esse.]

ὠρεύεται] Eadem Schol. Hesiod. Theog. 903.

[αἵτ' ἔργ' ὠρεύουσι καταθνήτοισι βροτοῖσι]

et Etym. M. p. 823, 15. Cf. Ruhnk. Ep. cr. I. p. 66 et Valck. ad Adoniaz. p. 394 [et quae ipse Cornutus de Horis attulit supra cap. 9. p. 151 ed. Gale.]

Εὐνομία] Orph. Hymn. XLIII, 1. 2 [ubi eadem Horarum nomina afferuntur. Galeus: „Haec nomina eis tribuit Diodorus Sic. in Cretensium Theologia. Recte autem sequi hic dices, si legas quae Hyginus fab. 183 nomina eis dat." V. Themist. Orat. XVI. p. 406 ed. Petav.]

[*ἡ δὲ Δίκη*] V. ad cap. 9.]

δίχα χωρίζειν] Eadem fere in Etym. M. p. 275, 52.

διὰ λόγου] Eustath. p. 347, 39: τὴν εἰρήνην ἀπὸ τοῦ εἴρειν ὅ ἐστι λέγειν παράγουσι. Etym. M. p. 303, 41: Εἰρήνη παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω· ἢ παρὰ τὸ εἴρειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτήν, ubi fortasse legendum εἰς ἕν, ut in Eustath. p. 1910, 16.

[*πόλεμος*] Alias vocis explicationes haud saniores Etym. p. 679, 45.] P. 172

Caput XXX.

[*Οἰκείως δ' ἔδοξεν Εἰρήνη* etc.] Paci ὀλβοδοτείρᾳ vel βαθυπλούτῳ, ut Euripides vocat, comitem iungi Bacchum, et rei et veterum opinionibus admodum consentaneum, quandoquidem illa quum omnis affluentiae mater, tum etiam vitium tutelam suscepisse putabatur: unde Aristophani Pac. 308 φιλαμπελωτάτη appellatur. Itaque Baccho scite apponitur Pax in vasculo picto, quod ediderunt Laborde I, 65. Dubois-Maisonneuve Tab. 22. Gerhard Antik. Bildw. I, 17. Aliud

nuper demum a Iahnio Vasenbi der Tab. II, quem ipsum hac de re consulas p. 13 docte disserentem, publici iuris factum, Bacchi et Pacis amplexus iuxta vulgares personas Dionysiacas et eroticas eleganter exhibet, ut de ineundo coniugio ibi agi censeas.]

ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπος] Plutarch. Quaest. Symp. V, 3. p. 675. [T. VIII. p. 688]: *Διονύσῳ δενδρίτῃ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες θύουσιν.* Apud eundem de Iside p. 365 [T. VII. p. 440] Pindarus: *Δένδρων δὲ νομὸν Διόνυσος πολυγαθὴς αὐξάνοι, ἁγνὸν φέγγος ὀπώρας.* [Haec Dissenius p. 655 de arborum arvis Baccho, auctumni numine, adiuvante augendis recte intelligit, praeeunte Plutarcho, qui de quovis arborum hortensium genere interpretatur, mox eo ipso nomine *δένδρων ἡμέρων* usus: quo sensu idem usurparunt Herodotus IV, 21 et VIII, 115 et Pausanias I, 21 fin. Adde ipsum Cornutum c. 16. p. 167. Eodem modo Cereales fruges Polybius XXXVII, 7, 8 et Diodor. Sic. III, 56 *ἡμέρους καρποὺς* dixerunt, et Triptolemum Arrianus Diss. I, 4. p. 23 *τὰς ἡμέρας τροφὰς* refert mortalibus dedisse. Praeterea de Baccho malorum Cydoniorum repertore et fautore, cuius Dissenius quoque meminit, in primis consulendus I. H. Vossius ad Virg. Ecl. VI. p. 315. In toto autem hoc arborum genere una vites comprehendi, non est quod moneamus. Igitur non miranda intima, quae inter utrumque numen, Bacchum et Cererem intercessit, necessitudo, quod adeo nuptiis iuncta exhibeantur in curru leonibus vecto, una cum signis fecunditatis omnis atque etiam vini, in gemma ap. Miliotti Pierres gravées I. fol. 54.]

[*σπονδὰς*] Supra legimus c. 16. p. 167 ramos oleaginos gestasse pacem orantes, *πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ γεωργεῖσθαι θέλειν τὴν χώραν καὶ φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ καρποφόρων φυτῶν.* Quae omnia ex iure gentium antiquo Graecis universis communi repetenda sunt.]

P. 173 [*Διόνυσος*] In recensendis variis huius nominis etymologiis, quas veteres ad insaniam fere usque ineptientes profuderunt, iuvat uno loco Etymologi M. immorari, quo plurimae diligenter enarrantur, iis augendae, quas copiose enarravit Creuzerus Symb. T. III. p. 122 seq., scite admonens, nugas illas propterea haud indignas esse quae cognoscantur, quod iis variae diversorum seculorum opiniones veterum de Bacchi natura et potestate inhaereant. Ille igitur Etymologus p. 277, 35: *Διόνυσος*] *οἱ μὲν Διόνυξον αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ὅτι σὺν κέρασι γεννώμενος ἔνυξε τὸν Διὸς μηρόν, ὡς Στησίμβροτος. οἱ δὲ Δεύνυσον, ἐπειδὴ βασιλεὺς ἐγένετο Νύσσης· δεῦνον δὲ τὸν βασιλέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοί, ὡς Ἰόβας* †). *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Νύσσης τοῦ ὄρους ὠνο-*

---

†) Eadem iisdem paene verbis apud eundem leguntur p. 259, 28 seq., quem locum correctiorem dedit Bastius in Schaeferi Greg. Cor. p. 882. Ut verum sit, quod de voce Indica ex Iuba affertur,

μᾶσθαι, ἐπεὶ ἐν τούτῳ ἐγεννήθη, ὡς Πίνδαρος †), *καὶ ἀνετράφη. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πολλὰ διανῦσαι καὶ κατορθῶσαι, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Θάσιος. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ δονεύειν καὶ κινεῖν τὰ σώματα, πλεονασμῷ τοῦ ι, ὡς πυκνὸς, πυκινός. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Διὸς ὑετοῖς κεράννυσθαι, ὅ ἐστιν ὕδασιν, ὡς πιθανεύεται Ἀριστόδημος·* ††) *ἢ ὅτι Διὸς ὕοντος ἐτέχθη· ἢ παρὰ τὸ δάος δαόσυνος* (leg. *δαόνυσος*)· *καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ι· παρὰ γὰρ Ἠλείοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται·* †††) *ἵν' ᾖ ὁ δαίων, ὁ τοῦ δάους, ὅ ἐστι πυρὸς ἢ φωτὸς αἴτιος. ἢ ἀπὸ τοῦ νεύω Διόνευσος καὶ Διόνυσος, ὁ ποιῶν διανεύειν καὶ μὴ σταθεροὺς εἶναι τοὺς πίνοντας. ἢ παρὰ τὰ πολλὰ διαλῦσαι διάλυσος, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς ο καὶ τοῦ λ εἰς ν.*]

[*ἐπομβρεῖν*] Translato pariter sensu *ἐπομβρίαν λέξεων* dixit Synesius de insomn. p. 156.]

Λύσιον αὐτὸν καὶ Λυαῖον] De illo epitheto v. Pierson. Veris. II, 8. p. 230. Hesychium v. *Λύσειοι*, pro quo fortasse *Λύσιοι*, ubi monet Bacchum vocatum fuisse *Λύσιον*. V. Taylor. ad Lysiam *κατὰ Θεομνήστου* p. 373. T. V. ed. Orat. Gr. Reiskii. Dicitur et *Λύσιος* de Iove apud Plutarch. ad. Stoicos p. 1076: *εἰ γοῦν . . . ἐθελήσειε μηδὲ σωτὴρ, μηδὲ λύσιος εἶναι, μηδὲ ἀλεξίκακος.* Idem: *καὶ τὴν μὲν ὁ λύσιος ἐπισκοπεῖ Διόνυσος.* [Cf. Creuzer Symb. T. III. p. 95 et 110. *Λυαῖον* et *Λύσιον* iungit Plutarchus quoque Quaest. Symp. I, 1. p. 613. *Θεοὶ λύσιοι* ap. Plat. Rep. II, 8.]

---

quamquam regi vel principi certe in lingua Sanscrita longe diversa nomina esse ab huius doctrinae peritis doceor, tamen erroris eos, qui ad originem nominis *Διόνυσος* enucleandam illa voce utuntur, facile redarguit illud ipsum, quod optime Etymologus adiicit, a Samiis *Δεόνυσον* dictum esse *Διόνυσον*, unde per synaeresin *Δεύνυσον* factum, prorsus ut *Θεύδοτος* ex *Θεόδοτος*: de quo v. Syllog. inscr. p. 150 seq. Ex quo genere permulta alia, si opus, afferri possent. Illam vero ipsam formam Anacreonti vindicavit Hermannus Elem. Metr. p. 484. Cf. Syllog. p. 198. Hanc in Grammaticorum rationem, quam verissimam existimo, parum adtendit Creuzerus, quum ne allata quidem illa explicatione, cupidius ea amplecteretur, quae de Indica nominis origine Etymologus tradidisset. Ceterum Villoisonus haec adscripsit: „Hoc nomen, *Διόνυσος*, Mignot (Mém. Acad. inscr.) T. XXXI. p. 163 derivat a ***deun***, vel ***dun***, quod in Malabarica et Persica lingua idem significat quod ***dhu*** arabicum, id ist dominus, ut sit dominus ***Nysae,*** quum eum *Νύσιον* ab Indis et omnibus orientis gentibus vocari tradat Philostr. Vit. Apoll. II, 1."

†) In deperditis, ni fallor. Ceterum *ἀπὸ τοῦ Διὸς* nomen derivat Damascius quoque de princip. p. 289.

††) Cf. Creuz. l. c. p. 103. A Plutarcho de Iside p. 365 Bacchus vocatur omnis humidae naturae dominus et princeps.

†††) Macrob. I, 18. p. 237 ed. Pontan. de Baccho, qui idem sit ac sol: ***Unde Cleanthes ita cognominatum scribit*** *ἀπὸ τοῦ διανῦσαι*, ***quia quotidiano impetu ab oriente ad occasum diem noctemque faciendo caeli conficit cursum.*** Paullo ante idem Alexandri cuiusdam scriptoris mentionem fecerat, a Thasio illo, ut videtur, haud diversi.

λύοντα τὰς μερίμνας] Seneca de tranquill. animi 15: *nonnunquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat. Eluit enim curas, et ab imo animum movet: et ut morbis quibusdam, ita tristitiae medetur: Liberque non ob licentiam linguae dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum et asserit vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit. Sed ut libertatis, ita vini salubris moderatio est.* Quae in Seneca notanda sunt. [Bacchylides Athenaei II. p. 39. F de vino: ἀνδράσι δ' ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας. Alcaeus ibid. XI. p. 481. A: οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικαδέα ἀνθρώποισιν ἔδωκε. Cypriorum auctor, ut fertur, apud Athen. II. p. 35. C:

οἶνόν τοι Μενέλαε θεοὶ ποίησαν ἄριστον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Aliam, sed consimilem nominis Λυαῖος originem tradit Athenaeus VIII. p. 363. B. Ceterum de hac vini virtute disertus est Manuel Palaeologus in Boisson. Anecd. T. II. p. 299 seq.]

[ἀπὸ τοῦ τὸν Δία περὶ τὸ Νύσιον ὄρος etc.] Eudocia p. 118: ὅτι ὁ Ζεὺς τὸν Διόνυσον εἰς τὸν μηρὸν ἀνεῤῥάψατο καὶ ἤνεγκεν εἰς Νῦσσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτου οὖσαν· ἄμπελος δὲ, ὥς φησιν ὁ Γεωγράφος, αὐτόθι οὐ τελεσίκαρπος· ἀποῤῥέει γὰρ ὁ βότρυς πρὶν ἢ περκάσῃ, διὰ τοὺς ἄρδην ὄμβρους. Laudatus Strabonis locus est XV, 7. p. 13 ed. Tzsch. Ἐκ δὲ τῶν τοιούτων Νυσαίους δή τινας ἔθνος προσωνόμασαν, καὶ πόλιν παρ' αὐτοῖς Νύσαν, Διονύσου κτίσμα, καὶ ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς πόλεως Μηρόν, αἰτιασάμενοι καὶ τὸν αὐτόθι κισσὸν, καὶ ἄμπελον, οὐδὲ ταύτην τελεσίκαρπον· ἀποῤῥεῖ γὰρ ὁ βότρυς, πρὶν περκάσαι διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην, ubi notandum pro ἄδην, quod nunc ex sententia Tyrwhitti vulgatur, codices ἄρδην, ut in Eudocia, exhibere. De Nysa Bacchica urbe vel Indiae vel Aegypti quae mythologi et veteres et recentiores somniarunt alia occasione expendemus. Interim Cornuti loco explicando confer allata Schotto ad Procli Chrest. p. 431 seq. ed. Gaisf.]

P. 174 [διὰ πυρὸς λοχευθῆναι] Τὴν ψυχὴν παραθερμαίνειν vinum dicitur ab Athen. V. p. 185. C. (T. I. p. 401 ed. Dind.). Quare Bacchus πυριγενὴς dictus: de quo cognomine ab eius origine ignea ducendo v. Creuzer T. III. p. 89 seq. Hinc *ignigenam* eum vocavit Ovidius Met. IV, 12. Adde Anthol. Lat. I, 22. T. I. p. 11. Burm.]

[σωμάτων καὶ ψυχῶν] Mnesitheus, vel quisquis horum versuum auctor, Athenaei II. p. 36. A de vino:

τροφήν τε γὰρ δίδωσι τοῖσι χρωμένοις
ἰσχύν τε ταῖς ψυχαῖσι καὶ τοῖς σώμασιν.]

[πυρὶ ἴσον μένος] Poetarum hoc quis dixerit, haud memini. Homerus vero Iliad. ζ, 261:

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.]

[Ἐῤῥαφθεὶς etc.] Hinc μηροῤῥαφὴς Bacchus dictus, apud Strabo-

nem XV. p. 11 ed. Tzsch., ut certe cum aliis mihi quidem pro *μηρορραφῆς* reponendum videtur. V. Creuzer T. III. p. 97 seq. Nouvelles Ann. de l'Institut archeol. T. I. p. 358. Gerhard Etruskische Spiegel Tab. LXXXII.]

[*πρώτη μὲν αὐτοῦ γέννησις*] De duplice Bacchi natu adeas Creuzer l. c.]

[*τῆς ὀπώρης*] Hinc in thiaso Baccho Opora iungitur in vasculis duobus, de quibus post alios nuper monuit Iahnius Vasenbilder p. 17 et 21.]

[*ἢ κατὰ τὴν πάτησιν ἐκθλιβομένου τοῖς ποσὶν αὐτοῦ*] Abunde con- P.175
stat eundem usum, quem etiamnum apud nos passim obtinere videmus, haud minus apud veteres invaluisse, ut uvae maturae exprimerentur calcando et pedibus quidem humanis. Iuvenalis V, 31:

calcatamque tenet bellis socialibus uvam.

V. Long. Past. p. 46 Schaef. Huc refero artis opus, quod vulgavit Olivierius Marmorum Pisaurensium in fronte et hinc Millinus Gallerie mythol. tab. LVI. No. 269: quo intra receptaculum vinarium uvis repletum fauni duo exhibentur manibus iunctis tripudiantes et sic vinum exculcantes. Idem exhibet vas pictum in Catalogue des Vases Grecs de la collection de C. L. F. Pancoucke, par Dubois. Paris. 1835. No. 35 et 43, ut doceor a Welckero Mus. Rhen. V, 1. p. 133. Faunorum saltantium personas sustinent Amores peda manibus gestantes in eodem opere perficiendo, in vindemiae binis imaginibus in Sculture e pitture dai cemeteri di Roma T. I. Tab. I et Tabulae ultimae subiecta. Vide etiam Gerhardii Auserl. Gr. Vasenbilder, Tab. 15. Quae omnia eo magis faciunt ad illustrandum Cornuti locum, quo Bromii aliorumque Bacchicorum cognominum origo ab exsultatione uvas calcantium certius repetitur, quo facilius concedamus, cum saltatione illa coniunctam fuisse dei invocationem, vel adeo cantilenam quandam. Quid? quod in pompa Dionysiaca Ptolemaei Philadelphi iussu deducta, Callixeno teste apud Athen. V. p. 199. A, torcular currui impositum a trecentis hominibus vehebatur, uvis repletum, quae pariter a satyris cantantibus calcabantur: *ἐπάτουν δὲ*, inquit, *ἑξήκοντα Σάτυροι, πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον· ἐφειστήκει δ' αὐτοῖς Σειληνός· καὶ δι' ὅλης τῆς ὁδοῦ τὸ γλεῦκος ἔῤῥει.* Et hos satyros inter calcandum cordacem vel aliud saltationis genus ludicrum duxisse, quis dubitet?]

[*Βρόμιος* etc.] Cum hoc loco, quo varia illa dei cognomina a vociferatione et cantilenis Baccho operantium repetuntur, inprimis conferenda verba Ennii in Athamante ed. Bothe p. 38:

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
illis Lyaeus, vitis inventor sacrae;
tum pariter „Evan, evoe! evoe Evius!"

Ignotus iuvenum coetus alterna vice
inibat alacris, Bacchico insultans modo,

cui loco Columna p. 264 ed. Hessel. apte apponit Ovidii Met. IV, 11 de orgia Bacchica celebrantibus haec afferentis:

Bacchumque vocant, Bromiumque Lyaeumque
ignigenamque, satumque iterum, solumque bimatrem.
Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus,
et cum Lenaeo genialis consitor uvae,
Nycteliusque, Eleleusque parens, et Iacchus, et Evan:
et quae praeterea per Graias plurima gentes
nomina, Liber, habes.

Ceterum de *Bromii* nomine veterum sententias v. ap. Columnam l. c. et Creuzerum Symb. T. III. p. 90. Iuvat hic epigramma Iuliano imp. vulgo tributum in cerevisiam haud inficetum apponere, Iaumanno Colonia Sumlocenne p. 106 nescio unde allatum:

Bacche, quis aut unde es? tibi, Bacche, iuro per ipsum,
te minime novi, sed Iove nosco satum.
Tu hircum, non nectar oles, nam Gallia tellus
te flava ex spica vitis inops genuit.
Dicamus te igitur Cerealem, non Dionysum,
spicigenam potius et Bromum, haut Bromium.

Quantum ad nomen *Εὔιος*, de quo omnia nota, nihil addam nisi quod nunc etiam nymphae Bacchicae nomen *Εὐοῖα* in vasculis nonnullis repertum est, de quo adeas Iahnium Vasenbilder p. 18.]

[*Ἴακχος*] Rarum hoc Bacchi nomen sive cognomen, huius dei figurae indubiae adscriptum in vasculo Graeco, de quo v. Gerhard. Berlins antike Bildw. I. p. 220.]

P. 176 *Σάτυροι*] Sic Maimonides in More Nebuchim L. I. c. 46. p. 486 dicit secundum Zabios, quos quidam a Sabaeis differre existimant, praeter Deum dari et daemones, qui formam habeant hircorum atque idcirco dicantur *Seirim*, ut in Isaia 34, 14 per hanc vocem quidam satyros intelligunt. [Cf. Tho. Crenii Praef. ad Casaub. de sat. p. 21, ubi de cultu hircorum divino apud Aegyptios aliosque populos agitur: quibus confer quae de etymologia nominis *σάτυρος* habet Etym. M. p. 709, 6.]

[*ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι*] Idem Aelianus V. H. III, 40. Scholiasta Plat. Rep. p. 396 ed. Bekker., ubi *σαρδώνιος γέλως* quid sit exponit: *σαίρειν δέ ἐστι τὸ διέλκειν τὸ στόμα καὶ χαίνειν*, Diogenianum, ut videtur, auctorem secutus: v. Ranke de Lexico Hesychiano p. 16. Cf. Bekk. Anecd. p. 1417. Ioannes Gaz. Ecphr. tabulae mundanae 300:

φρικαλέων ὤϊξε σεσηρότα πορθμὸν ὀδόντων.

Oris igitur brutorum more hiantis, quale sane satyris ab artificibus

passim tribui videmus, memores ii fuerunt, quorum ex mente ipsum nomen Satyrorum Cornutus illinc derivat.]

[*Σκιρτοί*] Valde mirum debet videri apud nullum Cornuto antiquiorem scriptorem hoc nomen, quo aperte genus aliquod comitum Bacchi designatur, reperiri. Atque qui ex recentissimis scriptoribus eorum mentionem fecerunt, Io. Malalas et Cedrenus, eos Lobeckius Aglaoph. T. II. p. 1311, compositis horum locis, ex Cornuto censet sua hausisse: quod nunc in medio relinquo. Praeter nomen certe a Cornuto Malalas nihil mutuatus videri potest, quippe qui de Baccho Boeotiam occupaturo II. p. 17 (p. 43 ed. Bonn.) haec referat: *κεκοσμημένον ὅπλῳ καὶ στρατῷ, οὓς, φησί, Σκίρτους ἐκάλει, ὡς γοργοὺς καὶ ἐξαλλομένους· ἦσαν γὰρ ἐκ Βεσσικῆς χώρας, καὶ σοφίᾳ μυστικῇ πεπαιδευμένοι.* Propius vero ad Nostrum accedunt Cedreni verba Hist. I. p. 24. B: *τοὺς μὲν ἄνδρας Σκίρτους ἐκάλεσε διὰ τὸ ἅλλεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας Βάκχας.* Felicioribus licuit nobis esse in exploranda nominis origine, quod dubitari non potest, quin cum verbo *σκιρτᾶν* vel, ut Noster, *σκαίρειν* cognatum sit, atque ipso Donato ad Ter. Hec. I, 2, 3 teste, quem affert Lobeckius, Scirti servi nomen a *σκιρτᾶν* factum est, ita ut ministri illi Bacchici a tripudiando vel exsultando dicti videantur, Satyris quippe aliisque id generis personis Bacchicis accensendi, quorum aliquis ipso epitheto *σκιρτοπόδης* ornatur in Epigr. in Brunckii Anal. T. III. p. 238. Praeterea illa ipsa verborum familia rei, de qua agitur, propria. Homerus, ubi vindemiatores saltantes canit, Iliad. σ, 571:

τοὶ δὲ ῥήσσουσι ἁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰΰγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Panem *ὑποσκιρτᾶν εὔϊον* in montibus fingit Philostratus Imag. I, 14, quibuscum conferenda sunt iunioris Philostrati verba c. 10: *παρθένοι τε γὰρ καὶ ἤϊθεοι εὔϊον καὶ βακχικὸν ἐν ῥυθμῷ βαίνουσιν.* Cf. Nonn. Dion. IX, 202 seq. Atque ipse Bacchus dicitur *σκαίρων*, *σκιρτητής*, *ὀρχηστήρ*: de quibus cognominibus v. Gail Recherches sur le culte de Bacchus en Grèce p. 339. Eo minus vero cum *Σκιρτοῖς* contendendi erant *σκίταλοι* Aristoph. Pac. 640 a Schneidero Lex. h. v., quo hoc daemonum nomen ab ipso poeta probabilius fictum est: atque ipsa nominis scriptura incerta, quum dubitari possit, an non praestet Ravennatis lectio *Σκύταλοι*.]

σιλλαίνειν] Hinc Timonis *Σίλλοι*, de quibus in huius vita sic Laertius p. 600: *τῶν δὲ σίλλων τρία ἐστὶν (βιβλία)· ἐν οἷς πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικούς*, ubi v. Menag. p. 440. [*Τὸ σιλλαίνειν* in oblectamentis convivalibus refertur a Luciano Prometh. T. I. p. 109.] Scripserat *Σιλλοὺς ἤτοι ψόγους τῶν φιλοσόφων βιβλία γ'*, inquit Suidas T. III. p. 476, quorum Sextus Empiricus nobis insigne servavit fragmentum adv. Ethicos II. p. 721, quod ex Homero ac praesertim

ex Odyssea ε, 299 usque ad 313 expressum, seu potius *παρῳδημένον*, quod miror Fabricium fugisse. Scilicet versus Timonis

φῇ δέ τις αἰάζων, οἷα βροτοὶ αἰάζουσιν

est imitatio versus Homerici Od. ε, 197:

ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρες ἔδουσιν.

Versus Timonis

οἴμοι ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι σοφὸν ἔνθα γένηται

expressus est ex Odyss. ε, 299:

ὤ μοι ἐγὼ δειλός, τί νύ μοι μήκιστα γένηται.

Versus Timonis

πτωχὸς μὲν φρένας εἰμί, νόου δέ μοι οὐκ ἔνι κόκκος

haud absimilis est ab Odyss. φ, 288:

Ἆ δειλὲ ξείνων, ἔνι τοι φρένες οὐδ' ἠβαιαί,

et Iliad. ξ, 141:

ἐπεὶ οὔ οἱ ἔνι φρένες οὐδ' ἠβαιαί,

ut Odyss. γ, 14:

Αἰδοῦς οὐδ' ἠβαιόν.

Versus Timonis

ἦ με μάτην φεύξεσθαι οἴομαι αἰπὺν ὄλεθρον

expressus est ex Odyss. χ, 167:

ἀλλά τιν' οὐ φεύξεσθαι ὀΐομαι αἰπὺν ὄλεθρον.

Versus Timonis

τρὶς μακάρες μέντοι καὶ τετράκις οἱ μὴ ἔχοντες

expressus est ex Odyss. ε, 305:

τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ' ὄλοντο.

Versus Timonis

νῦν δέ με λευγαλέαις ἔρισιν εἵμαρτο δαμῆναι

ex Odyss. ε, 311:

νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι.

In his Timonis versibus inducitur iuvenis dolens, quod philosophis dederit operam iisque ita frustra operam, ut famem sibi imminentem prospiciat: eos beatos praedicat, qui sua bona adhuc possident, nec in scholis consumpserunt,

τρὶς μάκαρες μέντοι καὶ τετράκις οἱ μὴ ἔχοντες
μήτε καταρτρώξαντες ἐνὶ σχολῇ, ὅσσ' ἐπέπαντο,

ubi pro *μὴ ἔχοντες* legendum censeo *μὲν ἔχοντες*. Non enim eos, quibus res est angusta domi, sed qui sua bona in philosophorum scholis minime profusa adhuc retinent, beatos praedicat ille iuvenis. *Ἔχοντες* construi potest cum *ὅσσ' ἐπέπαντο*, ut sit sensus, ea habentes quae possident; sed potius per *οἱ ἔχοντες* intelligendum est ***divites***, ut in Eurip. Danae apud Valck. Diatr. c. 1. p. 7: *ἐν τοῖς ἔχουσι πέφυκεν ηὐγενὴς ὅδε.* [Conf. Kuster ad Aristoph. Plut. 596. Erfurdt. ad Soph. Aiac. p. 506 seq. Non tamen probo Villoisoni coniectu-

ram, in qua certe μήτε in μηδὲ mutari oporteret: nisi illud orationis membrum excepit alterum eadem negatione instructum. Eorum vero, quae de imitatione Homerica Villoisonus acute demonstravit, nihil commonuit qui de Timone nuper, Berolini 1821, peculiari de Sillis Graecorum commentatione scripsit, Paulus, apud quem fragmentum illud Timonis exstat No. XL. p. 46, in locis Homericis, quos Timon expresserit, indagandis ceteroquin non incuriosus p. 29 seq. *Τὸ σιλλαίνειν*, ad quod verbo redeundum, in oblectamentis convivalibus refertur a Luciano Prometh. T. I. p. 109.]

Σεύϊδαι] De his altum apud veteres silentium, vel apud Strabonem, qui X. p. 717 [T. IV. p. 169 Tzsch.] Bacchi comites sic recenset: *Διονύσου δὲ Σιληνοί τε καὶ Σάτυροι, καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε καὶ Θυῖαι, καὶ Μιμαλλόνες, καὶ Ναΐδες, καὶ Νύμφαι, καὶ Τίτυροι προσαγορευόμενοι*. At ego *Σεύϊδαι* a *σύειν irruere* eodem modo formatum puto, quo *Θυῖαι* a *θύω*, quae sunt cognata et affinia vocabula. Cotta iocans apud Cic. de N. D. III, 6 se ***Faunus*** omnino quid sit nescire affirmat. Ego vero multo minus *Σεύϊδαι*, quid sint, scire poscerem, quum in hoc solo Cornuti loco appareant et omnibus aliis veterum libris nulli sint omnino. Suspicor esse Latinorum Faunos et Paniscos, quos Cicero de N. D. III, 17 cum Satyris coniungit. [Neque hac de re sibi satis liquere confitetur Lobeckius Aglaoph. T. II. p. 1312, neque mihi liquet omnino; quamquam ut verissimum videtur, nomina *Δευάδαι* et *Σαυάδαι*, quibus Sileni Thracibus appellabantur (v. nobis monita in Mida p. 36 et Sturzium Dial. Alex. p. 46 Lobeckio allatum) huc referenda esse, ab huius vocis familia minime aliena, ita omnino dubitari non posse crediderim de nominis *Σεύϊδαι* origine a Cornuto tradita, idem statuente Iahnio Vasenbilder p. 15, qui nomini *ΣΥΒΑΣ*, quod satyri figurae in vaso picto adscriptum invenit, cognata satyrorum nomina, quale istud est *Σοβάδων*, scite admovet, hac de re omnino consulendus. *Σεύεσθαι* enim et *σώεσθαι* sive *σόεσθαι* (activa forma an in usu fuerit dubito) non solum stirpe sua, sed etiam significatione affinia esse, quod docet Etym. M. p. 270, 36, eo demonstratur, quod unum cum altero ab antiquis confundebatur; cuius rei testis est locus Apollonii Rhodii II, 295:

οἱ δ' ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα
σεύεσθαι. Στροφάδας δὲ μετακλείουσ' ἄνθρωποι,

ubi erant qui olim legerent *σώεσθαι*, quod ab editoribus adhuc non animadversum est. Ita enim Etym. M. p. 742, 7: *τὸ δὲ σώω σημαίνει τὸ ὁρμῶ, ὡς τό, Σώεσθαι στροφάδην* †), *παρὰ Ἀπολλωνίῳ*. Utram-

†) *Στροφάδην* in Lexicis desideratur, recte, huius si loci sola auctoritate niteretur, a quo plane alienum est. Sed usus ea voce est Planudes in Boethii Metaphr. p. 51, collatis iis quae ex schedis meis ibidem p. XIX editor amicus vulgavit.

que vero formam promiscuo frequentat usu Apollonius. Exemplis verbi *σεύεσθαι* Schneidero Lex. allatis adiice II, 268: contra *σωομένους* Brunckius, quem vide, III, 307 reposuit pro vulg. *σευομένους*, quicum confer II, 1012. Ceterum *σώεσθαι* eo loco, ex quo profecti sumus, Gerhardius inter vestigia alterius Argonauticorum recensionis, quae in Lect. Apollon. percenset, si bene memini, neglexit.

P. 177 [*θηλύμορφος*] V. Creuz. T. III. p. 186. Pashley Travels in Crete T. II. p. 6. Ovid. Met. IV, 19 de Baccho:

tibi, quum sine cornibus adstas,
virgineum caput est.

Atque nomine diminutivo (v. Ioann. Alex. Ton. p. 8, 34) *Διοῦς* designabatur homo *γυναικίας* et *παράθηλυς* a veteribus; quorum locos composuit Bergkius in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1835. No. 40. p. 321; ex quibus huc in primis pertinet Herodian. *π. μον. λέξεως* p. 31: *Ἔστι δὲ καὶ τὸ Διοῦς παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐπὶ τοῦ ἐκλύτου τασσόμενον, παρηγμένον ἐπὶ τὸν Διόνυσον.* Quam Bacchi naturam in signis eius artifices saepe expressisse videmus. V. Welckeri Kunstmuseum zu Bonn p. 83. Hic vero non cogitandum de tauriformi illo Baccho, qui Hebon dicitur, sed de deo iuvenis formosissimi et mollissimi figuram induente, ex cuius fronte racemis redimita cornua surgunt; qualem egregie pinxit Philostratus Imag. I, 15: *Καὶ γὰρ οἱ κόρυμβοι, στέφανος ὄντες, Διονύσου γνώρισμα . . . καὶ κέρας ὑπεκφυόμενον τῶν κροτάφων Διόνυσον δηλοῖ.* Talemque figuram menti Tibulli obversatam censeo, pulcherrime canentis, II, 1, 3:

Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus uva
pendeat, et spicis tempora cinge, Ceres.

Cornu enim copiae, quod dicitur, uvis referto ornatum Bacchum a poeta fingi ut credam, Dissenius mihi non persuasit: iam iuxta Cererem spicis coronatam alterum deum pariter serto redimitum exspectamus, ac dubitandum praeterea an cornu copiae Baccho convenienter attribuatur, quo in artis operibus hunc deum haud memini instructum me vidisse. Cornutum Bacchum hedera redimitum exhibet gemma scalpta Musei Berolinensis, ap. Toelkenium Verzeichn. der antiken Steine etc. p. 186. No. 928. Ceterum de Baccho tauriformi adeas Creuzeri Rerum Bacchic. spec. I. p. 8 seq.]

P. 178 [*δυσκάθεκτον*] Rariore hac voce usus est Nicephorus in Maii Coll. nov. Vatic. T. II. p. 658.]

[*τὸ μὲν τῆς ἐσθῆτος ἀνθηρὸν*] De veste ***florida*** variisque coloribus distincta Baccho propria, qua discolor agrorum varietas respici videatur, Welckerum egisse Zeitschrift für alte Kunst Vol. I. p. 535, Iacobsius monuit ad illa Philostrati I, 15: *σκευὴ μὲν γὰρ ἠνθισμένη, καὶ θύρσοι, καὶ νεβρίδες.* V. Annali dell' Inst. archeol. 1833. p. 99. Qualis vestis ea videtur, quam Gratiae Baccho confecisse Apollonio

dicuntur, Argon. IV, 423, collato Iliad. ε, 337, ubi peplus a Gratiis factus de quovis vestimento pretioso dicitur.]

[μαντεῖα] Athenaeus II. p. 38. A: καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἀληθείας τρίπους. Διὸ Ἀπόλλωνος μὲν οἰκεῖος διὰ τὴν ἐκ μαντικῆς ἀλήθειαν, Διονύσου δὲ διὰ τὴν ἐν μέθῃ. Euripides Bacch. 279:

μάντις δ' ὁ δαίμων ὅδε· τὸ γὰρ βακχεύσιμον
καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει·
ὅταν γὰρ ὁ θεὸς ἐς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολύς,
λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.

Ceterum de Baccho apud Thraces vaticinante huiusque dei in Thracia oraculis v. Lobeck. Aglaoph. I. p. 289. Schol. Eur. Hec. 1243. Matth. Macrob. Sat. I, 18. Eiusmodi sacrum fuit apud Amphicleenses Phocidis, ubi Bacchus colebatur vatis nomine, teste Pausania X, 33, 5. Conf. Creuz. Symb. T. III. p. 166.]

[ψόφος καὶ τυμπάνων] Poeta inc. ap. Serv. Centim. p. xi ed. Klein.

Tolle thyrsos aera pulsans: iam Lyaeus advenit,

et p. xxiii:

Indi Lyaeo dediti tympana iam quatiunt.]

[ἄλλοις τοιούτοις ὀργάνοις] V. Plutarch. Quaest. Symp. I, 1. p. 671.]

[Τινὲς δὲ τῶν θύρσων καὶ ἐπιδορατίδας κρυπτομένας ὑπὸ τῶν φύλ- P. 179
λων ἔχουσιν] De hoc genere thyrsorum, qui veteribus θυρσόλογχοι dicebantur, v. Salmasium Epist. XII alibique copiose de iis agentem: cuius verba attulit Barkerus in Classical Journ. Vol. XII. p. 407. Cum quo usu conferendum, quod Harmodius et Aristogito enses, quibus Hipparchum occisuri essent, foliis myrteis occultatos gestasse dicuntur. V. Scol. p. 47 et 61. Macrobius Sat. I, 19. p. 240 ed. Pontan. de Baccho: ***sed et quum thyrsum tenet, quid aliud quam latens telum gerit, cuius mucro hedera lambente protegitur?*** Adde Plutarch. de Is. et Osir. p. 364 (p. 439 Reisk.). Ἀργείοις δὲ βουγενὴς Διόνυσος ἐπίκλην ἐστίν· ἀνακαλοῦνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων ἐξ ὕδατος, ἐμβάλλοντες ἄρνα εἰς τὴν ἄβυσσον ἄρνα τῷ πυλαόχῳ. τὰς δὲ σάλπιγγας ἐν θύρσοις κρύπτουσιν. Num ex aqua, ut Xylander vertit, tubae illae factae? Pro ὕδατος lege ὑάλου.]

[Μαινάδες] Habes haec omnia in gemma apud Casaub. de satyra P. 180
p. 67 et 98. GALE. Philo de plantatione Noe T. III. p. 150 ed. Pfeiffer: Διὰ τοῦτο μέντοι καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς περὶ τὸν οἶνον ἐργασίας μαινομένην ἐκάλεσαν οἱ πρῶτοι, καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ καταόχέτους γενομένας Βάκχας, Μαινάδας· ἐπεὶ μανίας καὶ παραφροσύνης αἴτιος τοῖς ἀπλήστως ἐμφορουμένοις, ubi ex Vat. Ms. revocandum videtur μαινόλην pro μαινομένην. Praeterea pro πρῶτοι lege ποιηταί, quos idem simili loco advocat p. 152.]

[νέος] Νέος Αἰθίοπαις Anacreonti. Heraclitus: ἀνὴρ ὁκόταν μεθυ-

σθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου, οὐκ ἐπαΐων, ὅπη βαίνει, ὑγρὰν τὴν ψυχὴν ἔχων· αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.

Ebria Maeoniis figit vestigia thyrsis,

Claudian. V. Casaub. de satyr. p. 74. GALE. De variis aetatis humanae formis, qua Bacchus a veteribus repraesentatus est, Macrobius Sat. I, 18. p. 236 ed. Pontan. *Item Liberi patris simulacra partim puerili aetate, partim iuvenili fingunt, praeterea barbata specie, senili quoque, uti Graeci eius, quem Bassarea, item quem Brisea appellant* etc. Quo de loco et praesertim de sene Baccho v. Schwarzii Miscell. p. 107. De Bassarei nomine infra dicetur: de Brisei v. Creuzeri Symb. T. III. p. 353, qui addere potuisset, synodi nomine collegium quoddam huic Baccho dicatum Smyrnae constitisse, teste inscriptione in Sponii Misc. p. 354, quo et altera quae ibi vulgatur referenda est.]

[Σάτυροι etc.] Casaub. de sat. p. 43. GALE.]

[τῷ τὴν πρὸς τὸ ὕδωρ κρᾶσιν τοῦ οἴνου etc.] Eleganter eandem allegoriam persecutus est poeta Anthol. Lat. I, 22. T. I. p. 11 Burm.]

P. 181 [παρδάλεις] De panthera Baccho sacra omnia nota atque artis monumentis satis illustrata. V. Creuzer T. III. p. 114. In caussa vero et ratione exploranda veteres differunt. Philostratus Imag. I, 19 de panthera: Φιλία δὲ Διονύσῳ πρὸς τὸ ζῶον, ἐπειδὴ θερμότατον τῶν ζώων ἐστί, καὶ πηδᾷ κοῦφα, καὶ ἴσα Εὐάδι. Ὁρᾷς γοῦν καὶ αὐτὸ τὸ θηρίον ξυμπλέον τῷ Διονύσῳ καὶ πηδῶν ἐπὶ τοὺς Τυῤῥήνων. Hanc rationem Cornutus ignorat. Cf. cap. 27. p. 203 ibique monita et locum Eustathii descriptum p. 206 ad v. φόρημα.]

[τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς] Hinc panthera *varia* dicta: v. Welckeri Mus. Rhen. V. p. 314.]

[νεβρίδα] Νεβρίδες in apparatu Bacchico referuntur a Philostr. Imag. I, 15. V. ad c. 27. p. 203.

εἰς τὸν ἀσκὸν ἐνάλλονται] V. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 1130. [Ibi Scholiasta cum Nostro consonans inter alia, quae ad ἀσκώλια festa exponenda pertinent: δοκεῖ δὲ ἐχθρὸν εἶναι ἀμπέλῳ τὸ ζῶον. Similia Tzetz. ad Hesiod. Op. 366. Cf. Intpp. Plat. Symp. 15. Ephem. litt. Lips. 1812. No. 238. p. 1898. Gerhardii Antike Bildwerke Neapels T. I. p. 199. Virgilii intp. vet. ed. Maii p. 13. Iahnii Pentheus und die Mainaden, Kiel 1841, p. 12. In thiaso, quem exhibet gemma scalpta, Miliottium, qui edidit Pierres gravées I. fol. 64, fugit quod a quopiam calcetur, non vasculum esse, ut putat, sed utrem, ita ut haec imago ad ἀσκωλιασμὸν referenda sit.

ὀχευτικὸν] Eudocia p. 397: τινὲς δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἐσέβοντο τὸν τράγον ἀνακείμενον τῇ γονίμῳ δυνάμει· καὶ γὰρ ὀχευτικὸν ζῶον ὁ τράγος λέγεται εἶναι. V. Theodoret. Therap. III. p. 521. [T. IV. p. 784 ed. Schulzii. Adde Horapollin. Hierogl. 48. p. 60 ed. Pauw., et quae

notavimus ad c. 27. p. 203 ad v. ὀχευτήν. De capro, quem Baccho mactare solerent, v. Meinekii Eclog. Ovid. p. 203.]

[ὁ ὄνος] Sileni asinum, ni fallor, Cornutus in mente habuit; praeterea et ipsi Baccho animal illud sacrum fuit, varias ob caussas. V. Creuzer T. III. p. 483 seq. Comm. Herod. I. p. 258. Hinc idem asino vel etiam mulo insidens fingitur: v. Hamiltoni Vasen T. II. Tab. 42. Gerhardii Berlins Bildw. I. p. 226. 239. 243.]

[φαλλοὶ] quorum obscoenitatem frustra conatur excusare Iambl. de myst. c. 11. segm. 1. GALE. Villoisonus in Collect. „Plures erant apud Latinos dii et deae, qui illa Veneris orgia celebrantibus adessent. Augustinus de civ. dei VI, 9: . . . *Sed quid hoc dicam, cum ibi sit et Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum et turpissimum fascinum sedere nova nupta iubebatur more honestissimo et religiosissimo matronarum.* Vide eundem VII, 21 de phallo, cui membro inhonesto matremfamilias honestissimam palam coronam imponere necesse fuisse dicit in oppido Lavinio. Et VII, 24: *iam quod in Liberi sacris honesta matrona pudenda virilia coronabat, spectante multitudine: ubi rubens et sudans, si est ulla frons in hominibus, astabat forsitan et maritus: et quod in celebratione nuptiarum super Priapi scapum nova nupta sedere iubebatur.*" De Bacchi phallis festorumque hanc in rem celebratorum ritu cf. quae collegit Creuzerus Comm. Herod. I. p. 146.]

[κοινῇ θυόντων Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ] Intelligitur, ni fallor, Libera, quae pro Venere habita fuit. V. Creuzer T. III. p. 375. Ceterum Baccho, Cereri et Liberae Romae commune templum: Tac. Ann. II, 49, ubi v. Vestran. Poeta Anthol. Lat. I, 23. T. I. p. 13 Burm. P. 182

Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris,
nam sunt unanimi Bacchus Amorque dei.]

[Ὁ δὲ νάρθηξ] Versus notissimus, qui in proverbium abiit:

Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

Quo praeter alios usus est Melogalas quidam in Epistola edita in Extraits des Ms. de la bibl. Paris. T. VI. p. 512. Alios monstravit Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 173 (176 Lips.). Νάρθηξ Baccho cur sacer fuerit, alias affert caussas Plutarchus Quaest. symp. I, 1. p. 612 (T. VIII. p. 416).]

[μεθυόντων] Philo de plantatione Noe p. 237 [T. III. p. 158 ed. Pfeiffer]: Ἀπὸ τούτου γέ τοι φασὶ τὸ μεθύειν ὠνομάσθαι, ὅτι μετὰ τὸ θύειν ἔθος ἦν τοῖς πρότερον οἰνοῦσθαι.

[Ὀρείφοιτοι etc.] Eurip. Phoen. 1765: ἴθ' ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα γε σηκὸς ἄβατος ὄρεσι Μαινάδων.]

[Διθύραμβος ὁ Διόνυσος ἐκλήθη] V. Athen. I. p. 30. A. XI. p. 465. A. Varias nominis etymologias enarrant Schottus ad Procli P. 183

Chrest. p. 432 ed. Gaisf. Lindenbroch. ad Priap. 52. p. 172 ed. Sciopp. Timkowsky in Beckii Actis Vol. I. p. 204 seq. Creuzer T. III. p. 130. Primitivam nominis formam διθύραμος fuisse, nuper statuit Welckerus in Annali dell' Inst. archeol. 1829. p. 400.]

[ὁ δὲ θρίαμβος] Varias derivandi explicandique rationes exponit Etym. M. p. 455, 16. Θρίαμβος ipse Bacchus appellatus: Athen. I. p. 30. A.]

P. 184 [τὴν κίτταν] De loquacitate picarum v. Iacobs ad Philostr. Imag. II, 17 fin. ubi iuxta psittacum pica laudatur, plane ut in Persii prologo, ad quem v. Passovium p. 226.]

[Βασσαρέα] De origine huius cognominis veterum loca occuparunt Gaisfordius ad Hephaest. p. 70 et Creuzer Symb. T. III. p. 360. Ad lectionem MS. Βασαρέα Galeus adnotavit: „Alii cum duplici s, et Bassarin talarem intelligunt. Ovidius de ea:

Funditur ad teneros lutea palla pedes.

Agathias Epigramm. περισφύριον vocat." En igitur Bassarea habemus Bacchum, talari vestitum, non hercle Indicum illum, ut nonnulli putarunt, sed Thracium: Thracibus enim Bacchabus βασσάρας illas, unde plerique Bassarei Bacchi nomen duxerunt, proprias fuisse, nunc satis constat. V. Lobeckii Aglaoph. T. I. p. 293. Creuzer Zur Gemmenkunde p. 200 eiusdemque Auswahl uned. Gr. Thongefässe p. 57. Qualem Baccham monstravit Gerhardius Neapels Bildw. T. I. p. 308; neque Bassareum Bacchum cunctor eum agnoscere, qui multis in anaglyphis ampla et demissa ad pedes usque veste amictus senex exhibetur. Quae sententia egregie firmatur Macrob. Sat. I, 18. p. 236, cuius verba exhibuimus supra, ubi de iuvenili Baccho sermo fuit. Ceterum in etymo vocis declarando Cornutus secum ipse dissidet, si quidem idem est qui ad Persium I, 100 adnotavit: ***Bassareus a genere vestis, quo Liber utebatur demissae ad talos, quam Thraces Bassarim vocant.*** De quo dissensu componendo vide Prolegomena.]

[εἰραφιώτην] Faber Tan. in Epistolis deducit ab ἔριφος. In Bacchi Omestae sacris reclamantium caprarum viscera cruentato ore dissipabant. Arnob. Ut igitur Κορυκιώτης, sic et εἰραφιώτης. Porphyr. de abst. 3, 17 dicit ab animalibus diis data esse cognomina: Ἀπόλλωνι, ut vocetur Λύκειος, Διονύσῳ, εἰραφιώτης. GALE. Eandem quam Noster etymologiam inter alias Eustathius refert ad Dionys. Perieg. 576, ubi tamen φαίνειν est pro ἀφιέναι; utrumque coniunxit Eudocia p. 121 eadem in re. Veterum et recentiorum hariolationes circa cognomen illud explanandum collegerunt Creuzerus T. III. p. 97 et qui nuper ipse novam coniecturam adiecit illis haud probabiliorem, Burmeisterus in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1836. No. 131. p. 1055. Mihi interim ad antiquae disciplinae placitum illud revertendum vi-

detur, qua *εἰραφιώτης παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός*, uti cum aliis Eudocia l. l. dicit, appellatus creditur, non tam ineptum illud quam vulgo putatur. Neque excogitata haec vocis origo a solis grammaticis, sed adeo poetis celebrata. Nonnus IX, 18 de partu Bacchi:

λοχευομένῳ δὲ Λυκαίῳ
πατρῴην ἐπέθηκεν ἐπωνυμίην τοκετοῖο,
κικλήσκων Διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων,
ἤϊε χωλαίνων Κρονίδης βεβριθότι μηρῷ,
νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει.
καὶ θεὸν ἀρτιλόχευτον ἐφήμισαν Εἰραφιώτην,
ὅττι μιν εὐώδινι πατὴρ ἐῤῥάψατο μηρῷ.

Iam quod ad ipsam vocis derivationem attinet, Burmeistero quidem concedendum est, *εἰραφιώτης* admodum facili ratione a *ῥάπτω* derivari neganti; nulla tamen vocis etymologia rei aptior; et hac in re puto nobis solum laborandum, ut quo modo utriusque vocabuli cognatio constet demonstretur. Qua in re nihil, fateor, cum probabilitatis quantulaecunque specie afferre possum nisi coniecturam, olim *ἐράπτω* vel, ob nativam litterae rho geminationem, *ἐῤῥάπτω* dictum esse, ad eorum quidem verborum analogiam conformatum, quibus ex usu quodam priscae Graecitatis *ε* vel *η* verborum formis primitivis praefigeretur, unde prodiit v. c. *ἠβουλόμην*, alia: quo de usu v. quae sagaciter monuit Boeckhius ad Min. p. 148, collato tamen Lobeckio ad Phryn. p. 700, sententiam suam hac de re suspendente. Ad eandem verborum classem referendum esset *δύρομαι* (*ὀδύρομαι*) et quae alia id generis sunt. Formae vero *ἐῤῥαφιώτης*, si quidem apud Graecos in usu fuit, paulatim, praesertim poetarum studio, molliorem *εἰραφιώτης* substitutam esse, haud valde mirandum. Denique in hoc non laborandum, quod significatio passiva, quae inest in v. *εἰραφιώτης*, usui huius classis substantivorum in *-ωτης* desinentium activa plerumque vi gaudentium repugnet: sunt enim quaedam quae statum significant, ut *νησιώτης* et similia, et quod proxime huc pertinet *σπαργανιώτης*, quicum suo loco Schneiderus Lex. comparat illud ipsum *εἰραφιώτης*. Haec pluribus abhinc annis scripta nunc retractanti in manus incidit Choeroboscus a Cramero Anecd. Gr. T. II. p. 211 editus, qui sententiam meam nonnihil confirmat: *Εἰραφιώτης: διὰ τῆς ει διφθόγγου· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐῤῥάφθαι γέγονεν ἐῤῥαφιώτης καὶ εἰραφιώτης, προσελθόντος τοῦ ι καὶ ἀποβληθέντος τοῦ ρ. Εἰραφιώτης δὲ λέγεται ὁ Διόνυσος, διὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός* etc.]

[*πολεμιστής*] Macrobius Sat. I, 19 init.: ***Quae de Libero patre dicta sunt, haec Martem eundem ac solem esse demonstrant. Si quidem plerique Liberum cum Marte coniungunt, unum deum esse monstrantes. Unde Bacchus*** *ἐνυάλιος* ***cognominatur; quod est inter***

propria Martis nomina †). *Colitur etiam apud Lacedaemonios simulacrum Liberi patris hasta insigne, non thyrso* etc. Idem mox quae paene ex nostro loco transumpta dicas: *Hinc etiam Liber pater bellorum potens probatur; quod eum primum ediderunt auctorem triumphi.* De Baccho proeliatore audace conf. intpp. Horat. Carm. I, 12, 21.]

[*Τῷ δὲ κιττῷ*] De hedera Bacchi v. Plin. H. N. XVI, 34. Strab. p. 489 ed. Casaub. Macrob. Sat. I, 19. Passov. ad Persium p. 219. Hinc Bacchus *κισσεύς*, de quo v. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 352 et 360. ed. pr. Ceterum de hedera eiusque speciebus v. Millini Monum. ant. ined. T. I. p. 140.]

[*τῶν κορύμβων*] Bacchus adeo *κορυμβοφόρος* Nonno Dion. XVIII, 3 dicitur, utpote corymborum serto redimitus, quod Petronio 110 *corymbium* dicitur, de quo v. Klotzium Alte geschnittene Steine p. 106. Nonno V, 99 Mars deposita galea dicitur:

μιτρώσας πλοκαμῖδας ἀναιμάκτοισι κορύμβοις.

Idem XI, 515:

οὔπω γὰρ χρυσέων ἑλίκων πλεκτοῖσι κορύμβοις
βότρυες ἀμπελόεντες ἐπέῤῥεον αὐχένι νύμφης.

Cur vero hederam Bacchus tantopere in deliciis habeat, Plutarcho Quaest. Symp. III, 2. p. 571 (quem locum Villoisonus attulit) nemo melius ostendit, quippe non eo, quod vi sua ebrietatem reprimat (*θερμότητι ἀνοίγοντο τοὺς πόρους*) ††), sed ob plantae similitudinem: *καὶ γὰρ τοῦ κλήματος τὸ ἑλικῶδες τοῦτο καὶ σφαλλόμενον ἐν τῇ πορείᾳ, καὶ τοῦ πετάλου τὸ ὑγρὸν καὶ περικεχυμένον ἀτάκτως, μάλιστα δ' αὐτὸς ὁ κόρυμβος ὄμφακι πυκνῷ καὶ περκάζοντι προσεοικὼς ἐκμίμηται τὴν τῆς ἀμπέλου διάθεσιν.*]

P. 185 [*Θυμελικά*] *Θυμέλη* mensa erat super quam stabant rustici fabulas agentes in scena. V. Rittershusium ad Salvianum p. 207. Alex. ab Alex. III, 9. Adhibebantur thymelici in conviviis nuptialibus. Recte ergo sequitur in *θαλίαις* et *ἀναθήματα δαιτός*, ex Odyss. *α*, 152. GALE. V. Syllog. inscr. p. 206. Ceterum hic commemorandum Phornuti, ut appellatur, fragmentum quoddam, quod ex Rhodigini

---

†) Proprie hoc cognomen, de quo v. quae contulit Lobeck. ad Soph. Ai. 180, duobus numinibus solis convenire, Marti et Romulo, traditur a Schol. br. Iliad. *β*, 651. Sed conf. Creuzer T. III. p. 231.

††) Contrariam hederae virtutem asserit Inc. in Boissonadii Anecd. T. I. p. 422. Aliam hederae vino admixtae *πρὸς παιδοποιΐαν* excitantem praedicat Cratinus aut Crateuas, ut mavult Schneiderus ad Theophr. Hist. plant. III, 18. p. 263, apud Schol. Theocr. XI, 46, ubi sub finem pro *φασιν* ex codice quodam, cuius variantes penes me sunt, *φησιν* legendum.

Antiquit. IV, 8 (ubi nihil horum reperio) affertur in Stuartii Antiq. Att. T. III. p. 249 ed. Darmst. *Γυμνικοὺς ἀγῶνας παρασκευάζουσι Ἠλεῖοι, θυμελικοὺς Κορίνθιοι, σκηνικοὺς Ἀθηναῖοι.* De quo quid statuam non habeo.]

Τιτάνων] De hac fabula notanda habes apud I. Firmicum de errore prof. relig. p. 8 et 9 [ed. Wower Amstelod. 1645]. His docemur Creticam fuisse illam fabulam, atque in Creta insula natum adeo Bacchum perhiberi constat. Quo probabiliter censeas respicere sarcophagum in Creta nuper repertum, scenas bacchicas exhibens, cuius in latere uno infans Bacchus cunabulis insidens a duobus satyris sustentatur, teste Pashley Travels in Crete T. I. p. 19. Creticum Bacchum insuper commemorat cum aliis Pausanias. Sed hac de re alias. Interim affero, quae apprime huc faciunt Etym. M. p. 255 verba: *ὅτι τὰ Διονύσου μέλη σπαράξαντες οἱ Τιτᾶνες, τῷ Ἀπόλλωνι παρέθεντο, ἐμβαλόντες λέβητι. ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι ἀπέθετο παρὰ τῷ ἀδελφῷ*, quibuscum confer Tzetz. ad Lycophr. p. 43, qui ex Etymologo hausisse sua videtur. Hinc Bacchi sepulchrum Delphis, *ἐν Δελφοῖς παρὰ τὸν χρυσοῦν καλούμενον Ἀπόλλωνα*, ut ait Iulianus, cuius locum scite confert Worthius ad Tatiani Or. ad Graecos p. 34. De tota hac Bacchi *μελοκοπίᾳ* cf. Creuzeri Rerum Bacchic. Spec. I. p. 16 seq. eundemque ad Plotin. de pulchr. p. XLIII.]

[*σύῤῥεουσι*] quoniam Rhea inde videtur deduci. V. Schol. Iliad. P. 186
ο, 19. GALE. Ibi leguntur: *Ῥέαν δὲ, τὴν ἐπιῤῥεομένην ὕδασιν.* Qua de re, ubi de Rhea Cornutus, dictum.]

[*παρὰ τῷ ποιητῇ*] Iliad. ζ et ψ, 91 ibiq. Schol. Hyginus et Ovid. GALE. De hac Lycurgi fabula Villoisonus conferri iubet I. Firmicum de errore prof. relig. p. 10 et de allegoria eius Eustath. p. 871, 36. De insolentiore particulae *δέ*, quae continuo sequitur, sede v. ad c. 14. p. 158.

Τιθῆναι] Heraclides de alleg. p. 456 ed. Gale: *τιθήνας δὲ νομίζειν δεῖ τὰς ἀμπέλους.* De Bacchi et aliorum deorum nutricibus v. Plutarch. Quaest. Symp. III, 9 fin. p. 657 [T. VIII. p. 610, ubi dum alii dii singulas vel duas nutrices habuissent, Baccho plures fuisse narratur, *ὅτι δεῖ τὸν θεὸν τοῦτον ἐν πλείοσι μέτροις νυμφῶν τιθασσευόμενον καὶ παιδευόμενον, ἡμερώτερον ποιεῖν καὶ φρονιμώτερον.* Nymphae enim proprie Bacchi dicuntur nutrices: v. Athen. XI. p. 465. A et B, ob aquam vino admiscendam.]

[*ἐσκύλευσε*] Fabulam a Cornuto de Lycurgo traditam quum alia multa artis monumenta exhibent, tum gemma scalpta in Toelkenii Verz. der vertieft geschnittenen Steine zu Berlin, p. 204. Cf. Zoega Abh. herausg. v. Welcker p. 1 et 353 seq. Gerhard Neapels antike Bildw. T. I. p. 325.]

τρυγητὴς] Heraclid. de alleg. p. 455: τὸ δ' ἐστὶν οἴνου συγκομιδῆς γεωργοῖς ἀλληγορία.

P. 187 ἀπετέθη] Villoisonus: „Galeus coniicit ἀπετόθη; male. Vino aquam marinam admiscebant veteres, ut diutius conservatum reponeretur. Heraclides, apud quem eadem allegoria, p. 456: ἔθος γε μὴν τοῖς πολλοῖς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ διαμένειν ἀκλινῆ τὸν καρπόν, ἐπικιρνάναι θαλαττίῳ ὕδατι. παρὰ τοῦτο ὁ Διόνυσος

δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ †).

Ἡ τελευταία μετὰ τὴν ἀπόθλιψιν τοῦ καρποῦ θέσις· αὕτη γὰρ ἐσχάτη δέχεται τὸν οἶνον. Plutarchus Quaest. nat. p. 914 [T. IX. p. 620]: Διὰ τί τῷ οἴνῳ θάλασσαν παραχέουσι, καὶ χρησμόν τινα λέγουσιν ἁλιεῖς κομισθῆναι, προστάττοντα βαπτίζειν τὸν Διόνυσον πρὸς τὴν θάλατταν· οἱ δὲ πόῤῥω θαλάττης ἐμβάλλουσι γύψον Ζακυνθίαν ὀπτήσαντες ††). πότερον ἡ θερμότης βοηθεῖ πρὸς τὴν περίψυξιν, ἢ αὐτὴ ἐξίστησι μάλιστα τὸν οἶνον ἀποσβεννύουσα καὶ φθείρουσα τὴν δύναμιν; ἢ τὸ ὑδατῶδες καὶ πνευματῶδες τοῦ οἴνου, πρὸς μεταβολὴν ἐπισφαλεστάτην ἔχοντος, ἵστησι τὰ γεώδη πεφυκότα στύφειν καὶ κατισχάνειν; οἱ δὲ ἅλες μετὰ τῆς θαλάττης λεπτύνοντες καὶ ἀποτήκοντες τὸ ἀλλότριον καὶ περιττὸν, οὐκ ἐῶσι δυσωδίαν, οὐδὲ σῆψιν ἐγγίνεσθαι." Manifestum agi hoc loco de temperatura vini ea, qua aqua marina admisceatur; quod varias ob caussas a veteribus factum esse tradit Athen. I. p. 32. A et D. Non est igitur dubium, quin de eodem genere mixtionis, non de quavis vini cum aqua temperatura accipiendum esse Oraculum illud a Philochoro in Scholiis Iliadis traditum: quod cum Heynio Obs. T. V. p. 716, qui primus vulgavit, Lobeckius statuisse videtur, ad Sophocl. Aiac. 804. p. 347 ed. prior. Nam unum idemque oraculum ab utroque scriptore spectari conferenti patebit. Scholion vero illud satis mendosum ita habet: ἢ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη, ἁλιεύειν ἐν τόπῳ Διόνυσον ἁλιέα βαπτίζοιτε. Ut difficillimum fuerit, ipsa oraculi verba ex his expiscari, tamen periculum Lobeckius l. l. fecit, ita ut versum hunc sagaciter erueret:

ἐν δέπαϊ Διόνυσον ἁλωέα βαπτίζοιτε.

In quibus quum ἁλωέα egregie repertum videatur, tamen ingeniosissimo viro de reliquis haud adsentior, non solum quod marinae aquae mentio, quae desideratur, posthabita est, sed quod commodior lectio, qua simul id quod desideramus assequimur, in promptu est, ἐν τόπῳ (ἐν δέπαϊ) mutato in ἐν πόντῳ, tralatitia illa utriusque vocis permutatione, de qua supra monui monuitque Friedemannus ad Strabon.

---

†) [Iliad. ζ, 136.]

††) [Ipsi vino Zacynthio gypsum admiscere soliti sunt, teste Athenaeo I. p. 30. B. Idem in Italia factum, affirmat Theophrastus de lapidibus 67. T. I. p. 704. Schneid.]

T. VII. p. 406. Restat ut *ἀλιεύειν*, quod in Scholio sequentibus oraculi verbis iunctum legitur, praecedentibus potius adscribendum esse adnotem, et quidem in *ἁλιεῖσιν* mutatum, qua correctione nihil censebis facilius admitti posse, quum reputaveris antiquam utriusque vocis scripturam *ΑΛΙΕΥΕΙΝ* et *ΑΛΙΕΙΣΙΝ*.]

Caput XXXI.

Ἡρακλῆς] Orpheo erat *θεὸς δράκων ἑλικτὸς ὁ Ἡρακλῆς.* V. Athenagor. p. 156 et a pag. 144 ad p. 146. [Herculem hoc modo fictum interpretabantur *χρόνον ἀγήρατον*, cuius imaginem ex Hieronymo vel Hellanico Damascius de princ. p. 381 ita refert: *τὴν δὲ τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι μὲν ἐκ τούτων, ὕδατός φημι καὶ γῆς, δράκοντα δὲ εἶναι κεφαλὰς ἔχοντα προσπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον, ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερά, ὠνομᾶσθαι δὲ χρόνον ἀγήρατον καὶ Ἡρακλῆα τὸν αὐτόν.*] Sed Heraclides Alleg. p. 452 seq.: *Ἡράκλέα δὲ νομιστέον οὐκ ἀπὸ σωματικῆς δυνάμεως ἀναχθέντα τοσοῦτον ἰσχύσαι τοῖσδε χρόνοις, ἀλλ' ἀνὴρ ἔμφρων καὶ σοφίας οὐρανίου μύστης, ὡσπερεὶ κατὰ βαθείας ἀχλύος, ἐπιδεδυκυῖαν ἐφώτισε τὴν φιλοσοφίαν, καθάπερ ὁμολογοῦσι καὶ Στωϊκῶν οἱ δοκιμώτατοι.*

ὁ ἐν τοῖς ὅλοις λόγος] V. Theol. phys. Stoicorum. Orpheus apud Clem. Alex. Strom. V. p. 607:

εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τούτῳ προσέδρευε.

Tertullianus Apolog. 21: ***apud vestros quoque sapientes*** *λόγον*, ***id est sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit.*** Plato de legg. IV, *λόγος θειότατος*, de deo loquens. Cleanthes Hymno:

κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
φοιτᾷ μιγνύμενος.

Heraclitus ap. Steph. Poes. phil. p. 129: *τὸν θεῖον λόγον καθ' Ἡράκλειτον δι' ἀναπνοῆς σπάσαντες νοεροὶ γινόμεθα.* Hunc ibid. p. 130 Heraclitus vocat *κοινὸν λόγον καὶ θεῖον καὶ οὗ κατὰ μετοχὴν γινόμεθα νοεροί, κριτήριον ἀληθείας.* Idem apud eundem: *τοῦ λόγου ἐόντος ξυνοῦ.* Secundum Stoicos, teste in Zenonis vita Diogene Laertio p. 418 ed. Amst., *ὁ νόμος ὁ κοινός ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Διΐ καθηγεμόνι τούτῳ τῆς τῶν ὄντων διοικήσεως ὄντι.* Quod Meibomius vertit ***eademque in Iove.*** Iam dudum legendum censebam *ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διΐ*, quod postea vidi expressum in ed. Lond. p. 185, ubi recte prior interpres ***nihil distans ab hoc ipso Iove.*** V. supra ad p. 147 *κινήσεως λόγον.*

ἀνίκητος] Seneca de benef. IV, 8 ostendit secundum Stoicos idem esse naturam, deum Iovem, Liberum patrem et Mercurium,

atque addit: *Herculem (nostri putant), quia vis eius invicta.* [Ipse Hercules *invictus* dictus, teste lapide in Ephem. litt. Hal. 1822. No. 14. p. 107. Cf. Klotz. ad Tyrtae. II, 1. p. 74. Atque etiam *victor:* v. Oderici Syllog. inscr. p. 304.]

[*ἀλκῆς*] *Παρὰ τοῖς φυσικοῖς ὁ Ἡρακλῆς σύνεσις καὶ ἀλκὴ λαμβάνεται*, Schol. Apollon. Aegyptii hunc dicebant *τὸν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἥλιον*, fortasse *λόγον*. Macrob. Sat. I, 20. GALE. Hinc *Alcaeus* olim ipse Hercules dictus: de quo nomine v. Welckeri Epigr. Graec. Spicil. II. p. 10. Cf. Mythogr. Vatic. Tert. XIII, 1. p. 269. ed. Maii.]

[*Ὠνόμασται δὲ* etc.] Mythographus Vaticanus Tertius l. c.: *Hercules igitur quasi ἡρώων κλέος virorum fortium gloria interpretatur.*]

[*ἥρωας γὰρ ἐκάλουν* etc.] Spectatur hic vocabuli usus inprimis Homericus, ubi *ἥρως* nihil aliud quam vir fortis, ut interpretatur Servius Aen. I, 196. Conf. quae diligenter et acute hac de voce disputavit Schneiderus Lexico, quibus nunc adhibe commentationem On the Homeric use of the word *ἥρως* in Philological Museum Vol. II. p. 72 seq. Varias veterum opiniones de vocabuli origine vide apud Grammaticos in Crameri Anecd. Gr. T. I. p. 186. T. II. p. 444 et apud Eudociam p. 218 seq. Epigrammatis ibi ex Porphyrii nescio cuius scriptis laudati qui affertur versus

σῆμα μὲν ἐν πόντῳ κεῖται, πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει,

non uno loco de mendo laborat, ita restituendus pristino nitori, ut, deleta inutili glossa *κεῖται*, *σῶμα* pro *σῆμα* reponatur, de quarum vocum satis frequenti confusione adi Boissonad. ad Philostr. Her. p. 440. Etenim sermo est de quodam mari absorpto, cuius corpus mari relictum sit. Tota phrasis accommodata ei formulae est, in monumentis sepulcralibus frequentissimae, secundum quam mortui corpus terrae remaneret, anima in aethera tolli diceretur, de qua v. Syllog. inscr. p. 19.]

[*νεωτέρας ἱστορίας*] In Varr. lect. Villoisonus: „Fortasse indicat Euhemeri *ἱερὰν ἀναγραφήν*, in qua deos nihil aliud esse affirmabat quam, ut loquitur Minucius Felix [c. 21] p. 28, homines in deos assumptos, qui utilitati hominum profuere." Quae coniectura valde probabilis videtur.]

διὰ γὰρ ἀρετὴν] Minucius Felix l. c. ***Lege Stoicorum scripta vel scripta sapientium eadem mecum recognosces, ob merita virtutis aut muneris deos habitos***, [ubi plura intpp.] Heraclitus in sua ad Hermodorum epistola ap. Steph. Poes. phil. p. 143: *Ἡρακλῆς δὲ οὐκ ἄνθρωπος ἐγεγόνει* etc.

P. 188 [*Τάχα δ' ἂν ἡ λεοντῇ* etc.] Pisandrum Camirensem vel quisquis Heracleae auctor fuerit Cornutus, ni fallor, in mente habet, qui Herculem primus pelle leonina clavaque instruxisse a Strabone tra-

ditur XV. p. 14 et 16 ed. Tzsch. *καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη πολὺ νεωτέρα τῆς Τρωϊκῆς μνήμης ἐστί, πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων, εἴτε Πείσανδρος ἦν, εἴτ᾽ ἄλλος τις· τὰ δ᾽ ἀρχαῖα ξόανα οὐχ οὕτω διεσκεύασται.* Quae clava apud Pisandrum teste Schol. Apollon. I, 1196 dicitur fuisse *ῥόπαλον ὁλόχαλκον*; quare non mirum, Herculem eam a Vulcano dono accepisse dici a Diodor. IV, 14. Megaclide autem teste apud Athen. XII. p. 412. E seq. primus Herculi symbola illa arcu aucta Stesichorus tribuit; quam differentiam. de qua Winckelmannus Operumque eius editores disputarunt T. V. p. 224 seq. et 539, et Heinrichius ad Hes. Scut. Herc. p. LXXI, nunc non examinabo; satis est commemorasse, secundum Megaclidem ornatu illo Herculem poetas Homero et Hesiodo posteriores instruxisse, qui omnino Herculis fabulam ita exornassent et dilatassent, ut adeo prodierit exercitus dux orbemque terrarum peragrarit multasque urbes expugnarit. *Εἰρήκασιν ὡς στρατοπέδων ἡγεῖτο καὶ πόλεις ᾕρει*, et paullo post: *τοῦτον οἱ νέοι ποιηταὶ κατασκευάζουσιν ἐν λῃστοῦ σχήματι μόνον περιπορευόμενον, ξύλον ἔχοντα καὶ λεοντῆν καὶ τόξα*, quibuscum verbis apprime conferenda sunt quae apud Nostrum leguntur: *Στρατηγὸν γὰρ αὐτὸν γενόμενον* etc. admodum similia.]

ὑπὲρ τῶν εὐεργετουμένων] De hoc vetusto, ut vocat Plinius II, 7, referendi bene merentibus gratiam more v. Theol. phys. Balbus ap. Cic. de N. D. II, 24: ***Suscepit autem vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama ac voluntate tollerent.*** I, 15: ***Persaeus, eiusdem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa.*** Ibidem Chrysippus homines censet etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. [De Hercule Cicero de Off. III, 5, 10: ***quem hominum fama beneficiorum memor in concilio coelestium collocavit***, ubi v. Heusing. collato legg. II, 8. De eius apotheosi consulendus Gerhardius Berlins Bildw. T. I. p. 328 seq.]

[*ὁ μὲν γὰρ λέων* etc.] Nicetae *θὴρ βασιλικὸς* leo vocatur in Annae Comnenae Supplementis a Tafelio editis p. 7. Cf. Creuz. Symb. T. II. p. 229 seq.]

[*τοξότης δ᾽ ἂν ὁ θεὸς παρεισάγοιτο*] V. Eurip. Herc. Fur. 472. P. 189
Arcum gestans passim Hercules in artis monumentis conspicitur, plerumque in iis, quibus tripodem Apollini auferens fingitur; quamquam arcus ille Apollini ereptus vulgo dici solet. Sed alias quoque Herculem arcu instructum exhiberi, Passovius luculenter docuit in Boettigeri Archaeologie und Kunst I. p. 149 seq. Praeterea conf. Antiq. d'Herculan. I. Tab. 6 et quae supra, ubi de clava Herculis et pelle dictum, disputavimus. Ac telis plures adeo dii ab Hercule percussi in fabulis tradebantur: v. Heynii Obs. in Iliad. T. V. p. 77. 79.]

[*Κῷοι*] Hanc insulam a Troia reversus devastavit Hercules. Schol.

Iliad. GALE. De proelio, quod Hercules cum Cois commiserit deque caussa, qua cultum sacrum apud eos nactus sit, ut sacerdos eius in memoriam factorum illorum muliebri veste indutus sacra faceret, copiose agit Plutarchus Quaest. Graec. p. 304. Atque cultum Herculis ea in insula, de quo v. Eckhel. Doctr. num. T. II. p. 599 seq., permulti testantur numi. V. Mionnet Descr. des med. ant. T. III. p. 402. Quod autem Plutarchus tradit Herculem ibi Alciopi filiam †) in matrimonium duxisse, quae caussa illius cultus fuisset, id ipsis numis, si recte coniicio, comprobatur. In binis numis a Mionneto commemoratis p. 403. No. 20 et p. 405. No. 44 exhibentur in adversa Herculis caput imberbe, in aversa feminae caput velatum. Hoc, ni fallor sponsae, quae Herculi nupserit, caput. Neque a vero aberrare me crediderim si ad eosdem amores referendum esse censeam alium numum apud Eckhel. l. l., quo Hercules stans cum Cupidine brachio eius inhaerente repraesentatur. Praeterea in alio Coorum numo ap. Eckhel Num. vet. anecd. T. I. p. 214, in cuius adversa item caput muliebre velatum, in adversa paguri imago exhibetur ††), eandem haud dubitabis agnoscere Herculis coniugem prae Iole vel Ompale, quarum alteramutram hic repperisse sibi editor videbatur; de Omphale certe quo minus cogitemus vetat alius eorundem Coorum numus apud Mionnet p. 404. No. 31, quo certam habemus Omphalae imaginem, sed eo habitu, quo par est, indutae, h. e. Herculeis insignibus ornatae. Omphalen pelle leonis tectam exhibet artis opus in Museo Parisiensi, de quo adeas Visconti Description des antiques du Musée royal, No. 151. p. 62. ed. a. 1817. Cum illa Herculis coniuge confusa Hebe esse videtur, si quidem verum est quod Cornutus narrat, propriam fuisse Cois famam de nuptiis Herculis cum Hebe initis. Nuptiarum harum, quas pulcherrima pictura vasculi nuper reperti repraesentat (v. Gerhardii Berlins ant. Bildw. T. I. p. 299), ratio nihil in se habet, quod ad Coorum cultum vel religiones peculiariter spectet.

---

†) Plutarchus: ἐγάμει τὴν Ἀλκιόπου. Eadem esse videtur quae testibus Callimacho II. in Del. 161 et Schol. Pindar. Nem. IV, 40 Rhen. Chalciope vocatur et in sacrario peculiari culta dicitur. Mirus vero nominum patris et filiae consensus, ut quum de lectione apud Callimachum dubium sit nullum, illius nominis apud Plutarchum scriptura ad huius modum revocanda videatur, ni praestet legere τὴν Χαλκιόπην, quum pater eius diserte Eurypylus vocetur Apollodoro II, 7, 8, 11 et Schol. Pind. l. c.

††) Similem numum profert Mionnetus p. 405. No. 36, eo tamen diversum, quod paguro adiecta est clava Herculis, quo fit ut etiam certius de mulieris persona statuere liceat. Atque paguri quoque notionem aliquo modo ad Herculem referri, monuit Cavedonius in Annali dell' Inst. arch. T. VII. p. 263, quem nunc video de effigie illa capitis velati eandem sententiam proposuisse.

[τὴν παρ' Ὀμφάλῃ λατρείαν] Pherecydes apud Schol. Odyss. φ, 23. Lucian. Dial. GALE. V. Creuz. Symb. T. II. p. 231. Suo more rem enarrat Auctor de incredib. p. 55 ed. Gale. In ratione allegorica huius fabulae a Cornuto tradita fateor me non satis intelligere, quo sensu τῆς ὀμφῆς dicatur. Etym. M. p. 626, 1: Ὀμφή, θεία φήμη, κλήδων· παρὰ τὸ φῶ τὸ φαίνω καὶ τὸ ὄν, ἡ τὸ ὂν φαίνουσα, ἤγουν τὸ ἀληθές. Cf. infra c. 32. p. 226. Sensus fere hic esse videtur: rationi se subiicere, etiam fortissimi esse, etiam tum quum quiddam in rationa em theoriam incidat, quod mulieris potius quam viri sit, qualis ὀμφή, h. l. inspiratio divina, quam non inepte Omphalen dixeris. Diversam eius rei interpretationem habet Mythographus Vaticanus Tertius XIII, 1. p. 270 ed. Maii, de Hercule loquens: ***Et tamen a libidine superatur: ὀμφαλὴ enim Graece umbilicus dicitur; libido autem in umbilico mulieribus dominatur: ostenditur, quod libido etiam invictam domat virtutem.*** Quam in mente ii habuisse videntur, qui Cornuti loco ὀμφαλὸν intulerunt.] P. 190

[Τοὺς δὲ δώδεκα ἄθλους] Δωδεκαθλον Herculis edidit L. Allatius. MS. in Bibl. Ox. nescio an idem sit opus. V. p. 1. Phurnuti enim ex hoc opere (aut ex Apollodoro) quaedam habes. Iliad. ο, 639. θ, 368. Hercules Sol esse intelligitur; 12 labores ad signa zodiaci referuntur. Intpp. Hesiod. Theog. p. 165. Serv. ad Aen. GALE.]

Κλεάνθην] Hunc magni faciebat Cornutus. Unde Cornutum sic alloquitur Persius in quinta Satyra: P. 191

> ***Cultor enim iuvenum purgatas inseris aures***
> ***fruge Cleanthea.***

[Cleanthem citat Schol. Iliad. γ, 64 [ubi sententia eius de Venere aurea laudatur]. Praeter ea quae Laertius, scripsit περὶ θεῶν et μυθικά, ut testatur Clemens Alexandrinus; credibile est ad alterum horum operum respexisse Phurnutum. GALE. V. Villoisoni Prolegomena.]

εὑρεσιλόγον] Suidas: Εὑρεσιλόγος, φλύαρος, ἑτοιμολόγος, ubi v. Toup. Em. in Suid. T. I. p. 161, ubi corrigit locum Polybii, in quo legitur εὑρεσιλογεῖν. Pariter dicitur et εὐρυλόγος et σπερμολόγος, de quo v. eundem Toup. Emend. T. III. p. 151. Sic Tzetzes in Ἔργα p. 54: εἰ δέ μοι δυσπιστεῖ τις ὡς εὑρεσιεπεῖ. Eadem voce utitur Plutarchus de aud. poet. p. 31: Χρύσιππος δὲ πολλαχοῦ· γλίσχρος ἐστίν, οὐ παίζων, ἀλλ' εὑρεσιλογῶν ἀπιθάνως, καὶ παραβιαζόμενος, εὐρύοπα Κρονίδην εἶναι τὸν δεινὸν ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ διαβεβηκότα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου. Idem Chrysippo vitium sic arguit Theophilus ad Autol. III. p. 267: Χρύσιππος δὲ ὁ πολλὰ φλυαρήσας πῶς οὐχὶ εὑρίσκεται, σημαίνων τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ [μιαρῶς?] συγγίνεσθαι τῷ Διΐ. Quod dedecus supra p. 226 Iunoni exprobraverat Theophilus. Athenaeus V. p. 193 de Antiocho Epiphane: εὑρίσκετο εὑρεσιλογῶν, quod

et hic in malam partem accipitur. Plutarchus l. c. supra dixerat: *δεῖ...τὴν Κλεάνθους παιδιὰν παραιτεῖσθαι.* Cleanthem quasi delirare dixit Cicero de N. D. I. p. 1892. [Philo in Boissonad. Anecd. Gr. T. I. p. 79: *Σοφιστείας ἔργον εὑρεσιλογεῖν, σοφίας δὲ ἕκαστα διερευνᾶν τῶν ἐν τῇ φύσει μετ' αἰδοῦς καὶ τῆς ἁρμοττούσης ἀποδοχῆς.* Polybius in Excerpt. Vatic. p. 400: *τὰς ἀνωφελεῖς καὶ παραδόξους εὑρεσιλογίας κενοδοξοῦντες κατατρίβουσι τοὺς βίους.* Idem p. 426: *βλάπτεσθαι διὰ τὰς ἀκαίρους εὑρεσιλογίας· πάσης γὰρ διαβολῆς ἐχούσης ὀξύ τι καὶ κινητικόν.*]

Caput XXXII.

Ἀπόλλων ὁ ἥλιος] Heraclides Alleg. p. 416: *ὅτι μὲν τοίνυν ὁ αὐτὸς Ἀπόλλων ἡλίῳ καὶ θεὸς εἷς δυσὶν ὀνόμασι κοσμεῖται, σαφὲς ἡμῖν ἔκ τε τῶν μυστικῶν λόγων, οὓς αἱ ἀπόῤῥητοι τελεταὶ θεολογοῦσι·* [*καὶ τὸ δημῶδες ἄνω καὶ κάτω θρυλλούμενον, ἥλιος Ἀπόλλων, ὁ δέ γε Ἀπόλλων ἥλιος.* Eadem Chrysippi de Apolline sententia fuit. V. Petersen ad Phaedr. de N. D. p. 37. Iam ante Homerum Apollinem cum Sole confusum esse, Heynii erat opinio, Obs. in Iliad. T. IV. p. 28.]

Ἄρτεμις ἡ σελήνη] De luna elegantissime Synesius Hymn. IX, 33:

Ἁ μὲν κερόεν σέλας
πλήσασα ῥόου πυρὸς
ἁγεῖτο σελάνα,
ποίμην νυχίων θεῶν.

[In speculi perantiqui parte aversa exhibetur Diana cum face et cane, inscriptione LOSNA (*luna*) adiecta: v. Schornii Kunstbl. 1823. No. 52. p. 207. Cf. Spanh. ad Callim. H. in Dian. 11. Erfurdt ad Soph. Oed. T. 207. ed. min.]

ἄφεσιν πόῤῥω τῶν ἀκτίνων] Macrob. Sat. I, 17. p. 226: ***hinc est quod arcu et sagittis Apollinis simulacra decorantur: ut per sagittas intelligatur vis emissa radiorum.*** In hunc sensum Sophocles in *Ῥιζοτόμοις* ap. Valcken. Diatr. c. 16. p. 167:

Ἥλιε δέσποτα
καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας
Ἑκάτης ἔγχος,

ubi male *τὸ ἔγχος* in *φέγγος* mutabat Scaliger. [Hinc *ἀφήτωρ* Apollinis epitheton. V. Schneid. Lex. h. v. Nicetam in Creuzeri Melet. I. p. 30. Boissonad. Anecd. T. III. p. 328. Heraclides Alleg. p. 418 de Apolline: *καὶ μὴν χρυσάορον* †) *αὐτὸν ὠνόμασεν, οὐχ ὡς ὑπεζωσμένον χρυσοῦν ξίφος· ἀνοίκειον γὰρ Ἀπόλλωνι τὸ ὅπλον· οὐ τοξότης γὰρ ὁ*

---

†) De hoc Apolline v. Heyn. Obs. in Iliad. T. V. p. 100 seq. Ann. dell' Inst. arch. 1830. p. 229.

θεός, ubi male habere negationem ante *τοξότης* interpretes viderunt; tolle eam, quippe ex praecedenti syllaba *ον* natam. De *γὰρ* sic geminato v. Wyttenb. Eclog. Hist. p. 306 ed. Lips.]

[*Ἕκατος*] De hoc Apollinis epitheto indeque ductis, ut *ἑκατηβόλος*, v. Creuz. Symb. T. II. p. 124 et Melet. l. c.] P. 192ᵛ

εὐχομένων] Hanc vocem Epigrammati *ἀνεκδότῳ εἰς κλυστῆρα*, quod protulit Pierson. ad Moer. Attic. p. 278 fortasse quis restituendam censeret:

Μούνῳ μοι θέμις ἐστὶ γυναικῶν ἐν φιλότητι
μίσγεσθαι φανερῶς λισσομένων ποσίων·
μοῦνος δ' ἠϊθέοισι καὶ ἀνδράσιν ἠδὲ γέρουσιν
παρθενικαῖς τ' ἐπέβην ἀχνυμένων τοκέων,

ubi pro *ἀχνυμένων* mallem *εὐχομένων*, ut respondeat praecedenti *λισσομένων ποσίων*. [Iacobs Anthol. Pal. T. II. p. 561. No. 55, qui vitio lectione *ἀντομένων* i. e. *ἱκετευόντων* succurrendum censebat.]

τῶν λοιμικῶν καταστάσεων] V. Heraclid. Alleg. p. 419. Eustath. p. 32, 27: *νοσερὰν τοῦ ἀέρος κατάστασιν*. [De Apolline et Diana pestium auctoribus omnia nota ex Homero. V. tamen Macrob. Sat. I, 17. p. 227. In numo Selinusio, quo civitas ob depulsam ab Aesculapio pestem grates agit, ob eandem caussam eorundem deorum currui insidentium imagines adiectae sunt: dę quo v. Muellerum in Ann. dell' Inst. arch. T. VII. p. 265.]

[*τοὺς ὀξεῖς θανάτους αὐτοῖς ἀνετίθεσαν*] Niobes liberi ab Apolline et Diana ideo dicebantur intersecti. V. Schol. Iliad. *ω*, 758. Hinc *Ἀπολλωνόβλητοι* et *Ἀρτεμιδόβλητοι* [Macrob. Sat. I, 17. p. 126.] GALE. Conf. Hymn. Hom. in Ven. 152. Horat. Od. I, 12, 23. V. Boettigeri Ilithyia p. 24.]

ἀρτεμεῖς ποιεῖν] Eadem etymologia apud Eustath. p. 32, 33. 577, P. 193
43. V. Platon. Cratyl. p. 279 [p. 406. B.]

ὡς ἀπολύοντα] Idem in Eustath. p. 32, 30. Etym. M. p. 130, 18.

[*ἀπελαύνοντα*] Macrob. Sat. I, 17. p. 226: ***nam** ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους Ἀπόλλωνα, **tamquam** Ἀπέλλωνα, **cognominatum putant.*** Alia est nominis etymologia ceteris haud deterior in Vita Platonis in Heerenii Bibl. f. alte Litt. u. Kunst fasc. 5 ined. p. 8: *Ἀπόλλων γὰρ δηλοῖ ὁ κεχωρισμένος τῶν πολλῶν· τὸ γὰρ απ στερητικὸν μόριον*, ubi legendum *α*; nomen enim Apollinis Grammaticus ait derivari ab *α* privativo et *πολλῶν*. Cf. Steinhart Meletem. Plotinian. p. 37.]

[*Παιήων*] Homerus et Hesiodus distinguunt inter Paeonem et Apollinem; recentiores non item. Schol. Od. *ν*, 232. Iliad. *ο*, 365. GALE. De Apolline Paeone sive medico v. Creuzerum Zur Gemmenkunde p. 106. 109 seq. Lennep. Anim. ad Coluth. I, 1. p. 5. Valcken. ad Eur. Hippol. p. 313. Boettigeri Zum neuen Jahr 1803. p. 19. Villoisonus in Schedis conferri iubet Eustath. p. 138, 3 et

Hesych. v. *Παιήονα* et v. *Παιάν*. Medicam Apollinis facultatem in rem suam adhibuit Plato Symp. 15, 3. 4. Hinc filius eius perhibebatur Aesculapius. V. Pindar. Pyth. III. Ap. Euseb. Praep. evang. III, 14 hi leguntur versus, ita interpungendi:

Τρίκκης ἐξ ἱερῆς ἥκω θεός· ὅν ποτε μήτηρ
Φοίβῳ ὑπευνασθεῖσα κύει σοφίας βασιλῆα,
ἴδριν ἰητορίας, Ἀσκληπιόν.

Theocrito Epigr. 7 vocatur *ὁ τοῦ Παιήονος υἱός*. Etiam Romam translatus hic cultus, ubi Apollinis medici templum erat, teste Publio Victor. de reg. Urbis.]

διὰ τοῦ διατμίζειν etc.] Vita Homeri p. 333: *ὁ ἥλιος ἐκ βάθους ἀνασπῶν τῆς γῆς τὰ ὑγρά*. Heraclides Alleg. p. 482: *Ἡλίου τροφὴν ἀπεφηνάμεθα τὴν ἔνυγρον οὐσίαν καὶ μάλιστα τὴν ἁλμυράν*· †) *λεληθότως γὰρ ἀπὸ γῆς τὸ δίυγρον ἀνασπῶν τῆς ἀτμίδος, τούτῳ μάλιστα τὴν πυρώδη φύσιν αὔξει*. Stoici teste Laertio Zenonis vita p. 462 dicunt solem esse anni tempestatum auctorem, *ἐξατμίζοντα τὰ νέφη*, *evaporantem*. Sic Xenophanes apud Laertium in eius vita p. 558 [IX, 19] dicit *τὰ νέφη συνίστασθαι τῆς ἀφ' ἡλίου ἀτμίδος ἀναφερομένης καὶ αἰρούσης αὐτὰ εἰς τὸ περιέχον*. Anaxagoras ibid. p. 84 [I, 8]: *διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν*. Herm. Aesculap. ad Ammon. c. 16. p. 42. [Hanc fere rationem adfert ex Cleanthe Macrobius; confirmat ex Euripide et Archilocho Sat. I, 17. GALE. Hesychius: *Ἀτμός, ἡ ἐκ τοῦ ὑγροῦ ἀνάδοσις*, ubi v. intpp. Praeter Plutarchi locum de plac. phil. I, 3, quem supra ad c. 27 verba *ταῖς ἐκ γῆς ὑγραῖς ἀναθυμιάσεσιν* exscripsimus, Villoisonus insuper conferri hic iubet eiusdem de facie in orbe lunae p. 940: *αὐτὴν τὴν σελήνην, ὥσπερ τὸν ἥλιον, ζῶον ὄντα πύρινον, καὶ τῆς γῆς ὄντα πολλαπλάσιον, ἀπὸ τῶν ὑγρῶν φασι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς τρέφεσθαι*, et Cic. de N. D. III, 46.]

P. 194 *ἁπλοῦν*] Etym. M. p. 130, 22: *Ἀπόλλων . . . ἢ παρὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ λύειν τὸ συνεστὼς τῆς οὐσίας καὶ τὸ σκότος*, ubi lege *συνεστός*. V. Plat. Cratyl. p. 278 [p. 405. C], ubi praeterea dicit Apollinem a Thessalis vocatum fuisse *Ἁπλόν*. [Immo *Ἁπλοῦν*, uti ex MSS. scribendum videtur: Bekk. *Ἁπλῶν*. Minime vero haec a Platone ficta. *ΑΠΛΟΥΝΙ* dativum binae exhibent Thessalicae inscriptiones Larissam inter et Tempe repertae (Walpole Travels p. 506), in quarum una Apollinis nomen epitheto *Τεμπείτης* ornatur, de quo cultu dei antiquissimo v. Mueller in Classical Journ. Vol. XXVI. p. 394 seq. Cum qua nominis forma vetustissima ineptus fueris si non mirum in modum convenire intelligas Apollinis nomen Hetruscum *Aplu* vel

---

†) [Hinc erant qui *ἅλιος* (*ἥλιος*) *ἀπὸ τοῦ ἁλὸς* derivarent, quoniam sol marina aqua aleretur. V. Olympiodor. ad Aristot. Meteor. T. I. p. 270 ed. Ideler.]

Aply, pateris nonnullis inscriptum, de quibus v. Winckelm. Mon. ined. 133 et Annal. Heidelb. litt. 1824. No. 52. p. 818 (ex Inghiramio). Alia patera Hetrusca fert *Apulu*, Ann. dell' Inst. arch. 1833. p. 186. His vero magnopere labefactatur sententia eorum, qui Graecum nomen Ἀπόλλων, quippe quod Aeolice Ἀπέλλων scriptum fuisset, derivandum esse suspicentur ab Aeolico ἀπέλλειν h. e. ἀπειλεῖν, aperire, appellare: quod nuper statuit Car. Gottl. Schmidt Quaest. gramm. de praepositionibus Graecis (Berolini 1829) p. 67 seq. Ut enim neque probabile neque credibile videtur, dei huius nomen a verbo composito profectum esse, sic ante omnia demonstrandum esset, non quo modo Ἀπόλλων, sed quo nominis illa forma Thessalica utpote antiquior explicaretur: in quam qua ratione ea quae de Ἀπέλλων monita sunt recte referantur, equidem non perspicio. Alias nominis explicandi rationes enarrat Millinus Monum. antiques inéd. T. I. p. 100, ubi de ***Abellione,*** Gallorum numine, agit. V. praeterea Hermanni Diss. de Apolline et Diana I. p. 4 seq.]

ὁμοειδῆ κίνησιν] Stoici teste in Zenonis Vita Laertio p. 456 dicunt τὸν ἥλιον λοξὴν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὁμοίως καὶ τὴν σελήνην ἑλικοειδῆ.

[δύναμιν παραπλησίαν] Δύναμιν παραπλησίαν habere ostendit Macrobius; quod viri dicantur Ἡλιόβλητοι, feminae Σεληνόβλητοι. Similes sunt solis lunaeque effectus in iuvando nocendoque. GALE.]

[Φοῖβος] Macrobius Sat. I, 17. p. 229: *Φοῖβος **appellatur, ut ait Cornificius,** ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ, **quod vi fertur. Plerique autem a specie et nitore Phoebum, id est** καθαρὸν καὶ λαμπρὸν **dictum putant.*** Schol. br. Iliad. α, 43 interpretatur καθαρός, ἀμίαντος, ἢ μαντικός. Φοῖβον γὰρ τὸ καθαρόν. Ἡσίοδος δὲ μετωνυμικῶς Φοῖβον καλεῖ ἀπὸ Φοίβης. Cf. Heraclid. Alleg. p. 416 seq. Schol. Barocc. ad Soph. Aiac. p. 242 ed. Erfurdt. Toll. ad Apollon. Lex. v. φοῖβος p. 693 et quae monuimus de Sophoclis Aiace p. 140.]

Δήλιον] Eadem etymologia apud Eustath. p. 87, 14. 679, 30. [Cf. P. 195 Creuzeri Melet. T. I. p. 30. Schol. Eurip. Hec. 454: ἡ δὲ Δῆλος ἦν νῆσος, ὥς τινες μέν φασιν, ἀναδοθεῖσα ἀπὸ θαλάσσης· ὡς δέ τινες, κινουμένη πρῶτον, τότε σταθεῖσα καὶ δήλη γενομένη. Schol. br. Iliad. α, 9 et Eustathius ad Dionysii Perieg. 525 eam sic dictam tradunt, ὅτι ἐξ ἀδήλου βάσεως ἐῤῥιζώθη, quae ad terrae motus, quos olim Delus sustinuerit, ab Eustathio referuntur, approbante Broendstedio Reisen in Griechenland I. p. 37.]

[Φαναῖον] Macrobius Sat. I, 17. p. 229: *Φαναῖον, ἐπειδὴ φαίνεται νέος, **quia sol quotidie renovat sese.*** Immo egregie patet origo huius cognominis a portus et promontorii in Chio insula nomine ducti. Vetus enim Virgilii interpres a Maio editus p. 12 ad haec Georg. II, 98:

Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus

adnotavit: *Phanaeus promontorium in Chio insula, ubi Liber et Apollo maximo honore coluntur.* Servius: *Phanaeus mons est in promontorio Chii: dictus a Phanaeo rege.* In hoc vero falluntur uterque, quod *Phanaeus* promontorii illius vel portus nomen fuisse docent: immo *Phanaeus* adiectivum, ductum a *Φάναι*, de quo Livius XXXVI, 43: *ab Delo Phanas, portum Chiorum in Aegaeum mare versum*, et XLIV, 28: *Phanas promontorium Chiorum.* Et sane origo huius nominis a *φαίνεσθαι* derivanda videtur, quippe quo mons ex longinquo prospicuus designaretur. Bacchum in Chio cultum esse, propter praestantiam vini Chii non est mirandum, atque insuper Servius Phanaeum montem vitibus consitum esse refert: de Apolline autem rem nobis expedit Stephanus Byz. *Φάναι, ἀκρωτήριον τοῦ Χίου, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον. Οἱ οἰκήτορες Φαναῖοι* etc. Haec etymologia licet male sedulam grammaticorum sapientiam redoleat, tamen suspicari nos ea iubet, Phanaei Apollinis cultum cum Delio aliquo modo coniunctum fuisse et hinc suam traxisse originem. Praeterea Apollinis imaginem numus Chius exhibet ap. Mionnet Descr. des med. ant. T. III. p. 278. Quid? quod alii haud pauci numi ibid. p. 276 et 277 Bacchum et Apollinem ara interposita ostendunt, quod ad communem quendam horum numinum cultum in Chio manifeste spectat.]

Ἀναφαίου] Eustath. p. 35, 25: *λέγεται γοῦν ὡς καὶ ἐν Ἀνάφῃ νήσῳ Ἀστυπαλαιέως τινὸς δύο πέρδικας ἐπαφέντος οὕτως εὔφορησε περδίκων ὁ τόπος, ὡς κινδυνεῦσαι ἀναστάτους γενέσθαι τοὺς νησιώτας. Ἀστυπάλαια δέ, φασιν, αὖθις Ἀναφαίου τινος· δύο λαγωοὺς αὐτῇ ἐμβαλόντος οὕτω κυριακῶς ἔσχεν ὑπὸ πλήθους λαγῶν, ὡς τοὺς Ἀστυπαλαιεῖς περὶ αὐτῶν μαντεύσασθαι καὶ τὴν Πυθίαν εἰπεῖν κύνας τρέφειν καὶ κυνηγούς· ἁλῶναί τε φασιν ἐν ἐνιαυτῷ πλείους τῶν ἐξακισχιλίων*, ubi lege *κακῶς* pro *κυριακῶς*. Insula Therae nunc Santorina dictae vicina, in qua celebre fuit *Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν.* V. Cellar. Geogr. ant. p. 1279 et 1280 et Tournefort Voyage du Levant p. 275—278, qui hanc insulam nunc Nanfio vocari monet, et in ea huiusce templi Apollinis *Αἰγλήτου* vestigia observavit. Aliud vetus nomen insulae *Ἀνάφης* fuit *Μεμβλίαρος*, v. Stephan v. *Ἀνάφη*. [De hac insula v. quae congessit Ruhnk. in Ep. crit. ad Ernest. p. 85 et Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 315. De Apolline *Αἰγλήτου* nomine in Anaphe culto adi Syllog. inscr. p. 396; ad cuius templum pertinuisse haud dubitari potest periboli rudera illa, de quibus agitur in Schornii Kunstbl. 1836. No. 20; p. 78 seq. Haud minus certa est coniectura, *Αἰγλήτου* nomen ductum esse a splendore marmoris refulgentis, quo mons, cui templum inhaerebat, constare dicitur. Ceterum etiam *Ἀπόλλωνος Πυθίου* et *Ἀρτέμιδος σωτείρας* sacrarium in Anaphe fuisse, testatur lapis in eius-

dem Schornii Kunstbl. 1835. No. 88. p. 362. 1836. No. 19. p. 74, quod nunc non vacat exquirere an ab illo diversum habendum sit.]

πυνθάνεσθαι] Eadem etymologia in Eustath. p. 274, 15.

[*ὀμφαλὸς τῆς γῆς*] Delphi ut in medio terrae siti non solum ***umbilicus orbis terrarum***, ut ait Livius XXXVIII, 48, appellabantur (v. Sophocl. Oed. T. 483. 893 ubi v. Musgr. et Erfurdt. Aeschyl. Eum. 173. Eurip. Orest. 325. 584), sed in adyto templi Delphici marmoream petram in formam umbilici excisam exstitisse, quam antea pro cortinae signo habuissent, optime docuit Passovius in Boettigeri Archaeologie und Kunst I. p. 159 seq.]

[*ὀμφῆς*] V. ad cap. 31. Schol. Eurip. Orest. 321 Matth. *ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθώ, παρὰ τὸ τὰς ὀμφὰς τὰς ἀπὸ θεοῦ χρηστηριαζομένας λέγειν, ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης. λέγεται γὰρ τὸν Δία μαθεῖν βουλόμενον τὸ μέσον τῆς γῆς, δύο ἀετοὺς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι, τὸν μὲν ἀπὸ δύσεως, τὸν δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς, καὶ ἐκεῖ αὐτοὺς συναντῆσαι, ὅθεν ὀμφαλὸς ἐκλήθη. ἀνακεῖσθαί τε χρυσοῦς ἀετοὺς φασὶ τῶν μυθευομένων ἀετῶν ὑπομνήματα.*] P. 197

Λοξίας] Eadem etymologia in Eustath. p. 794, 54. Suid. h. v. et Etym. M. p. 569. Cf. Synes. de insomniis p. 133. [Hanc rationem reddit Oenopides Chius apud Macrob. I, 17 [p. 229]. Vel quoniam *Λοξὼ* nympha eum enutrivit. Schol. Callim. p. 21. GALE. Macrobii verba sunt: ***Loxias cognominatur, ut ait Oenopides***, *ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὰς κινούμενος*, ***id est, quod obliquum circulum ab occasu ad orientem pergit; aut, ut Cleanthes scribit***, *ἐπειδὴ καθ᾽ ἕλικας κινεῖται· λοξαὶ γὰρ εἰσὶν καὶ αὗται*, ***quod flexuosum pergit iter***, *ἢ ὅτι τὰς λοξὰς ἀκτῖνας ἵησιν ἐφ᾽ ἡμᾶς βορείους ὄντας νότιος ὤν*, ***vel quod transversos in nos a meridie immittit radios, quum simus ad ipsum septemtrionales.*** Allata eadem Oenopidae sententia ex Diodor. Sic. I, 98 Villoisonus in Schedis confert: „Stoici teste Laertio in Zenonis vita p. 455 dicunt *τὸν ἥλιον λοξὴν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ὁμοίως τὴν σελήνην ἑλικοειδῆ.* Plutarchus de plac. phil. II, 12. p. 888: *Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἥντινα Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἰδίαν σφετερίζεται.*" Priorem Cornuti explicationem amplectitur Schol. Eurip. Orest. 161. Praeterea conf. Creuzeri Melet. T. I. p. 36.]

Μουσικὸς δὲ etc.] Orpheus H. in Apoll. 16:

σὺ δὲ πάντα πόλον κιθάρῃ πολυκρέκτῳ
ἁρμόζεις, ὁτὲ μὲν νεάτης ἐπὶ τέρματα βαίνων,
ἄλλοτε δ᾽ αὖθ᾽ ὑπάτην, ποτὲ Δώριον εἰς διάκοσμον
πάντα πόλον κιρνάς, κρίνεις βιοθρέμμονα φῦλα,
ἁρμονίῃ κεράσας παγκόσμιον ἀνδράσι μοῖραν.

dem fere in Plat. Cratyl. p. 279 [p. 405. C: *Κατὰ δὲ τὴν μουσικὴν*

δεῖ ὑπολαβεῖν . . . ὅτι τὸ α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὁμοῦ πόλησιν καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν, οὓς δὴ πόλους καλοῦσι, καὶ τὴν περὶ τὴν ἐν τῇ ᾠδῇ ἁρμονίαν, ἣ δὴ συμφωνία καλεῖται, ὅτι ταῦτα πάντα, ὥς φασιν οἱ κομψοὶ περὶ μουσικὴν καὶ ἀστρονομίαν, ἁρμονίᾳ τινὶ πολεῖ ἅμα πάντα· ἐπιστατεῖ δὲ οὗτος ὁ θεὸς τῇ ἁρμονίᾳ, ὁμοπολῶν αὐτὰ πάντα καὶ κατὰ θεοὺς καὶ κατ' ἀνθρώπους. Huc spectat Proclus Theol. Plat. VI, 22. p. 404: ὁ δὲ Ἀπόλλων διὰ μουσικῆς τὰ πάντα τελειοῖ, καὶ ἐπιστρέφει πάντα ὁμοπολῶν, ὥς φησιν ὁ Σωκράτης, καὶ δι' ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ πρὸς τὴν νοερὰν ἕλκων ἀλήθειαν καὶ τὸ ἐκεῖ φῶς.] Heraclitus ap. Plutarch. de procreat. animae e Timaeo p. 1026 habet παλίντροπον ἁρμονίην κόσμου ὅκως περ λύρης καὶ τόξου. Et infra idem ibid. ἁρμονίη γὰρ ἀφανὴς φανερῆς κρείττων. Plutarchus ibidem docet, priscos theologos, quos philosophorum vetustissimos esse dicit, musica instrumenta in manibus deorum posuisse: οἵ τε πάλαι θεολόγοι, πρεσβύτατοι φιλοσόφων ὄντες, ὄργανα μουσικὰ θεῶν ἐνεχείριζον ἀγάλμασιν· οὐχ ὡς λύραν που καὶ αὐλόν, ἀλλ' οὐθὲν ἔργον οἰόμενοι θεῶν, οἷον ἁρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν. Ita Pythagoras ap. Origen. Philosophum. p. 27 [T. I. p. 879. A ed. de la Rue]: μελῳδεῖν ἔφη τὸν κόσμον καὶ ἁρμονίᾳ συγκεῖσθαι.

ἐναρμονίως] Haec vox legitur ap. Dionys. Areop. de coelesti hierarch. T. I. p. 41.

[τῶν χρόνων] Anni aetates intelligo, quarum dispositio ad rationem modorum musicorum aequabiliter ordinata similiter ad Apollinis h. e. solis munera refertur in Orphico Hymno in Ap. 21:

μίξας χειμῶνος θέρεός τ' ἴσον ἀμφοτέροισιν,
εἰς ὑπάτας χειμῶνα, θέρος νεάταις διακρίνας,
Δώριον εἰς ἔαρος πολυηράτου ὥριον ἄνθος.

V. Heraclid. Alleg. p. 417. Non tamen intercedam quo minus dicas dici tempora diversa ex solis altitudine constituta Cornutum in mente habuisse: qua de re v. Chalcid. in Timaeum fol. 34. b. ed. Ascens. Fortasse de utroque cogitavit.]

P. 198 μουσηγέτης] De hoc titulo cf. Gatak. ad Antonin. XI, 18. p. 405 et 406. [Musis Apollinem a melicorum Lesbiorum demum aetate sociatum esse, contendit Nitzschius in Iahnii Jahrb. Suppl. IV, 1. p. 47.]

[ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος] V. Philostrat. iun. Imag. 14. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 462. Beck. ad Aristoph. Av. 771. Creuzer Zur Gemmenkunde p. 107. De cycnorum cantu adi Scalig. ad Caton. Dir. init. (Burm. Anthol. Lat. T. II. p. 650) Millini Magasin encyclop. ann. VII. No. 13. p. 35 seq. Olear. ad Philostr. Imag. I, 9.]

P. 199 μουσικώτατον] Idem fere in Eustath. p. 87, 12.

[ὁ δὲ κόραξ ἀλλότριος] De corvis Apollinis v. Creuzerum Zur Gemmenkunde p. 159. Miliotti Pierres gravées I. fol. 14. 16.]

τυγχάνει δὲ καὶ εὐέκκαυστος etc.] Euseb. Praep. evang. III, 11. p. 112: *περιέθεσαν δὲ αὐτῷ τὴν δάφνην· τοῦτο μὲν ὅτι πυρὸς πληρὲς τὸ φυτὸν καὶ διὰ τοῦτο ἀπεχθὲς δαίμοσι· τοῦτο δὲ ὅτι λάλον καιόμενον εἰς παράστασιν τοῦ προφητεύειν τὸν θεόν.* [Omnia quae de lauro Cornutus enarrat, egregie illustrantur Anonymi verbis in Boissonadii Anecd. Gr. T. I. p. 425: *Τὴν δάφνην δὲ οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιεροῦσιν, ὅτι πυρὸς πληρὲς τὸ φυτόν, καὶ ὁ Ἀπόλλων πῦρ· ὁ ἥλιος γάρ ἐστιν· ὅθεν καὶ ἀπεχθάνεται δαίμοσι τοῦτο τὸ φυτὸν, καὶ ἔνθα ἂν εἴη δάφνη, ἐκποδὼν δαίμονες. Κἂν ταῖς μαντείαις καίοντες ταύτην οἱ ἄνθρωποι, παράστασιν προφητείας δοκοῦσιν εὑρηκέναι.* Nonnullis de lauro Marti quoque sacra interiectis sic pergit idem: *Λέγουσι δὲ περὶ τῆς δάφνης ὅτι καὶ ὑγείας ἐστὶν ἐργαστική· ὅθεν καὶ φύλλα αὐτῆς ἐπεδίδοντο τοῖς ἄρχουσι παρὰ τοῦ δήμου τῇ πρώτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός· οὐδὲ γὰρ ἱερὰ νόσος ἢ δαίμων παρενοχλεῖ τῷ τόπῳ ἐν ᾧ δάφνη ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ κεραυνὸς ὅπου συκῆ. Ἀλλὰ καὶ σκεδαστικὴ φαρμάκων ἐστί. Ταύτῃ τοι καὶ οἱ δι' ὀνείρων θείας τυχεῖν ἐπιφανείας ἱμειρόμενοι ἰσχάδων καὶ μόνων μεταλαμβάνουσιν* etc. ubi v. editorem et Laur. Lyd. de Ost. p. 172. Praeterea de illis lauri virtutibus vide quae congessit Creuzerus Zur Gemmenkunde p. 107 et 192; de vi eius salutifera et medica Boettigerum Zum neuen Jahr 1803. p. 24 seq. De lauro variisque eius virtutibus, usu et sacro et profano copiose disputavit Schneiderus Theophrast. T. V. p. 341 seq.]

[*ἀλλοτρίως ἀνακεῖσθαι*] Villoisonus in Varr. lect. „Sic supra dixit de Hercule c. 31. p. 223: *ἀναγαγεῖν οὐκ ἀλλοτρίως ἐπὶ τὸν θεόν.*"]

τρίποις] Eustathius omnino videndus p. 740, 11. tripodem Baccho aeque ac Apollini dicatum fuisse docet, huiusque rei causam affert ab ea diversam, quam innuere videtur Etym. M. p. 255, 13—16, qui et ipse p. 255, 10 emendandus sic habet: *ἢ τρίποδα τὸν Διόνυσον.* Quis unquam Bacchum cum tripode confudit? Lege *ἢ τρίποδα τοῦ Διονύσου.* Cornutus p. 216: *μαντεῖα ἔσθ' ὅτε τοῦ Διονύσου γινομένη.*

διὰ τελειότητα τοῦ τῶν τριῶν ἀριθμοῦ] Haec Pherecydis trinitas apud Hermiam p. 29 [c. 12. p. 222 ed. Worth.]: *Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον· ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα.* De numeri tertii praestantia et sanctitate v. Meurs. in Denario Pythagorico c. 3.

[*δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν παραλλήλων κύκλων* etc.] De triplario hoc solis motu v. Macrob. Somn. Scip. II. p. 117 seq. ed. Pontan. Haud absimiles rationes in declaranda tripodis origine et significatione persequitur Beckerus August. T. I. p. 61 seq., ubi ad tres anni tempestates, hiemem, auctumnum et aestatem refertur.]

[*ἐνιαύσιον*] Hunc communis generis usum apud Atticae prosae P. 260
auctores an invenias dubito. Certe non ita neque Plato neque Xe-

nophon, sed recentiores dixerunt, ut Polybius VI, 19, 1 et 3. Herodian. Hist. I, 16, 7.]

Λύκιον] Schol. Arati *Ἀμφιλύκην δὲ, τὴν ἀνατολήν φησι, διὰ τὸ τὸν λύκον ἀνακεῖσθαι τῷ Ἀπόλλωνι· ὡς γὰρ ἐκεῖνος μακρόθεν ὢν ὁρᾶν δύναται, οὕτω δὴ καὶ ὁ λύκος ὀξυδερκής ἐστι· διὰ δὴ τὸ ὀξυδερκὲς αὐτοῦ προσήρμοσαν αὐτὸν τῷ Ἀπόλλωνι* †). *ταύτῃ τοι καὶ λυκόφως τὴν αὐγὴν λέγουσιν, ἤγουν ὅταν ὁ λύκος θεᾶται.* [De hoc cognomine Apollinis cf. Creuz. Symb. T. II. p. 132 seq. Ephem. litt. Ien. 1803. No. 139. p. 375 seq. Erfurdt. ad Soph. Oed. Tyr. 204. ed. min. Winckelmanni Lycurgus p. 39 seq. Hermanni Diss. de Apolline et Diana I. p. 6 seq. Eius de templo Mycenis constituto adi Musgr. ad Sophocl. Electr. 7 ibiq. Schol. Etiam Athenis cultus, de cuius statua v. Visconti Description du Musée d'antiques à Paris, No. 146. p. 60 et No. 154. p. 63.]

λυκοκτόνος] Hesych. [Cf. Schol. Soph. Electr. p. 129. 130 ed. Erf.]

Ἀγυιεὺς] V. Helladii Chrestom. p. 983. B. Thes. Ant. Gr. Gron. [V. Auctar. Lex. Gr. p. 82. Schol. in Suringar. Hist. cr. Schol. Lat. T. III. p. 167. Ilgen Hymn. Hom. p. 604. Simili ratione nomine *προστατηρίου* Apollo cultus, de quo Photius Lex. *Προστατήριος Ἀπόλλων· ἐπεὶ πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἱδρύοντο.* Macrobius Sat. I, 9. p. 187: ***Apud Graecos Apollo colitur qui*** *θυραῖος* ***vocatur, eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem Apollo apud illos et*** *Ἀγυιεὺς* ***nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis; illi enim vias, quae intra pomoerium sunt,*** *ἀγυιὰς* ***appellant.*** Ioannes Damasc. Lex. MS. ap. Muelier Analector. Bernens. I. p. 10: *Ἀγυιεὺς κίων. κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν αὐλείων θυρῶν. ἱερὸν δέ φασιν αὐτὸν εἶναι Ἀπόλλωνα, οἱ δὲ Διόνυσον*, ubi *Ἀπόλλωνος* et *Διονύσου* legendum. Cf. Brunck. ad Arist. Vesp. 875. Valcken. ad Phoen. p. 298. Schol. Sophocl. Electr. 630. p. 251. Erf. ipsumque editorem p. 445. Beck. Aristoph. Av. 1233. Walpolii Travels p. 574. Raoul-Rochette Antiq. Grecques du Bosph. Cimm. p. 197. In lapide Bosporano vitiose edito a Leone de Waxel Rec. d'antiquités trouvées sur les bords de la mer noire (Berolini 1803) Tab. I. No. 1 fertur

ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΡΟΣΤΑΤΙΟΙ

pro *ΠΡΟΣΑΤΗ ΟΙ* etc. In alio titulo Attico quem ediderunt Stuartius Antiq. Att. T. I. p. 25. Clarke Travels T. II. p. 355 ed. 4to et Raoul-Rochette l. c. Tab. XIV, 3, *προστατήριος* et *ἀγυιεὺς* iuxta referuntur inter Apollinis epitheta.]

---

†) [De luporum significatione mythologica adi Creuzeri Comm. Herod. I. p. 418.]

[*Παιᾶνα*] *Παιὰν ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ ἀφέσει λοιμοῦ ᾀδόμενος*, P. 201
Schol. Iliad. *Α*. Macrobius Sat. I, 17: *Apollo auctor est publicae sospitatis, quam creditur sol animantibus praestare temperie* etc. GALE.]

Caput XXXIII.

[*δράκοντα*] De hoc Aesculapii symbolo v. Macrobii locum in P. 204
Notis cr. descriptum et Spaldingium in Abh. d. hist. phil. Kl. d. Pr. Acad. d. Wiss. 1813. p. 13. De Epidaurii Aesculapii serpentibus memorabilis locus exstat apud Pausan. II, 28 init., ubi vulgatur: *Δράκοντες δὲ οἱ λοιποὶ καὶ ἕτερον γένος ἐς τὸ ξανθότερον χρόας* †) *ἱεροὶ μὲν τοῦ Ἀσκληπιοῦ νομίζονται*, quibus Schneiderum impegisse Siebelisius adnotat, ipse quae offendant tolli posse censens ita interpretando: *et reliqui in Epidauria serpentes, et diversum ab iis genus, flavo colore conspicui* etc. quemadmodum Wiedaschius quoque haec verba vernaculo sermone expressit, vereor ut recte; nam *reliqui* serpentes qui sint, fateor me non perspicere. Sed in promptu est loci medela certissima et, si omnia continuo ordine et litteris rotundis olim scripta memineris, lenissima, si quidem in litterarum elementis *δὲ οἱ λοιποὶ* latere dicamus *λεπιδωτοί*, ita ut oratio sine *δέ*, quod omitti posse, alii haud pauci eiusdem scriptoris loci confirmant, ita ordiatur: *Δράκοντες λεπιδωτοὶ καὶ ἕτερον γένος* etc. *Λεπὶς* vero de serpentibus quoque dicitur, ut apud Nicandr. Ther. 154, ubi Scholia: *ἡ δὲ λεπὶς γράφεται ἔν τισι λοφίς*· ††) *εἴρηται δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἰχθύων.*

[*χείρων*] De Aesculapio Chironis discipulo v. Pindar. Pyth. III P. 205
init. Nem. III, 52. Apollod. III, 10, 2, 3.]

Caput XXXIV.

τὸ περιέχον] Sic supra dixit de Phoebo c. 32. p. 229: *διὰ τῆς* P. 206
τοῦ περιέχοντος εὐκρασίας. [Ibi v. monita. Adde Plutarch. de facie in orbe lunae p. 938. *Περιέχειν* omnino philosophi de eo spatio dicunt, quo mundus circumscribatur. Philo de migrat. Abrah. T. I. p. 464 (T. III. p. 494 ed. Pfeif.): *τὸ γὰρ ὂν περιέχειν, ἀλλ' οὐ περιέχεσθαι θέμις.* Idem de profugis T. I. p. 557 (T. IV. p. 256): *ἐπειδὴ περιέχων ου' περιέχεται.*]

[*Δίκτυννα*] Dictynnam in nummo habes apud Seguinum p. 116.

---

†) Eundem colorem Aesculapii serpentibus tribuit Aelianus H. A. VIII, 12.

††) Vox nihili: legendum *φολίς*, tralatitia consonantium traiectione.

GALE. V. Creuz. Symb. T. II. p. 150 seq. Melet. I. p. 29 et quae monuimus in Welckeri Mus. Rhen. III, 2. p. 253. Antiq. d'Herculan. T. I. tab. 5.]

διϊκνεῖσθαι] Aristot. de mundo 6: *ἐπὶ πᾶν διϊκνεῖσθαί πέφυκε τὸ θεῖον.*

[*θηροκτόνον*] Colebatur praecipue apud barbaros, ut Schol. Homeri notat, ad Iliad. *υ*, 74. GALE.]

P. 207 [*τοὺς κύνας*] *Ἄρτεμις* est *Ἑκάτη;* ita ei canes sacri. Hesych. in *Ἑκάτης ἄγαλμα* — et *κυνοκέφαλον αὐτὴν πλάττουσι*, idem. Theocr. Pharmac. et Tibullus:

Sola feros Hecates perdomuisse canes.

GALE. Cf. Eustath. p. 1714, 41. Creuz. Symb. T. II. p. 125.]

P. 208 *διὰ τὸ τρία σχήματα* etc.] Cleomedes II. de mundo, capite de lunae propinquitate ad terram: *οἱ παλαιοὶ τρία εἶναι περὶ τὴν σελήνην σχήματα ἔφασαν, τὸ μηνοειδὲς, τὸ διχότομον, τὸ πεπληρωμένον, ὅθεν καὶ τριπρόσωπον τὴν Ἄρτεμιν ποιεῖν ἔθος ἐστίν.* Plinius II, 9: ***modo curvata in cornua, modo aequa portione divisa, modo sinuata in orbem.*** Stobaeus p. 59 dicit secundum Stoicos lunam *σχηματίζεσθαι πολλαχῶς· καὶ γὰρ πανσέληνον γιγνομένην καὶ διχότομον καὶ ἀμφίκυρτον καὶ μηνοειδῆ.* [Alii lunae decem apparitiones varias, alii undecim enumerant, teste Lydo de mens. p. 108 ed. Roeth., septem Galenus T. XIX. p. 280.]

[*μηνοειδῆ*] Hinc luna ab ipsius figura *σίγμα* (C) dicta: v. Huschke de inscr. vasc. Locris reperti p. 7. et quae modo Villoisonus adnotavit. Signum album in vaccae tergore conspicuum, quam Cadmus olim sequi iubebatur, cum lunae figura comparatur in Oraculo ap. Schol. Eurip. Phoen. 641 et alios. Praeterea Dianae sacra putabatur tibia cornigera, quoniam esset *μηνοειδής*, teste Aristide Quintil. de mus. p. 147. Aegyptios quum lunam scripto exarare vellent, *σχῆμα μηνοειδὲς* exhibuisse testatur Clemens Alex. Strom. V. p. 556 Sylb.]

τρίτον τι ἄλλο σχῆμα] Scilicet *ἡμίτομον* et *διχότομον*, secundum Pythagoricos, teste Auctore libri qui dicitur *τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς*, p. 14: *τῇ σελήνῃ δέ φασιν ἐφαρμόζειν τὸ δυὰς ὄνομα, ὅτι τε καὶ πλείονας δύσεις ἐκ πάντων τῶν ἀπλανῶν δέχεται, καὶ ὅτι ἐδυάσθη καὶ ἐδιχοτομήθη· ἡμίτομος γὰρ καὶ διχότομος λέγεται.* [Hinc *διχόμηνος σελήνη*, ap. Boissonad. Anecd. Gr. T. I. p. 258. T. III. p. 217. Galeus conferri iubet Artemidor. Onir. II et Athen. VII, ubi ex Chariclide laudatur p. 325. D: *Δέσποιν' Ἑκάτη τριοδῖτι, τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαις κηλευμένα.*]

τριοδῖτις] V. Voss. de idololatr. II. p. 451 — 453 [de luna loquens]: *καίτοι μίαν οὐ κινεῖται κίνησιν, ἀλλ' ὥς που καὶ λέγεται τριοδῖτις.* [Chariclides l. l. eo epitheto de Hecate usus est. De Heca-

tes sacris in triviis, atriis, locis publicis v. Voss. in Nov. Act. soc. Lat. Ienens. T. I. p. 371. Welcker. Spicil. Epigr. II. p. 8. Sluiter. Lect. Andoc. p. 49.]

[*νυκτιπόλον καὶ χθονίαν*] Apollonius Rhod. III, 862:

Βριμὼ νυκτιπόλον, χθονίην, ἐνέροισιν ἄνασσαν,
λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοισι φάρεσσι.

Cf. Voss. l. l. p. 373 et 380.]

δεῖπνα ἐμφέροντες αὐτῇ] V. Hemst. ad Plut. p. 195. De hac coena sub initium cuiusque mensis Hecatae a ditioribus instructa propositaque in triviis, postquam lustrata fuerat domus et purgamenta in trivia fuerant deportata, vide omnino post Brodaeum Miscell. I, 24. 25 Hemsterh. ad Lucian. I Dial. mort. T. I. p. 330. Lucianus hoc *Ἑκάτης δεῖπνον* habet et Dial. mort. 24. p. 425 et in Cataplo p. 628. Hic Cornuti locus Brodaeo et Hemsterhusio omissus est. [Adde Phot. Lex. v. *μάγιδες* p. 240.]

ὥσπερ τοὺς κατοιχομένους] V. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 330. P. 269
Hinc corpus spiritu vacuum sive inanimum, cuius *θανάσιμοι ἐκπνοαὶ* contage sua polluebant, dicebatur *μιαρὸν* a *μιαίνω*, observante Valck. Diatr. p. 57.

ἐπάγεσθαι] Eustath. p. 1098, 60: *Ἐπακτῆρες οἱ θηραταί, ὡς ἀεί τι ἐπαγόμενοι, οἷον κύνας ἢ ὅπλα, ἢ ὡς ἐπαγόμενοι τοῖς θηρίοις, ἤγουν πολεμίων δίκην ἐπιόντες. τὸ γὰρ ἐπάγειν πολεμικὴ πολλάκις λέξις, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ κωμικός.* [Cf. Schol. Soph. Aiac. p. 142 ed. Erf. et quae ibi adnotavit Lobeck. Sed aliena haec a loco nostro. Recte ad sensum, ni fallor, interpres Latinus de luna e coelo deducenda intellexit: quod arte magica, de qua hic sermo, perfici posse credebatur. V. Burmann. ad Propert. p. 14. Voss. ad Virg. Ecl. VIII. p. 423. Naeke in Mus. Rhen. I, 3. p. 488. Eodem modo et Galeus locum intellexisse videtur, qui pro *ταῖς οἰκίαις* reponendum censebat *ταῖς ἐπῳδαῖς*, quippe quo sensus ille clarius prodiret. Ego leni mutatione pro *ΟΙΚΙΑΙΣ* suadeo ut reponatur *ΘΥΣΙΑΙΣ*.]

[*τὸ τοῖς πένθεσι καὶ τῷ φόνῳ χαίρειν*] De immanitate eius dicta *θεὸς δεινὴ* Apollonio Rhod. III, 1213, *δασπλῆτις* Theocrito II, 14.]

[*σφαγιασμοῖς ἀνθρώπων*] Victimarum humanarum Cornutus meminisse videtur, quae Dianae Tauricae immolarentur: de quo cultu v. Herodot. IV, 103. Voss. in Actis nov. soc. Lat. Ien. T. I. p. 372. Meyen Diss. de Diana Taurica et Anaitide (Berolini 1835) p. 19.]

τὴν τρίγλαν] Toupius qui hunc locum adducit Em. in Suid. T. III. p. 223 [p. 492 ed. Lips.], haec addit: „Quo respexisse videtur Phurnutus ad Dianam *ΤΡΙΓΛΗΝΟΝ* sive *τρίμορφον* appellatam. Athenaeus Lib. VII. p. 325: *Τῇ δὲ Ἑκάτῃ ἀποδίδοται Η ΤΡΙΓΛΗ διὰ τὴν τῆς ὀνομασίας κοινότητα. Τριοδῖτις γὰρ καὶ τρίγληνος.* Tergeminam vocant Latini. Virgil. Aen. IV, 511:

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae."
[V. Voss. l. c. p. 375. *Τρίγλαις κηλευμένα* Hecate appellatur Chariclidae ap. Athen. l. c. Apud eundem VIII. p. 358. F: *Ἑκάτης βρώματα ἔφη τὰς μαινίδας καὶ τριγλίδας.* Eustath. p. 87, 28: *ἡ τρίγλα κατὰ τοὺς παλαιοὺς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, παρόσον ἡ τρίγλα μὲν κατὰ τὸν Κίλικα ποιητὴν* [Oppian. Hal. I, 590] *τριγόνοις γοναῖς ἐπωνόμασται, τρὶς γεννῶσα τοῦ ἔτους* etc.]

P. 210 [*Ἐνοδία*] V. quae supra de Hecate in triviis culta adnotavimus.]

[*Εἰλειθυία*] Est ab origine Hebr. Bochartus et Heinsius. GALE.]

[*ἀπαύστως*] Vox Chrysippea: v. Beitr. zur Gr. Litt. T. I. p. 235.]

λυσίζωνον] V. Voss. Idololatr. II. p. 429. 430. [Ad eandem notionem referendum aliud Dianae utpote praefectae puerperio epitheton *σοωδίνη*, quod legitur in titulo Chaeroneensi apud Walpole Travels p. 565:

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΔΑΦΝΗΦΟΡΙΩ
ΑΡΤΑΜΙΔΟΣ
ΣΟΩΔΙΝΑΣ

Quae parturientes a doloribus liberat. Inde etiam *λοχία* dicta, cuius de epitheti sensu mystico v. Procl. Theol. Plat. VI, 17.]

[*πλείους Ἔρωτες*] Villoisonus in Varr. lect. confert c. 25. p. 200: *καὶ πλείους δ' Ἔρωτες παραδίδονται.* De numero plurali Ilithyiarum v. Boettigerum Ilith. p. 27. Non unam, sed plures agnoscit etiam Schol. Soph. Electr. p. 128 ed. Erf.]

συλλαμβανόμενα] Balbus apud Cic. de N. D. II, 46 a sole lunam illuminatam graviditates et partus afferre maturitatesque gignendi contendit. V. et II, 27 et omnino primum Orphei hymnum. [Lyd. de mens. p. 244 ed. Roeth. *Ἀρχὴ γενέσεως ἡ σελήνη.* Vide et eundem de Ostent. p. 66.]

P. 211 *παρθένον*] Plutarchus de facie in orbe lunae p. 938: *Ἄρτεμιν αὐτὴν νομισθῆναι φήσομεν, ὡς παρθένον καὶ ἄγονον.* [Ceterum *παρθένος* et *ἄχραντος* ut Noster iungit, Proclus quoque, ubi de Persephone loquitur, in Plat. Cratyl. p. 100. Boisson.]

Caput XXXV.

ἀέρα] Sic supra de Plutone dixerat cap. 5: *οὗτός ἐστιν ὁ παχυμερέστατος καὶ προσγειότατος.* Pars autem aëris superior est Iuno, teste eodem cap. 3; aër autem supremus et purissimus est Iuppiter, seu potius aether, ignis artificialis, pellucidus et purus, *τὸ διαυγὲς καὶ καθαρὸν πῦρ*; ignis autem inartificialis aëreque permixtus est Vulcanus, *τὸ ἐν χρήσει καὶ ἀερομιγές*, ut docet idem Cornutus c. 19 de Vulcano. Sic Seneca Quaest. nat. II, 10 dixit permeare ab ae-

there lucidissimum aërem, in terram usque diffusum, summam partem eius esse siccissimam calidissimamque et ob hoc etiam tenuissimam propter viciniam aeternorum ignium, illam partem imam et vicinam terris densam et caliginosam esse.

῞Αδην] Hinc, ut vides, et ipse observat Epictetus L. III Diss. 11. p. 321, apud Stoicos οὐδεὶς ῞Αδης, οὐδ᾽ Ἀχέρων, οὐδὲ Κωκυτός, οὐδὲ Πυριφλεγέθων, ut Seneca Consol. ad Marciam 19: *Cogita . . . illa quae nobis inferos faciunt terribiles, fabulam esse. Nullas imminere mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis amnem* etc., ut Iuvenalis:

esse aliquot manes et subterranea regna.

Balbus Stoicus apud Cic. de N. D. II, 2: *quaeve anus tam excors inveniri potest, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat?* Quemdam tamen aërem peculiarem in eo statuebant quidam, non omnes Stoici, quod, teste Bruckero T. I. p. 932, post mortem anima mala et ignobilis in aërem dissipata (εἰς ἀέρα μεθισταμένη, ut ait Antonin. IV, 13, scilicet εἰς τὸν δεχόμενον τὰς ψυχὰς ἀέρα, ut idem habet Cornutus) et materiae contagio gravata, aestu aëris vehementissime agitati, donec plane dissipetur, rapitur. Hinc Lactantius VII, 7 dicit Zenonem Stoicum inferos esse docuisse et impios luere poenas in tenebrosis locis atque in coeni voraginibus horrendis, quod erat contrarium naturae igneae, et quo solo supplicio plecti poterat. Obscurum et tenebrosum esse hunc aërem, cuius aestu agitantur animae, et διὰ τὸ ἀειδὲς dictum ῞Αδην observat Cornutus. Hi sunt inferi, ad quos, teste Tertulliano de anim. c. 59, reliquas animas, id est impias et ineruditas deiiciunt Stoici, qui poetarum inferos reiiciunt. V. Lipsii Physiol. Stoic. III, 14. p. 334. Hunc tenebrosum porticus inferum beatae felicium animarum in aethere degentium vitae oppositum agnoscit Dionysius Hal., qui sic Veturiam Stoice loquentem inducit L. VIII. T. III. p. 1629 ed. Reisk. εἴ τις ἄρα τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀπολυθείσας τοῦ σώματος ὑποδέξεται τόπος (ut Seneca Ep. 63: *si modo sapientium vera fama est recipitque nos locus aliquis*, et ad Polyb. c. 28: *quisquis ille est locus, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu.*), οὐχ ὁ καταχθόνιος καὶ ἀφεγγὴς ὑποδέξεται τὴν ἐμὴν, ἐν ᾧ φασι τοὺς κακοδαίμονας οἰκεῖν, οὐδὲ τὸ λεγόμενον Λήθης πεδίον, ἀλλ᾽ ὁ μετέωρος καὶ καθαρὸς αἰθὴρ, ἐν ᾧ τοὺς ἐκ θεῶν φύντας οἰκεῖν λόγος, εὐδαίμονα καὶ μακάριον ἔχοντας βίον. Veturia addit Coriolanum alloquens: οἷς διαγγέλλουσα τὸ σὸν εὐσεβὲς καὶ τὰς σὰς χάριτας, αἷς αὐτὴν ἐκοσμήσας, ἀεί τινας αἰτήσεταί σοι παρὰ θεῶν ἀμοιβὰς καλάς. Ubi vides in ore paganae mulieris Catholico-Romanam Sanctorum apud Deum intercessionem, quam vocamus. Heraclitus autem apud Clem. Strom. V. p. 549 [ed. Sylb.] ignem, quo in conflagratione mundus ardebat, so–

lam fere eorum, qui male vixerunt, poenam contendit: *οἶδεν γὰρ καὶ οὗτος, ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας μαθών, τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί.* At hunc inferum non admittebant, qui animam ineruditam et impiam hac sola defungi poena putabant, quod statim interiret et in cognata resolveretur elementa nec ad aetherem ibi permansura attolleretur. Unde Seneca huiusce sapientiae fautor loco citato addit: ***mors omnium dolorum et solutio est et finis, ultra quam mala nostra non exeunt*** etc., ut infra Cornutus habet: *διὰ τὸ παύειν αὐτούς ποτε τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων.* Seneca Epist. 82 docet Orcum, ianitorem Orci, carcerem inferum et perpetua nocte oppressam regionem fabulas esse, nec quidquam defunctis superesse quod timeant, et duobus in eadem epistola locis mortem indifferentem esse debere et inter *ἀδιάφορα* reponendam ostendit: ut ad Marciam c. 19 dicit mortem nec bonam nec malam esse, quod ipsa nihil sit et omnia in nihilum redigat. Ut Seneca, cui tribuuntur Troades, dixit Act. II. vs. 398:

Post mortem nihil est ipsaque mors nihil,
velocis spatii meta novissima.
Spem ponant avidi; solliciti metum.
Quaeris, quo iaceas post obitum loco?
quo non nata iacent.

Et eiusdem familiae Lucanus Pharsal. III, 39 [ubi v. Cortium]:

Aut nihil est sensus animis a morte relictum,
aut mors ipsa nihil.

Per quae verba cave intelligas, mortem vere et proprie nos in nihilum redigere, quod adversaretur Senecae menti, quam toties evolvi, et toti Stoicorum systemati, qui ut plurimi veteres philosophi putabant, in nihilum nihil posse reverti; sed haec ita interpreteris ut significent, mortem singulas hominis non excellentis qui ad astra evolet, sed communis et ineruditi partes in propria et cognata resolvere elementa, ita ut post obitum eodem iaceamus loco, quo non nata iacebamus, et uterque Seneca eundem constituat hominis post fata statum, quem antequam nasceretur habuerat, quum anima in mundi anima, corpus in materia, quae est dei corpus, delitesceret. Unde Seneca ad Marciam c. 19: ***mors nos in illam tranquillitatem, in qua antequam nasceremur, iacuimus, reponit, quum singulas hominis partes iisdem reddat ex quibus constabat partibus.*** Idem Seneca a Lipsio in Physiol. Stoic. III, 11. p. 319 laudatus: ***mortem diu expertus sum. Quando? ante quam nascerer. Mors est, non esse: id quale sit, iam scio. Hoc erit post me, quod ante me fuit.*** Quae sic optime distinguit Seneca hucusque non intellectus Epist. 24: ***nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et tenebras et larvalem habitum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos consumit, aut exuit. Emis-***

sis meliora restant, onere detracto: consumptis nihil restat; bona pariter malaque submota sunt. Ut Epist. 66: *mors aut finis est, aut transitus.* Itaque ostendit Seneca, nullis timendam esse mortem, non bonis, quibus in coelum evolaturis et ad astra transeuntibus meliora restent, non communibus, quibus in cognata elementa resolvendis et consumendis nihil restet nihilque sensus a morte relictum. Quae quum non satis perpendisset et distinxisset Lipsius in Phys. Stoic. III, 11. p. 319, male fingit Senecam de aeternitate animi ambigue loquentem et aliquando ad eam accedentem, aliquando recedentem, quum semper secum concors sit, sed quum varia afferat, de duobus loquatur variis ineruditorum et eruditorum animorum post mortem statibus, quod discernendum erat.

Non solum infernum quidam Stoici, sed et purgatorium quoddam finxerunt, ubi, quod e Tertulliano probat Lipsius Phys. Stoic. III, 14. p. 331, imprudentes animae circa terram prostratae e sapientibus multo superioribus erudirentur. Dogma est Stoicorum, inquit idem Lipsius, sapientum animas attolli, vulgarium versari et volvi circa terram, donec ab illis sapientibus edoctae et vitiis purgatae item subvolarent. Quod recte probat Lipsius ex hoc Senecae ad Marciam c. 25 loco: *Integer ille nihilque in terris relinquens fugit et totus excessit; paullumque supra nos commoratus, dum expurgatus, et inhaerentia vitia situmque omnis mortalis aevi excutit, deinde ad excelsa sublatus, inter felices currit animas.* Quod vero spectat ad duplex animarum purgatorium, quod Stoicis tribuit Bruckerus, quorumque unum infra lunam in aëre ponit, alterum in luna eiusque cavernis, earum maxima †), quam Stoicis penetralia Hecates dici e Plutarcho probare vult, miror acutissimum Bruckerum non vidisse, haec quae affert e Plutarcho de facie in orbe lunae p. 943 seq. non a Plutarcho Stoicis tribui, sed cuidam hospiti unius e tribus insulis maris, quod *Κρόνιον πέλαγος* vocat, ut videre est ap. Plutarch. p. 945. Haec se audisse referebat a Saturni famulis et cubiculariis, qui profecto a porticu longissime aberant.

διὰ τὸ ἀειδὲς] Eadem etymologia in Platonis Cratylo p. 277. Eustath. p. 1011, 5. [Adde Diac. ad Hesiod. Scut. p. 76 ed. Heinr.] Seneca Ep. 82: *Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam novimus: illa ad quae transituri sumus, nescimus qualia sint et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur. Itaque etiamsi indifferens mors, non tamen inter ea est, quae facile negligi possint . . . Descriptus est carcer infernus et perpetua nocte oppressa regio.* Suo sic more lo-

---

†) [Plutarchus: *καλοῦσι δ' αὐτῶν* [*κοιλωμάτων*] *τὸ μὲν μέγιστον Ἑκάτης μυχόν.*]

quitur Pindarus ap. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 104: *Ταρτάρου πυθμένα πιέζεις σφυρηλάτοις ἀνάγκαις.* De hoc "Αδη omnino v. Gesneri de animabus Heracliti et Hippocratis disputationem p. 76 et 77 Tomi I Commentat. soc. Gottingens.

[*ἐκεῖσε*] Sic *ἐκεῖ* de vita post mortem. Boissonad. Anecd. T. II. p. 102. Plato Rep. p. 331: *ἀπιέναι ἐκεῖσε.* Adde Euripidis fragm. ap. Valcken. ad Hippol. p. 163. Plutarcho Num. 12 Manes dicuntur *οἱ ἐκεῖ θεοί.*]

P. 212 *ἀὴρ γὰρ πεπληγμένος ἡ φωνή*] Macrob. Somn. Scip. II, 4: ***diximus nunquam sonum fieri nisi aëre percusso.*** Lactantius de opificio dei c. 15. p. 112. T. II: ***Grammatici quidem ac philosophi vocem esse definiunt aërem spiritu verberatum, unde verba sunt nuncupata;*** ubi ea v. quae e Diomede et Prisciano profert Betuleius, Tertullianus adversus Praxeam c. 7. p. 503: ***Quid est enim, dices, sermo nisi vox et sonus oris et (sicut Grammatici dicunt) aër offensus.*** Philo de migrat. Abrah. p. 795 vocem sic definit: *ἀέρος πλῆξις διὰ τῶν στόματος καὶ γλώττης ὀργάνων.* Timaeus Locrus p. 559: *φωνὰ δ' ἐστὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι.* Hauserunt Stoici a Platone, qui apud Sext. Emp. VII adv. logicos p. 395: *εἰ . . . ἡ ἀκοὴ ἀέρα πεπληγμένον κρίνουσα, ὅπερ ἐστὶ τὴν φωνήν.* [Seneca Nat. quaest. II, 29: ***Vox nihil aliud est quam ictus aër.*** Alia plura congessi Beitr. z. Gr. u. Röm. Litt. T. II. p. 246.]

Εὔβουλον] Orph. H. XVII in Plut. v. 12 eum vocat *εὔβουλον.*

εὐβουλία] Hesych. h. v. ibiq. intpp.

παύειν etc.] Seneca Consol. ad Marciam c. 19: ***Mors omnium dolorum et solutio est et finis: ultra quam mala nostra non exeunt.*** [*Πανσίλυπος οἶκος* appellatur sepulcrum in titulo, Syllog. inscr. p. 501. No. LI.]

P. 213 [*πολύαρχος*] Hoc epitheto quis usus sit poetarum, novi equidem nullum.]

Πυλάρτην] Eustath. p. 718, 20 ad Iliad. *θ*, 367. *ν*, 415. p. 1684, 42 ad Odyss. *λ*, 277. Etym. M. p. 696, 48. [*Τὸν τὰς πύλας ἰσχυρῶς ἐπαρτῶντα*, Schol. Odyss. *λ*, 276: quae quidem verba Porphyrii sunt, ut patet ex Grammaticis Graecis MSS. in Bibl. Regis ad S. Iacobum. GALE. De "*Αδου πύλαις* v. Anal. crit. p. 101. Ceterum quae Galeus ex MSS. excerpta hic dedit, ea quidem Porphyrii, sed non ex Scholiis eius in Homerum, sed ex eiusdem libello *περὶ προσῳδίας* deprompta esse, adversus Valckenaerium Diss. de scholiis in Homerum ineditis §. XI. p. 105 (T. II. p. 110 ed. Lips. Opusc.) Galeo sine cautione obsecutum monuit Villoisonus Proleg. Hom. p. XVII, not.]

[*Χάρων*] Vide Apollodorum de Styge apud Stobaeum p. 129. GALE.]

P. 214 [*ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι*] V. Ann. dell' Instituto arch. Vol. VI. p. 345.]

ἀχῶν] Melanippides in Proserpina apud Stob. Ecl. phys. c. 40 [T. II. p. 1006 ed. Heer.]:

καλεῖται δ' ἐν κόλποισι
γαίας ἄχεα προχέων Ἀχέρων.

Incertus ibidem:

μυρίαις παγαῖς
δακρύων Ἀχέρων ἀχέων τε βρύει,

et alius incertus:

Ἀχέρων ἄχεα βροτοῖσι πορθμεύει.

[Suidas v. *Κήρ* Acherontis nomen deducit *ἀπὸ τοῦ τὰ ἄχη εἰς αὐτὸν ῥεῖν.*]

[*Ἀχερουσία λίμνη*] V. Stob. l. c. p. 1008 et 1010.]

[*κωκυτὸς*] V. Suid. v. *Κήρ.*]

[*καιόντων* etc.] Schol. Iliad. *α*, 52. Hercules morem invexit. GALE.]

[*ἄορνος λίμνη*] Immo dicta ab avibus, quae ibi ob pestiferas aëris exhalationes vivere non possunt. V. Sickler. de monumentis quibusdam Graec. Vimariae 1812. p. 4.]

[*τὴν ὁμίχλην ἀέρα οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν*] De hac aëris notione antiquissima v. Ephem. litt. Ien. 1803. No. 133. p. 327. Cleric. ad Hesiod. Op. 549. Item pro tenebris habetur. V. Musgr. ad Soph. Electr. 86. Schol. Eurip. Phoen. 1530.]

[*φασγάνων*] De his vide Libanium Orat. p. 539. GALE.

ἀμεθεξίαν] Dionysius de div. nom. T. I. p. 496: *ἡ τῆς παναιτίου* P. 216
θεότητος ἀμεθεξία. [Rariore hac voce praeterea usi sunt Theophylactus ad Ioann. VIII, 58 et Schol. Plat. p. 152 ed. Ruhnk.: hic qui sint *ἀλίβαντες* exponens, simillima haec habet: *καὶ αὐτοὺς τοὺς νεκροὺς νοητέον διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν.*]

[*διαναρκᾶν*] Auctoritatem huic verbo pete ex iis, quae Schneiderus Lex. v. *διαρκέω* excitat ex Dione Cassio et Theophrasto. Somnum vero veteribus frequentissime mortem dici, res tralatitia est. Narcissum excitare soporem (*βαρύνητας ναρκώδεις*) testatur Plutarchus Quaest. Symp. III, 1. p. 467.]

διὰ συμβόλων] Proclus L. I. c. 4 Theolog. Platon.: *Ὀρφικοὶ διὰ* P. 217
συμβόλων . . . μηνύειν ἐφιέμενοι. Clemens Strom. V. p. 556 [Sylb.]: *Πάντες οὖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἱ θεολογήσαντες, βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο· τὴν δὲ ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ συμβόλοις, ἀλληγορίαις τε αὖ καὶ μεταφοραῖς καὶ τοιουτοισί τισι τρόποις παραδεδώκασιν.* V. Theol. phys. Stoic.

εὐσεβεῖν] Sic Stoici teste Laertio vit. Zenon. p. 439 dicebant *εἶναι τὴν εὐσέβειαν ἐπιστήμην θεῶν θεραπείας.*

ἀλλὰ μὴ εἰς τὸ δεισιδαιμονεῖν] De hac Cornuti prudentia v. Theol. phys. Seneca de clem. II, 5: ***religio deos colit, superstitio violat.***

Epist. 123: *Superstitio error insanus est: amandos timet; quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames?*

[φιλοσόφοις] Id fecisse videtur Alexander Aphrodisiensis (v. Probl.), Andreas (ap. Athen.), Antigonus Carystius, Apollodorus [1]), Apollonides, Archelaus Aegyptius, Cleanthes [2]), Damascius et Nicolaus Damascenus [3]), Dorotheus [4]), Euanthes [5]), Euphorion, Heraclides Ponticus, Heraclitus, Dionysius, Iamblichus (περὶ θεῶν) [6]), Isigonus (apud Arist.), Iulianus παραβάτης, Lamiscus Samius, Melissus [7]), Metrodo-

---

1) [Fragmenta collegit Heynius ad Apollod. T. I. p. 387 seq., in quibus tamen quaedam insunt, quae aliorsum referenda videantur, ut quae ex Scholl. Apollonii et Thucydidis afferuntur p. 401. Certius huic Apollodori περὶ θεῶν libro adsignabuntur, quae ex Bekkeri Anecd. ad Cornuti c. 9 fin., ubi qui sit Iuppiter ἀλάστωρ exponitur, admovi.]

2) [V. Prolegomena.]

3) [V. Simplic. in Aristot. de coelo.]

4) [Huius, qui et Persaeus, liber περὶ θεῶν inter eius scripta ap. Diog. Laert. VII, 36 non affertur quidem, quamquam hoc argumentum eum tractasse, ex Cic. de N. D. I, 15 constat. Plura de eo Menag. ad Diog. l. l. et Ruhnken. Ep. ad Ernest. p. 107.]

5) [Immo Evander, ni fallor, Phocensis. Diog. Laert. IV, 60. De scriptis eius nihil liquet.]

6) [Ita inscriptum librum laudari animadverto ap. Proclum Theol. Plat. c. 11: ὁ θεῖος Ἰάμβλιχος ἐν τῇ περὶ θεῶν πραγματείᾳ τοὺς τὰ γένη τοῦ ὄντος ἐν τοῖς νοητοῖς ἀποτιθεμένους ᾐτιάσατο. Damascius de princ. p. 171: ὡς δοκοῦσι ποιεῖν οἱ φιλόσοφοι, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰάμβλιχος ἄλλοθί τε πολλαχοῦ καὶ ἐν τῇ περὶ θεῶν, atque ad hunc librum idem, qui saepe Iamblichi mentionem facit, ut p. 106. 118. 125. 131 et alibi, respicere videtur. Item Proclus quoque passim, apud quem quod de fato et providentia scriptum Iamblichi laudatur T. I. p. 13 ed. Cous. ab illo nihil differre suspicor. At diversi generis fuisse videtur eius Χαλδαϊκὴ τελειοτάτη θεολογία, cuius liber XXVII affertur a Damascio p. 115.

7) *Περὶ θεῶν* nomine librum ullum Melissi inscriptum fuisse, neque a quoquam traditum, neque veri est simile, quandoquidem Melissus, teste Diog. Laert. IX, 24, περὶ θεῶν ἔλεγε μὴ δεῖν ἀποφαίνεσθαι· μὴ γὰρ εἶναι γνῶσιν αὐτῶν, quibuscum pugnare, ut quibusdam visum, mihi quidem non videntur quae affert Stob. Ecl. phys. T. I. p. 60 Heer. λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα θεοὺς καὶ τὸ μίγμα τούτων τὸν κόσμον· καὶ πρὸς ταῦτα ἀναλυθήσεται τὸ μονοειδές· καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχάς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς. Nihil enim aliud his spectasse videtur, quam ut vulgi sermoni notiones ipsius de rerum natura abstrusas accommodaret. Ceterum πολυειδές, quod pro μονοειδὲς, in quo explicando haesit, Heerenius coniecit, cave probes, ipsa verbi ἀναλύεσθαι notione arguente, de multitudine, ut quae iam in partes resoluta sit, sermonem esse non posse: immo intelligitur ea rerum primitiva forma, quae unius naturae speciem quidem prae se ferat, in elementa vero resolvatur: quo, quae Melissi mens fuisse videtur, illud ipsum conficitur, quod ab eo τὸ ἓν καὶ πᾶν appellatum est.]

rus Lampsacenus, Myrsilus Lesbius, Lamiscus Samius, Palaephatus, Polemon (apud Athen.), Ptolemaeus (σχ. Arati), Sallustius, Silenus Chius, Sotion, aliique apud Mausacum in Plut. de fluviis. GALE. His addenda Villoisonus in Schedis censet quae leguntur in Theologum. arithm. p. 41: *Ἀνδροκύδης δὲ ὁ Πυθαγορικὸς*[1]) *ὁ περὶ τῶν συμβόλων γράψας καὶ Εὐβουλίδης ὁ Πυθαγορικὸς*[2]) *καὶ Ἀριστόξενος καὶ Ἱππόβοτος*[3]) *καὶ Νεάνθης* etc.[4]).

Opus sane non tam philosophorum quam omnium, quorumcunque est res divinas humanasque cognoscere, cura dignissimum suscepturus is esset, qui veterum doctrinam deorum de natura seorsim quidem, sed iunctis omnibus momentis, diligenter explicaret, in cuius argumenti rudimentis ponendis Lilius Gyraldus, explanatis veterum philosophorum sapientiumque placitis, haud spernendam operam collocavit[5]): quo dextre perfecto gravissima non solum pars philosophiae antiquae lucem acciperet, sed omnis antiquitatis cognitio mirifice et augeretur et emendaretur. Ego quidem nunc id mihi solum sumendum putavi, ut corollarii instar recensum illum scriptorum a Galeo confectum amplificarem, et ita quidem ut eos tantum scriptores afferrem, quorum libri ex argumento illo inscripti (*περὶ θεῶν* vel similiter) essent, neque eos omnes, sed quorum notitia modo in promptu esset.

Gabius Bassus. Macrob. Sat. I, 9: ***Gabius Bassus in eo libro, quem de diis composuit, Ianum bifrontem fingi ait quasi superum atque inferum ianitorem; eundem quadriformem quasi universa climata maiestate complexum.*** Io. Laur. Lyd. de mens. p. 146 ed. Roether. de Iano: *ὁ δὲ Γάϊος Βάσσος ἐν τῷ περὶ θεῶν αὐτὸν εἶναι νομίζει τεταγμένον ἐπὶ τοῦ ἀέρος, καὶ δι' αὐτοῦ τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐχὰς ἀναφέρεσθαι τοῖς κρείττοσι· ταύτῃ δίμορφος εἶναι λέγεται ἔκ τε τῆς πρὸς ἡμᾶς, ἔκ τε τῆς πρὸς θεοὺς ὄψεως.* Ex eodem libro esse videntur sumpta quae de more caput in sacris Herculi faciendis velandi refert Macrobius III, 6: ***Varro ait Graecum hunc esse morem: quia sive ipse sive qui ab eo relicti aram maximam statuerunt, Graeco ritu sacrificaverunt. Hoc amplius addit Gabius Bassus: idcirco***

---

1) De hoc *τὰ Ἐφέσια γράμματα* ad symbolicam interpretationem exigente v. Clem. Alex. Strom. V. p. 568. Sylb.

2) Huius, ni fallor, meminit Boethius de mus. p. 1406. ed. Bas. 1570.

3) De Pythagora scripsit, teste Clemente Strom. I. p. 300.

4) In opere, ut suspicor, *περὶ τελετῶν*. De quo scriptore Cyziceno eiusque scriptis in primis consulendus Marquardtius Cyzikus und sein Gebiet p. 164 seq. et Sintenis ad Plutarch Themistocl. 1. Adde Clem. Alex. l. l. et Schol. Vatic. Eurip. Troad. 89.

5) Historiae deorum gentilium Syntagma I (Opp. ed. Iensii T. I.).

enim hoc fieri dicit, quia ara maxima ante adventum Aeneae in Italia constituta est, qua hunc ritum velandi capitis invenit. Item quae de Fatua Fauna Lactantius de fal. rel. 22: *quam C. Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris.* Traiani temporibus vixisse traditur post alios a Barkero in Classical Journal Vol. XXXI. p. 78, siquidem idem est qui praefectus orae Ponticae sub imperatore illo fuit, teste Plinio. At quum hoc valde dubium videtur, tum omnia suadent ut Bassum aetate multo antiquiore, non ultra Augusteam, ut coniicio, floruisse statuamus: qua de re hic non est locus disserendi. Ceterum de praenomine eius quum disceptatum a viris doctis fuerit, Gabiine an Gaii fuerit, illud Barkerus admittendum esse recte censuit. Etenim quod apud Macrobium *Gavius* dicitur, id vitium est pro *Gabius*, ex vulgari istarum litterarum confusione repetendum.

Chrysippus. V. Prolegomena.

Cornificius. Priscian. VI. p. 267 ed. Krehl. *Cornificius in primo de Etoemis deorum: „Ipsis vero ad Cereris memoriae novandae gratiam lectus sternuntur."* *Etoemis* quid sit ignoro, nisi idem cum *etymis*, ut legendum puto, esse vult editor, ad eius explicationem admovens glossam cod. Heidelberg. *de origine et proprietate deorum.* Vulgabatur *de coenis*, quod mire imposuit Merkelio ad Ovid. Fast. p. xcviii, eosdem *Etymorum* libros ex Festo excitanti. Rem conficit Macrobius Sat. I, 9. p. 187: *Cornificius Etymorum libro tertio: „Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanum nominat ab eundo."* Idem liber laudatur I, 17. p. 234. Ex eodem sumpta puta quae idem refert I, 17. p. 225 et 229. I, 23. p. 252, et quae Arnobius adv. gent. III, 39 de diis Novensilibus ex Cornificio monet. Neque dubito huc referre Mythographi Vat. secundi in Maii Auct. class. T. III. p. 99: *Corvilius dicit IV esse Mercurios* etc. Pro Corvilii enim nomine, quod nihili est, reponendum Cornificii. Ceterum Weicherto plane adsentior, Cornificium hunc a cognomine illo Virgilii vel obtrectatore vel interprete aequali nihil diversum esse statuenti, Comm. de Helvio Cinna I. p. 15: quae latuisse videntur Meyerum in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1836. No. 47. p. 380 aliter hac de re censentem. Nomen eius Maius Intp. vet. Veronens. Virgilii restituit p. 7.

Epicurus. Diogeni Laert. X, 27 laudatur liber inscriptus *Χαιρίδημος ἢ περὶ Θεῶν.* V. infra, ubi de *Theodoro.*

Nigidius Figulus. Operis *de diis* liber XIX Macrobio Sat. III, 4 laudatur. Fragmentis, quae recensuit Rutgersius Var. Lect. III, 16. p. 284, accedat, quod ex Scholiasta Leid. vetere in Virgilium Suringar Hist. cr. Schol. Lat. T. II. p. 347 protulit et huic Nigidii libro recte adscripsit: *Omnes dii dicuntur qui nullius egent.*

Phaedrus Epicureus *περὶ φύσεως θεῶν*, quo nomine librum ex Voll. Herculanensibus edidit Petersen. Hamburgi 1833. Sed quibus dubiis id prematur, exposui Beitr. z. Gr. u. Röm. Litt. T. II. p. 114.

Philodemus *περὶ θείων*, inter Voll. Herculanensia. V. Petersen l. l. p. 7. In Indice Voluminum illorum revolutorum Neapolitano, quem narravi l. l. anno 1819 me inspexisse, binos libros Philodemi sic allatos memini, unum „intorno a' dei", alterum „al culto degli dei" inscriptum.

Posidonius. *Περὶ θεῶν* librum XIII laudat Diogenes L.

Prodicus eo nomine librum an reliquerit incertum. Quid vero statuerit, exposuit Welckerus Mus. Rhen. p. 633.

Speusippus. Diog. Laert. IV, 4. Cf. Cic. de N. D. I, 13.

Strato Lampsacenus, cuius tres *περὶ θεῶν* libros affert Diog. L. V, 58. Cf. Augustin. de civ. dei VI, 10. Cic. de N. D. I, 13.

Theodorus, primum *ἄθεος*, deinde *θεὸς* appellatus. Diog. L. II, 86 et 97, ubi haec leguntur: *καὶ αὐτοῦ περιετύχομεν βιβλίῳ ἐπιγραφομένῳ περὶ θεῶν, οὐκ εὐκαταφρονήτῳ· ἐξ οὗ φασὶν Ἐπίκουρον τὰ πλεῖστα λαβόντα εἰπεῖν.*

Theophrastus. Tres *περὶ θεῶν* libri laudantur Diog. L. V, 49, ubi etiam *τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας* libri sex memorantur.

Varro. Huc pertinent potissimum eius ***Antiquitates rerum divinarum***, seorsim a priore parte, qua res humanae comprehendebatur, ab auctore vulgatae et sic passim citatae, ut Macrob. Sat. III, 6. p. 317 et Laur. Lyd. de mens. p. 146 ed. Roeth., et ***de cultu deorum*** liber, laudatus Augustino de civ. dei VII, 9.

Xenocrates. *Περὶ θεῶν* libros duos laudat Diog. L. IV, 3. ***De natura deorum*** appellat Cic. de N. D. I, 13.

Zenodotus. Suid. h. v. T. II. p. 8: *ἔγραψε πρὸς Πλάτωνα περὶ θεῶν.*

Postremo hic afferendus Anonymi *περὶ θεῶν* liber, in codice Monacensi servatus, ex quo apospasmatia quaedam, quibus usus sum Animadv. ad Corn. c. 7, excitavit Koppius ad Damasc. de princip. p. 63.]

VILLOISONI

THEOLOGIA PHYSICA

STOICORUM.

Physica Stoicorum theologia tota duobus innititur rerum principiis, ex quibus constare mundum opinabantur. Horum quidem unum erat *agens*, τὸ ποιοῦν, alterum vero *patiens*, τὸ πάσχον; principium quod patiebatur, erat materia carens omni qualitate, quam ποιότητα Graeci vocant, ut inquit Cicero [1]), qui alio loco [2]) similem vocem coactus adhibere, sibi dari postulat, ut in rebus inusitatis, quod Graeci ipsi faciant, a quibus haec iam diu tractantur, uti possit verbis interdum inauditis. Principium, quod agebat, erat ratio in materia insita eique inserta, id est, deus qui aeternus et (quod infra demonstrabimus) unicus per eam intentus et commeans ex ea universa singula exprimebat et efficiebat. Sic Laertius de Stoicis loquens [3]): *δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον, εἶναι τὴν ἄπασαν οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν θεόν. τοῦτον γὰρ ὄντα ἀΐδιον διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα,* ubi haec vocabula, *διὰ πάσης αὐτῆς,* nobis deum exhibent tanquam mundi animum per omnium rerum naturam pertinentem [4]), et ut Iacobi Thomasii verbis utar, „for-

1) Acad. I, 7. [Vocabulo ποιότης primum Platonem usum esse, narratur in Vita eius anonyma in Bibliothek der alten Literatur und Kunst, fasc. 5. ined. p. 15.]

2) Acad. II, 6.

3) Diogenes Laert. de vit. phil. pag. 196. ed. Londini 1663.

4) Sextus Empir. adv. logicos IX. p. 550. *οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς δύο λέγοντες ἀρχὰς θεὸν καὶ ἄποιον ὕλην, τὸν μὲν θεὸν ποιεῖν ὑπειλήφασι, τὴν δὲ ὕλην πάσχειν τε καὶ τρέπεσθαι.* Tertullianus ad nationes II, 4. p. 55: *Zeno materiam mundialem a deo separat, vel eum per illam, tanquam mel per favos, transisse dicit. Itaque materia et deus duo vocabula, duae res; pro discrimine vocabulorum etiam res separan-*

mam mundi non solum adsistentem, sed etiam informantem"; quam quidem distinctionem, qua praecipuum porticus dogma illustratur, peculiari dissertatione, quae decima quarta est, confirmavit Iacobus Thomasius, vir de Stoicorum philosophia optime meritus. Et hanc quidem vim *τοῦ διὰ πάσης αὐτῆς* non satis videtur percepisse interpres Latinus, nec ipse Menagius [1]) ad hunc locum, conferendus

---

tur. Eandem autem patientis et agentis divisionem Mosi sic tribuit Philo de mundi opificio p. 2 ed. Paris. 1640 [T. I. p. 4 ed. Pfeiffer.]: *Μωσῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα, καὶ χρησμοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνεκτικώτατα τῶν τῆς φύσεως ἀναδιδαχθεὶς, ἔγνω δὴ ὅτι ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσιν, τὸ μὲν εἶναι δραστήριον αἴτιον, τὸ δὲ παθητόν* [cum Pfeiffero legendum *παθητικόν*]· *καὶ ὅτι τὸ μὲν δραστήριον ὁ τῶν ὅλων νοῦς ἐστὶν* etc. Vide eundem ibidem Philonem p. 4 [p. 12 ed. Pfeiff.], ubi materiam vocat *ἄποιον*. Multa autem Philo non solum Platonicis, sed etiam, quod minus notum est, Stoicis et Chrysippo sublegit. Sic de opificio mundi p. 14 [p. 40 ed. Pfeiff.] *τῶν ἐμψύχων πρώτους ἐγέννησεν ἰχθῦς — πρὸς αὐτὴν* [Pfeif. *αὐτὸ*] *μόνον τὴν τῶν σωμάτων διαμονὴν παρασπαρέντος* [Pfeiffer. mavult *παρεισπαρέντος*, ego *παρενσπαρέντος*] *αὐτοῖς τοῦ ψυχοειδοῦς, καθάπερ φασὶ τοὺς ἅλας τοῖς κρέασιν, ἵνα μὴ ῥᾳδίως φθείροντο* [*διαφθείροιντο* Pfeiff.]. Quod quidem hausit e Chrysippo, qui apud Cic. de fin. V, [14, ubi v. Goerenz.] de nat deor. II, 64 sui, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam esse dicit. Quod et legi apud Varronem [de re rust. II, 4], Plinium VIII, 51, Porphyrium l. III *περὶ ἀποχῆς* et apud Clementem Strom. VII [p. 718 ed. Sylburg. ubi Cleanthi tribuitur], observat Petrus Castellanus de carnium esu II, 1. Sic idem ibidem Philo p. 27 [p. 90 ed. Pfeiff.]: *αὐτίκα τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τὸ δίχα τοῦ ἡγεμονικοῦ μέρους ἑπταχῇ σχίζεται πρὸς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τὸ φωνητήριον ὄργανον, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γόνιμον.* De qua animi divisione vide quae idem ad verbum sonantia e Laertio, Varrone, Tertulliano, Nemesio etc. protulit Lipsius Physiol. Stoic. III. diss. 17. p. 243, qui et hunc Philonis locum conferre debuisset. Stoicum dogma et in hisce agnosces verbis apud Phil. de somniis p. 1141 [T. V. p. 704 ed. Pfeiff.]: *δόγμα τιθέμενοι τοῖς περὶ φιλοσοφίαν διατρίβουσιν, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἄρχων καὶ βασιλεὺς καὶ ἡ ἀρετὴ ἀνυπεύθυνος ἀρχή τε καὶ βασιλεία* [ubi Pfeifferus apte confert de posteritate Caini T. II. p. 318: *ἑαυτῶν* (*ἀρετῶν*) *δ' ἡγεμονὶς ἑκάστη καὶ βασιλίς ἐστι, καὶ ὁ κτησάμενος αὐτὰς ἄρχων καὶ βασιλεὺς εὐθέως, κἂν μηδεμιᾶς ὕλης εὐπορῇ.*]

1) Not. ad Diog. Laert. p. 183.

cum Lipsio in erudito opere quod inscribitur Physiologia Stoica [1]).

Hi autem duumviri apprime haec a Lactantio addunt [2]): *Stoici naturam in duas dividunt partes, unam, quae efficiat, alteram, quae se ad faciendum tractabilem praebeat. In illa prima esse vim sentiendi, in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse.* Ita *isti*, prosequitur Lactantius, *uno naturae nomine res diversissimas comprehenderunt, deum et mundum, artificem et opus; dicuntque alterum sine altero nihil posse:* (quemadmodum nihil potest artifex, cui materia ad artem exercendam desit) *tanquam natura sit deus mundo permistus. Nam interdum sic confundunt, ut sit deus ipsa* [3]) *mens mundi, et mundus corpus dei.* Haec ut multa alia Lactantius expressit e Cicerone [4]), cuius verba, quae exscribere longum esset, pete ex ipsomet Tullio et confer Plutarchum [5]). Seneca [6]): *Dicunt, ut scis, Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam et materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat. Causa autem, id est, ratio, materiam format, et quocunque vult, versat: ex illa varia opera producit. Esse debet ergo unde aliquid fiat, deinde a quo fiat: hoc causa est, illud materia. Omnis ars imitatio est naturae; itaque quod de universo dicebam, ad haec transfer, quae ab homine facienda sunt. Statua et materiam habuit, quae pateretur artificium, et artificem, qui materiae daret faciem. Ergo in statua materia aes fuit, causa artifex. Eadem conditio rerum omnium est; ex eo constant quod fit, et ex eo quod facit. Stoicis placet unam causam esse id, quod facit.* Ibidem infra: *Quaerimus quid sit causa? Ratio faciens, id est, deus.* Vide et Athenagoram [7]), eadem Stoicis tribuen-

---

1) I. diss. 4 p. 20 seq. et diss. 5. p. 22 seq. edit. Lugd. B. 1644.

2) Institut. divin. VII, 3.

3) [In edit. Lugdunensi 1652, qua utor, legitur *ipse*, quod quicunque primus cum *ipsa* commutavit, bene fecit.]

4) Acad. I, 6.

5) Adversus Stoicos p. 1085.

6) Epist. 65.

7) Legat. pro Christianis p. 295 ed. Paris.

tem et Theodoretum [1]. Sic et Cleanthes, maiorum gentium Stoicus, apud Hermiam [2]) iocantem, e suo puteo, a quo φρεάντλης [3]) dictus est, vera principia, deum et materiam hausisse se praedicat, τὰς ἀληθεῖς ἀρχὰς, θεὸν καὶ ὕλην, ad quae verba clarissimus Dommerich [4]) observat, hunc esse elegantem locum ad definiendam theologiam et philosophiam Stoicam, mire cum Plutarcho [5]) consentientem, qui Zenonem ἀρχὰς τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην posuisse testatur, ὧν ὁ μέν ἐστι τοῦ ποιεῖν αἴτιος, ἡ δὲ τοῦ πάσχειν. Sic Aristoteles apud eundem Hermiam [6]) ἀρχὰς ὁρίζεται, τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν· καὶ τὸ μὲν ποιοῦν ἀπαθὲς εἶναι, τὸν αἰθέρα, τὸ δὲ πάσχον etc. quod et confirmat Iustinus [7]). Lipsius pariter monet [8]), Thaletem et Pythagoram ac plerosque alios deum et materiam pro primis habuisse principiis et e Sexto Empirico [9]) probat, multos censuisse, ab ipso Homero hanc esse veterem opinionem, qui *Proteum et Eidothean induxit allegorice, primam quidem et principem causam* (ipsa vox dicit) *Proteum appellans: quae autem in species vertitur, essentiam, Eidothean.* Anaxagoras apud Pseudo-Origenem [10]) ἔφη τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νοῦν καὶ ὕλην, τὸν μὲν νοῦν ποιοῦντα, τὴν δὲ ὕλην γινομένην. Sic et Varro apud Augustinum [11]) dicit, coelum esse quod faciat, terram quae patiatur: et ideo illi masculinam vim tribuit, huic foemininam; ubi agnoscis τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. Quin et cum Varrone ad verbum sic fere consonant Sinenses [12]) in libro mutationum cano-

---

1) Therapeut. serm. IV. p. 529.
2) Irrisione gentilium philosophorum p. 224 ed. Worth.
3) [V. Menag. ad Diog. Laert. VII, 168.]
4) In sua ed. Hermiae, quae prodiit Halae 1764.
5) Placit. philos. I, 3. p. 878.
6) L. c. p. 404 ed. Paris. 1742. p. 28 ed. Dommerich.
7) Cohort. ad Graecos ep. 11 ed. Benedictin.
8) Physiol. Stoic. I. diss. 4. p. 22.
9) Adversus physicos IX. p. 599 ed. Fabric.
10) Philosophum. p. 66 ed. Wolfii.
11) De civ. dei VII, 28.
12) Vide Claudium Visdelou Notice du livre Chinois nommé Y.

nico: „Le ciel et la terre sont le père et la mère de toutes choses, et unissent leurs semences, et par là se trouvent entre eux la distinction du mari et de la femme." Sic Theages Pythagoreus [1]): *συντέτακται γὰρ τὸ χέριον ἕνεκα τῶ βελτίονος. ὡς ἐν μὲν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος, ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω· ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων τὸ θῆλυ ἕνεκα τῶ ἄῤῥενος. τὸ μὲν γὰρ σπείρει, τὰν ψυχὰν γεννῶν· τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γεννωμένῳ*, ubi *τὸ ἀειπαθὲς* est materia patiens, *τὸ ἀεικίνατον* est deus faciens. Sic et Crito Pythagoreus ibidem [2]): *ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φυσίων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος καὶ τᾶς ἀειπαθέος, κόσμος ἐντί. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο σώζεσθαι τό τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γεννάτω ποτὶ τὸ θεῖον καὶ τῶ ἀειπαθέος ποτὶ τὸ ἀεικίνατον.* Plato [3]): *χρὴ γένη διανοηθῆναι τριττά, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δ' ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρί, τὸ δ' ὅθεν πατρί, τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ.*

Supra vidimus apud Lactantium hasce duas res diversissimas, deum et mundum, uno naturae et dei nomine a Stoicis comprehensas fuisse, deumque habitum tanquam mentem mundi, et mundum tanquam dei corpus. Haec quomodo confusa non fuerint, immo qua ratione recte distinguenda sint, sic post Varronem docet Augustinus [4]): *dicit Varro de naturali theologia praeloquens, deum se arbitrari esse animam mundi, quem Graeci vocant κόσμον, et hunc ipsum mundum esse deum: sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore et animo, tamen ab animo dici sapientem, ita mundum*

King p. 417 versionis Gallicae Chouking, quam Parisiis edidit Guignius anno 1770.

1) Fragmenta Pythagoreorum p. 683 ed. Gale Opusc. myth.

2) Ibidem p. 699.

3) Timaeo p. 1060. [50 HST.]

4) De civ. dei VII, 6.

dici deum ab animo, cum sit ex animo et corpore [1]). Ne quis autem hanc Varronis propriam, non autem Stoicorum et aliorum philosophorum communem fuisse sententiam dicat, haec subiicit Augustinus: *Haec est videlicet breviter in ista praelocutione proposita theologia naturalis, quae non huic tantum, sed et multis philosophis placuit.* Quae quidem diligenter iis perspicienda sunt, qui eos omnes in Spinozistarum grege promiscue annumerant, a quibus mundus dei nomine nuncupatur. Equidem vere de Spinoza cecinit illustrissimus Polignacus:

omnigenae Spinoza dei fabricator, et orbem
. . appellare deum, ne quis imperet orbi,
tanquam esset domus ipsa domum qui condidit, ausus.

Sed quo sensu et quam diverso mundum dei nomine vocaverint Stoici, supra laudatus indicavit Varro apud Augustinum. Hic cum eadem alio loco [2]) rursus usurpat verba, haec addit: *solum itaque mundi corpus non est deus* (ut solum hominis corpus non est sapiens) *sed aut sola anima eius, aut simul corpus et animus, ita tamen ut non sit a corpore, sed ab animo deus.* Unde Augustino supra ibidem vel secundum istos corpus non est deus, sed anima mundi ac partes eius. Idem Varro apud eundem Augustinum [3]) dicit *hos solos ipsi videri animadvertisse, quid esset deus, qui crediderunt eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem.* Idem Augustinus [4]): *Si mundi deus animus est eique animo mundus ut corpus est, ut sit unum animal constans ex animo et corpore* etc. Epiphanius, de Stoicorum deo agens [5]), dicit iis deum esse mentem, coeli, terrae totiusque aspectabilis molis tanquam corporis animum, *νοῦν, ἤ παντὸς τοῦ ὁρωμένου κύτους,*

1) [Mythographus in Maii Auct. class. T. III. p. 162: *Et Varro dicit quod unus idemque sit homo; a corpore tamen, homo; ab anima, sapiens dicitur. Ita ergo et deus cum unus idemque sit, in multis tamen per dispensationem sive diversitatem censetur vocabulis.*]

2) De civ. dei VII, 9.

3) Ibid. IV, 31.

4) Ibid. IV, 12.

5) L. I. Haeres. in Stoicor. haeresi p. 12 ed. Petavii Coloniae 1682.

οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἐν σώματι ψυχήν. Sic Laertius [1]): *εἰς ἅπαν κόσμου μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ καθάπερ ἐφ' ἡμῖν τῆς ψυχῆς.* Seneca [2]): *Potentius autem est quod facit, quod est deus, quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est.* Idem fere dixit Plato [3]). Iulius Firmicus et ipse Stoicus [4]) apud Lipsium [5]) hoc de loco adeundum: *Mens illa divina animusque caelestis per omne mundi corpus in modum circuli collocatus et nunc intrinsecus, nunc extrinsecus positus cuncta regit atque componit.* Quod quidem dogma sic respexit Regius Tatiani Scholiastes ad haec Tatiani verba, *πνεῦμα ὁ θεός, οὐ διῆκον διὰ τῆς ὕλης,* a clar. Worth. [6]) laudatus: *οὐ διῆκον διὰ τῆς ὕλης, οἱονεὶ κατ' ἐμψυχίαν, ἵνα ἡ μὲν ὕλη ᾖ ἅτε σῶμα, τῆς δὲ ψυχῆς ὁ θεὸς λόγον ἐπέχῃ.* Seneca [7]): *Quid interest inter naturam dei et nostram! Nostri pars melior animus est: in illo nulla pars extra animum, totus ratio est.* Hic vides Senecam deum, quem supra ibidem mentem universi esse dixit, et in quo nullam partem extra animum reperiri, quemque totum rationem esse docet, a materia et mundo, id est, a suo corpore aperte distinguere. Idem quoque de Vita beata [8]) sic deum a mundo distinguit: *Mundus cuncta complectens rectorque universi deus.* Tantum igitur inter deum facientem seu mundi animum et inter materiam patientem seu mundum, dei corpus, a Stoicis intervallum interiectum est, *ὅση διαφορά ἐστι μεταξὺ ποιοῦντος καὶ γινομένου καὶ δημιουργοῦντος καὶ κτιζομέ-*

---

1) Pag. 197.

2) Epist. 65 fin.

3) Epinomide p. 1010.

4) L. I. Mathes.

5) Physiol. Stoic. I. diss. 8. p. 34. [diss. 8. p. 542 Opp. Lips. Antwerpiae 1637.]

6) Pag. 18 edit. Tatiani.

7) Praefat. quaest. natural.

8) C. 8.

νου, ut dixit Zacharias Scholasticus [1]), Mitylenes episcopus. Et, ut ait Seneca [2]): *Universa ex materia et ex deo constant: deus ista temperat, quae circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est quod facit, quod est deus, quam materia patiens dei.*

Duo igitur illa principia, deus et materia, quae ἀρχὰς vocabant Stoici, aeterna incorruptaque permanebant, et in hoc ab elementis, στοιχείοις, discrepabant, quae et nata erant et in mundi conflagratione dissolvenda atque interitura. Unde Laertius [3]): διαφέρειν δέ φασιν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα· τὰς μὲν γὰρ εἶναι ἀγεννήτους, ἀφθάρτους· τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι. De quo vide Plutarchum [4]), qui eandem Aristoteli ac Platoni distinctionem tribuit, eamque suo ipse comprobat calculo, contrariam Thaletis explodens sententiam; in quo Plutarchum ad verbum secutus est Stobaeus [5]).

Stoicorum autem mundum pro dei corpore habentium opinionem revocavit et suam fecit auctor libri *Demonstratio allegorica historiae veteris et novi testamenti et revelationis mysterii S. S. triados*, qui Groningae 1690 in 4to sine nomine auctoris prodiit et publico procerum Groninganorum edicto prohibitus est; in quo Stoicam [6]) per allegorias theologiam interpretandi methodum secutus contendit, scriptura sacra universa utriusque foederis, veteris et novi testamenti, illustrari naturam, S. S. trinitatem esse allegoriae fundamentum etc. mundum esse dei corpus, et deum mundi animum. De quo vide Reimannum [7]). Sic veteres Indi mundum dei corpus esse existimabant, quod optime probat Bruckerus [8]),

---

1) Pag. 209 dialogi, quem Aeneae Gazaei Theophrasto subiecit Barthius edit. Lipsiae 1653.

2) Epist. 65 fin.

3) L. VII. p. 449.

4) De placit. philos. I, 2. p. 875.

5) Eclog. phys. c. 13. p. 28.

6) L. I, 39. p. 30.

7) Historia atheism. p. 478.

8) Histor. crit. philos. T. I. p. 207.

quodque infra demonstrabimus. Suam autem de dei corpore et animo doctrinam ab Orphicis accepisse mihi videntur Stoici. Orphicam Eusebius [1]) sic interpretatur theologiam: *ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ* (lege *οὐδὲν* [2])) *ἄλλο ἡγοῦμαι, ἢ τὸν ὁρώμενον κόσμον, ἐκ παντοίων συνεστῶτα τῶν μερῶν, τῶν τε κατ᾽ οὐρανὸν καὶ αἰθέρα καὶ τῶν ἐν τούτοις φαινομένων ἄστρων, ὥσπερ ἐν μεγάλου σώματος κεφαλῇ προτεταγμένων, τῶν τε ἐν ἀέρι καὶ γῇ καὶ θαλάσσῃ καὶ τοῖς παραπλησίοις. μέρη γοῦν κόσμου, καὶ γῆ καὶ ὄρη καὶ βουνοί. εἴλεῖταί τε αὐτῶν ἐν μέσῳ ζώνης τρόπον ἡ θάλασσα καὶ πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ, νύξ τε καὶ ἡμέρα, τῆς αὐτῆς εἶεν αὖ τοῦ κόσμου φύσεως μέρη . . . . ἀνεπικαλύπτως ζῶον μέγα τὸν κόσμον ὑποθέμενος, καὶ τοῦτον Δία προσειπὼν, νοῦν μὲν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, σῶμα δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη ἀπεφήνατο εἶναι* [3]). Eandem et Aristoteli sententiam sic tribuit Athenagoras [4]): *ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἕνα ἄγοντες οἱονεῖ ζῶον σύνθετον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστηκότα λέγουσι τὸν Θεὸν, σῶμα μὲν αὐτοῦ τὸ αἰθέριον νομίζοντες, τούς τε πλανωμένους ἀστέρας καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἀπλανῶν, κινούμενα κυκλοφορητικῶς, ψυχὴν δὲ, τὸν ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ σώματος λόγον· αὐτὸν μὲν οὐ κινούμενον, αἴτιον δὲ τῆς τούτου κινήσεως γινόμενον.*

Porro apud Stoicos prima et princeps causa, pars agens, ratio in materia insita eiusque artifex, id est, deus faciens variis nuncupabatur nominibus. Varias illas unius eiusdemque nominis appellationes ideo accuratissime, articulatim distincteque persequemur, quod sine subtiliori eorum indagatione et cognitione Stoicorum systematis seriem continuationemque, qua fit ut ex aliis aliae res et sententiae nectan-

---

1) Praep. evang. III, 9. p. 102.

2) [Recte: sic mox *καὶ οὐδὲν ἄλλο κατὰ τοὺς Στωϊκούς*, et pag. seq. *οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ὁρώμενον κόσμον δηλοῦσθαι.*]

3) Hic Eusebius Orphei versus respexit, qui et apud Macrobium leguntur Saturn. I, 18. p. 239.

4) Legat. pro Christianis p. 284 post Iustin. Mart. edit. Benedictinor.

tur, et omnia inter se apta connexaque cohaereant, minime adsequi liceat. Viri enim doctissimi et gravissimi, inter quos eminent Minucius Felix et Lactantius, Ciceronem quidem, ut ipsi decepti putabant, sed revera, quod infra demonstrabimus, Epicureum Velleium apud Ciceronem in primo de N. D. libro disputantem immerito secuti, falso putaverunt multiformes Stoicos a semetipsis dissidere secumque discordare, nec ferendam eorum inconstantiam, qui modo huic modo illi rei omnem tribuerent divinitatem sicque desultoria levitate modo hunc modo illum esse deum contenderent. Nos contra probabimus, unum idemque constanter contineri in porticu numen, sed illud quidem diversis gaudens nominibus, quae a variis operibus, aut muneribus aut virtutibus, aut a variis materiae, per quam diffunditur, partibus invenit: nec eius unitati obstare appellationum diversitatem, cum ipsa significatione ad unum omnia revolvantur. Quod fateri ipse cogitur Lactantius [1]), quodque non satis perspectum multos induxit ut errarent, et fuit in causa cur Stoici vel ob hanc unam causam minus intellecti, inconstantiae mentisque mutabilitatis temere accusati atque indicta causa, immo incognita condemnati fuerint. Galenus [2]) monet, Stoicos hoc in ceteris reprehendisse philosophis, quod statim prius porticum impugnent eiusque dogmata condemnent, quam id exploratum habeant, quod in ea dicitur: *ἐπιτιμῶσιν ἡμῖν εὐθέως ὡς προπετῶς ἀντιλέγουσι, πρὶν γνῶναι τὸ λεγόμενον.* Revera omnes fere errores in Stoicorum et plurimorum aliorum philosophorum doctrina exponenda hinc orti sunt, quod vocabulorum huic aut illi sectae propriorum vim non satis perceperint, et vocum ambiguitate, aut etiam peculiari significatione apud hos aut illos philosophos obvia delusi fuerint, qui historiae philosophicae illustrandae operam dederunt; clar. Weissius [3]) existimat plerorumque argumentorum resolutionem nihil aliud

1) Institut. divinar. I, 15. p. 19.

2) De placit. Hippocratis et Platonis III [p. 313. T. V. ed. Kühn.]

3) In Logica Latina p. 107.

esse quam aequivocationis claram explicationem. Et apte Plutarchus [1]): *ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν.* Epictetus apud Arrianum [2]): *τίς ἐστὶ ὁ γεγραφὼς, ὅτι ἀρχὴ παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις; Σωκράτης δ᾽ οὐ λέγει; καὶ περὶ τίνος γράφει Ξενοφῶν, ὅτι ἤρχετο ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπισκέψεως τί σημαίνει ἕκαστον.* Non enim solum attendendum est quid in porticu dicatur, sed etiam quomodo et quo sensu dicatur ponderandum. Sic enim Epicureos admonet Balbus Stoicus apud Ciceronem [3]): *Vobis minus notum est, quemadmodum quodque dicatur: vestra enim solum legitis, vestra amatis, ceteros causa incognita condemnatis.* Quod ut caveamus utque ea in porticu discrete et electe digeramus in ordinemque adducamus, quae confusa perturbataque huc usque commiscuerunt critici, de vera Stoici dei nominum enodatione et cognitione parum solliciti, ea quam diligentissime fieri poterit ita exponemus, ut unius eiusdemque numinis propria esse comprobemus, et totam theologiae Stoicae seriem et nexum, singula suo disponentes loco, evolvere conabimur.

Ac primo quidem deus dicebatur mundus ob eas, quas supra attulimus, causas, cum Lactantii et Varronis verba protulimus, et ostendimus mundum deum dici ab animo, cum sit ex animo et corpore, sicut, inquit Varro, hominem sapientem, cum sit ex corpore et animo, tamen ab animo dicimus sapientem. Et hoc quidem, scilicet deum dici mundum, indubitatis Stoicorum testimoniis probari docent et innumeris exemplis omnino videndi Bruckerus [4]), Lipsius [5]) et Gatakerus [6]): ipse Laertius [7]): *λέγουσι δὲ κόσμον τρι-*

1) De Iside et Osir. p. 379.
2) L. I. diss. 17. p. 93 ed. Upton., quem et ipsum v. not. p. 53.
3) De N. D. II, 29.
4) Hist. crit. phil. T. I. p. 911.
5) Physiol. Stoic. diss. 7. p. 34 et 35, et diss. 8.
6) Ad Antonin. IV, 23. p. 145 et 146.
7) Vit. Zenon. p. 197 ed. Londin.

χῶς· αὐτόν τε τὸν θεὸν etc. ubi v. Menagium [1]), hoc confirmantem auctoritate Didymi apud Eusebium [2]), Origenis in quinto libro contra Celsum et Senecae [3]). Idem ac in Laertio videbis apud Stobaeum [4]) confirmantem, a quo Chrysippus laudatur. Seneca [5]): *Vis illum* (deum) *vocare mundum? Non falleris. Ipse enim est totum quod vides, totus suis partibus inditus et se sustinens vi sua*, ut Cato apud Lucanum [6]):

superos quid quaerimus ultra?
Iupiter est quodcunque vides, quodcunque moveris.

Idem alibi Seneca [7]): *Quid est deus? Mens universi, quod vides totum et quod non vides totum.* Et alibi [8]): *ipse* (deus) *qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit deditque circa se, maior est pars operis sui ac melior* etc. Sic Plinius [9]), interdum Stoicissans: *mundum et hoc, quod nomine alio coelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen credi par est, aeternum immensum . . . . sacer est, aeternus, immensus, totus in toto, immo vero ipse totum . . . . cuncta complexus in se, idemque rerum naturae naturae opus et revera ipsa natura.* Hinc cecinit Manilius [10]), utpote Stoicus poeta:

mundum divino numine verti
atque ipsum esse deum.

Et de eodem mundo loquens alio loco [11]):

deus est, qui non mutatur in aevo.

Idem [12]) de eodem:

Hic igitur deus et ratio quae cuncta gubernat,

et infra [13]):

materiaeque datum est cogi, sed cogere mundo,

hoc est, materiam pati, deum agere, inquit Menagius [14]),

---

1) Notar. p. 184.
2) Praepar. evang. XV, 15. p. 877.
3) Epist. 97.
4) Eclog. phys. p. 48.
5) Quaest. natural. II, 45.
6) Pharsal. IX, 579.
7) Praef. quaest. nat. I.
8) Quaest. nat.
9) H. N. II, 1.
10) Astron. I, 491.
11) I, 530.
12) II, 82.
13) II, 114.
14) Not. ad Laert. p. 184.

qui adeundum monet Lipsium [1]). Seneca [2]): *unus omnium parens mundus est, id est, deus, deus, id est, mundus.* Apud Ciceronem [3]) Balbus Stoicus: *ratio recta constansque, quae supra hominem putanda est deoque tribuenda, id est, mundo, in quo necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem.* Ibidem infra: *et sapiens a principio mundus et deus habendus est.* Sic et Plato dixit mundum esse deum. Incertus auctor apud Stobaeum [4]): *Ζεὺς ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων καὶ θεὸς ἐκ θεῶν. . . . Πλάτων γάρ τοι Δία μὲν καλεῖ τὸν δημιουργὸν τῶν ἁπάντων· Δία δὲ καὶ τόνδε τὸν κόσμον.* Plato ipse [5]): *εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν (κόσμον θεός) ἐγεννήσατο,* et alibi [6]): *δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῶον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.* Hoc Plato hauserat a Timaeo Locro, apud quem deus mundum fecit *θεὸν γεννατόν* [7]). Idem alibi [8]) mundum vocat deum animantem, intelligentem, perfectum, unigenitum et rotundum, *ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν*, quod prorsus Stoicum est; quodque Timaeus et Stoici debent Pythagorae, ex cuius perenni fonte hortulos suos irrigavit omnis philosophorum schola ac maxime porticus. Pythagoras enim apud Laertium [9]) mundum vocavit *ἔμψυχον* et *νοερόν*, ut et Balbus Stoicus, qui apud Ciceronem [10]) mundum esse deum contendit, alio loco habet [11]): *deo, id est, mundo*, et ibidem: *sapiens a principio mundus et deus habendus est.* Et [12]): *Sapiens est igitur et propterea deus.* Et alibi [13]) eum animantem esse et deum

---

1) Physiol. Stoic. I. diss. 5. 2) De benef. III, 28.
3) De N. D. II, 13. 4) Eclog. phys. I. p. 1.
5) Timaeo p. 1049 [p. 34 ed. HST.]
6) Ibid. p. 1048 [p. 30 ed. HST.]
7) De anima mundi p. 549 ed. Gale.
8) Ibid. p. 545. 9) Pag. 220.
10) De N. D. II, 8 et 11. 11) Ibid. II, 13.
12) Ibid. II, 14.
13) Ibid. II, 17. Vide et II, 31. III, 8 et I, 10 et 20.

indicat. Vide et Plutarchum [1]). Sic et Chaldaei teste Philone [2]) τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεόν [3]).

At vero, ut iam exposuimus, non proprie mundus deus est, sed, ut ait Manilius, ratio quae mundum et cuncta gubernat, id est, anima mundi, a qua deus dicitur mundus, ut homo dicitur sapiens ab animo, cum sit ex animo et corpore. Hinc deus proprie vocatur a Cornuto [4]) Stoico κόσμου ψυχή. Sic Zeno apud Stobaeum [5]) deum vocat νοῦν κόσμιον (lege κόσμου) πύρινον. Seneca [6]): *Quid est deus? Mens universi.* Ita Cleanthes apud Ciceronem [7]) totius naturae menti atque animo tribuit dei nomen, et Chrysippus [8]) ait, vim divinam esse positam in universae naturae animo atque mente. Marco Antonino [9]) deus dicitur ὁ τοῦ ὅλου νοῦς κοινωνικός, et [10]) ἡ τοῦ ὅλου διάνοια. Hanc mentem mundi vel prudentiam, vel providentiam recte Latine appellari posse et graece πρόνοιαν dici, observat Balbus Stoicus apud Ciceronem [11]). Haec habes apud eundem Ciceronem [12]): Vis animusque mundi eademque mens et sapientia perfecta, *quam*, inquit, *deum appellant omniumque rerum*, *quae sunt ei subiectae*, *quasi prudentiam.* In Somnio Scipionis [13]) sol *dux et princeps et moderator luminum reliquorum*, et *mens mundi et temperatio.*

Et hanc quidem mundi animam non novum fuisse Zenonis εὕρημα, sed commune totius antiquitatis dogma, recte

---

1) De placit. philos. I, 8. p. 882.

2) De Abrahamo p. 360 [T. V. p. 262 ed. Pfeiff.]

3) Philo ipse περὶ κόσμου ἀφθαρσίας p. 955: φυσιολογεῖται ὁ κόσμος καὶ φύσις λογική, οὐ μόνον ἔμψυχος ὤν, ἀλλὰ καὶ νοερός, πρὸς δὲ καὶ φρόνιμος. Vide omnino Sextum Empir. IX advers. physicos p. 575 et 576. Cicero Acad. I, 7: *in natura sentiente ratio perfecta inest, quam vim animum dicunt esse mundi.*

4) De N. D. 2. p. 141 ed. Gale.

5) Eclog. phys. p. 2.

6) Praef. Quaest. natur. 1.

7) De N. D. I, 15.

8) Ibidem.

9) V, 30.

10) IX, 28.

11) De N. D. II, 22.

12) Acad. I, 7.

13) Cap. 8 [De R. P. VI, 17.]

monet Bruckerus [1]). Idem placebat veteribus theologis, Orpheo, Pythagorae, Timaeo Locro, Pythagoram secuto Platoni, Thaleti, Democrito etc. Chaldaeis, Aegyptiis, Indis, Hebraeorum Cabbalistis etc. E Proclo Eschenbachius [2]) versum affert, in quo Orpheus deum sic inducit loquentem:

ψυχὴ ἐγὼ ναίω καὶ θερψυχοῦσα ἅπαντα.

Pythagorae apud Iustinum [3]), Cyrillum Alexandrinum [4]) et Clementem Alexandrinum [5]) deus dicitur *νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων.* Apud Stobaeum [6]) Thales deum vocat *νοῦν τοῦ κόσμου* et Anaxagoras [7]) dicit *νοῦν κόσμον ποιὸν τὸν θεὸν*, pro quo lege *κοσμοποιόν* [8]). Et Democritus apud eundem deum definit *νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ*, melius quam apud Plutarchum [9]), *νοῦν ἐμπυροειδῆ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν.* Apud eundem Stobaeum: *Διογένης καὶ Κλεάνθης καὶ Οἰνωπίδης τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν* deum appellant. Porphyrius apud Eusebium: *τὸν Δία τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ὑπολαμβάνοντες.* Sic apud Clementem [10]) Aristoteles, qui mundum esse deum existimat, *τὸν κόσμον θεὸν ἡγούμενος*, deum supremum animam universi esse dicit, *τὸν καλούμενον ὕπατον ψυχὴν εἶναι τοῦ παντὸς οἴεται, τουτέστι τοῦ κόσμου τὴν ψυχὴν θεὸν ὑπολαμβάνων.* Augustinus [11]) docet Iovem paganis esse corporei huius mundi animum. Apud eundem [12]) Varro de naturali theologia praeloquens dicit, deum se arbitrari animum mundi, et hunc

---

1) T. I. p. 929.

2) De poesi Orphica p. 79. [Vitiosam scripturam Hermannus Orph. p. 483 *θέρμη ψυχῶσα* correxit, quod Lobeckius Aglaoph. T. II. p. 953 comprobavit, *ψυχοῦσα* legendum esse recte adiiciens. Ego incideram in *θερμοψυχοῦσα*, omisso *καί.*]

3) Ad Graecos cohort. p. 21 ed. Benedictin.

4) L. I. adv. Iulianum p. 30.

5) Cohort. p. 62.

6) Eclog. phys. p. 2.

7) De hac Anaxagorae sententia cf. Valcken. Diatr. 5. p. 40 seq.

8) [Id nunc receptum in editione Heerenii T. I. p. 56.]

9) De plac. philos. I, 9. p. 881.

10) Cohort. p. 58.

11) De civ. dei IV, 11.

12) Idem VII, 6.

ipsum mundum esse deum; quod prorsus Stoicum est. *Apud theologos Iuppiter est mundi anima*, inquit Macrobius [1]). Platonicorum autem trinitas ex his tribus constabat, ex deo, mente et anima, ita ut e summo deo mens (verba Macrobii recito), ex mente anima sit. Solebant quippe dei vocabulo summum numen, mentis mundum intelligibilem, animae spiritum huius universi adspectabilem designare, inquit Iac. Thomasius [2]). Doctrinam de deo pro anima mundi habito per omnem fere orbem terrarum pervagatam esse, merito dixit Bruckerus [3]). Haec apud Aegyptios [4]) invaluerat, qui Iovem vocabant *τὸ διὰ πάντων χωροῦν πνεῦμα*, teste Athenodoro [5]), quorumque systema Bruckerus [6]) dicit accedere si non plane Spinozistico, Stoico tamen non melioris notae. Idem placuisse Chaldaeis, testis est Philo [7]). Indi, prorsus ut Stoici, deum vocabant ignem, in quo insit ratio, sensus et intelligentia, eumque per totum mundum tanquam animam permeare et omnia animare censebant: de quibus Indis vide Megasthenem, qui apud Strabonem [8]) sic habet: *ὁ διοικῶν κόσμον καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ.* Hoc est quoque recentiorum Indorum dogma, apud quos in Bagavadam legitur [9]); „l'ame générale dans l'ame vivante", quod interpres explicat, „ame générale qui est dieu"; et [10]): „cette ame suprème et universelle qui est dieu"; unde cum per omnia diffundatur et aequabiliter fusa sit, deus ibidem [11]) dicitur *Visva*, id est,

---

1) L. I. in Somn. Scip. 17. p. 67 ed. Pontani 1597.

2) Diss. 14, 23 p. 182. de Stoico deo formam mundi informante. Eundem ibidem vide 19. p. 221.

3) T. II. p. 892.

4) Notandum est Plutarchum Vit. Numae p. 62 dixisse, non absurde Aegyptiis visum fuisse, nihil prohibere quominus spiritus dei cum femina mixtus ei semina infundat generationis: *δοκοῦσιν οὐκ ἀπιθάνως Αἰγύπτιοι διαιρεῖν, ὡς γυναικὶ μὲν οὐκ ἀδύνατον πνεῦμα πλησιάσαι θεοῦ, καί τινας ἐντεκεῖν ἀρχὰς γενέσεως.*

5) Therapeut. 3. p. 514. 6) T. I. p. 291.

7) De migrat. Abrahami p. 415.

8) Strabo XV. p. 1040. 9) Pag. 18.

10) Pag. 127. 11) Pag. 18.

„être qui est partout", et alibi [1]): „semblable au feu qui se trouve dans les bois et dans les pierres, dans l'eau et dans l'air, Visnou se trouve dans l'intérieur de toutes choses". De Persis, quibus eadem mundi anima placuit, confer Bruckerum [2]), qui, Senecam [3]) secutus, Stoicam quoque Etruscis tribuit sententiam [4]) de deo anima mundi ac spiritu, mundani huius operis domino et artifice, cui omne fati, naturae, providentiae mundi etc. nomen convenit, qui ipse est totum, quod videtur totus suis partibus indutus. Idem ex Edda comprobat principium illud de deo per totum mundum diffuso, cuius partes sint daemones in toto orbe habitantes, esse theologiae Celticae fundamentum adeoque eundem in modum ac de Stoicis debere intelligi, ut omnia, etiam dii, in deum redeant, cum mundus, quod erat Stoicorum dogma, exustione peribit ac deinde, prout et in Stoa, post incendium renascetur. Hodie litteratis Sinensibus deum videri esse animam mundi, tradit Trigautius [5]). A recentiorum Iudaeorum Cabbalistis anima mundi vocatur *Sandalphon*, ut docuit in Cabbala denudata Knorrius a Rosenroth. Immo et apud Iudaeos veteres creditum fuisse, spiritum s. et animam mundi idem esse, eo factum tempore docet Bruckerus [6]), quo purissimis divinae doctrinae fontibus turbidae gentilium laciniae immixtae sint. Et alibi [7]) recte observat, Philonem [8]) more Platonicorum deum habuisse pro anima mundi omnia continente: cui quidem opinioni fidem ut adstruat, haec affert Philonis verba: *θεὸς ἐγκεκόλπισται τὰ ὅλα, καὶ διὰ τῶν τοῦ παντὸς μερῶν διελήλυθε.* Hunc autem errorem, spiritum s. et mundi ani-

1) Pag. 7. 2) T. I. p. 168.
3) Quaest. natur. II, 45. 4) T. I. p. 340.
5) De Christ. expedit. L. 4. p. 367.
6) T. II. p. 694. 7) T. II. p. 806.
8) Philo L. I legis allegoriarum p. 57 [T. I. p. 172 ed. Pfeiff.] deum vocat *τὴν τῶν ὅλων ψυχήν*; nam, ut addit, *ἡ τῶν ὅλων ψυχὴ θεός ἐστι κατ᾽ ἔννοιαν.* Et de migratione Abrahami p. 389 [T. III. p. 412] eum vocat *τὸν τῶν ὅλων νοῦν*, ut et p. 418 [p. 500]: et *περὶ κόσμου ἀφθαρσίας* p. 953 eum vocat *τοῦ κόσμου ψυχήν*.

mam confundendi, multos quoque veterum Christianorum erravisse, monent Bruckerus [1]) et Mosheim [2]). Sic et Cornutus [3]) Stoicum dogma explicans dicit, quemadmodum nos anima regamur, sic et suam in mundo esse animam qua contineatur, et eam quidem mundi animam vocari Iovem: *ὥσπερ δὲ ἡμεῖς ἀπὸ ψυχῆς διοικούμεθα, οὕτω καὶ ὁ κόσμος ψυχὴν ἔχει τὴν συνέχουσαν αὐτόν· καὶ αὕτη καλεῖται Ζεύς.* Nihil apud Stoicos similitudine frequentius. Ex eorum mente haec habet Diogenes Laertius [4]): *εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς.* Seneca [5]) supra laudatus: *quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est.* Quod et expressit Lipsius [6]) omnino videndus. Sic mundi animam cum anima confert Varro in libris de Diis apud Augustinum [7]), et apud Tertullianum [8]) ignem mundi animam facit, ut perinde in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis [9]).

---

1) T. III. p. 528 et II. p. 672 et 673.

2) Mosheim ad Cudworthi systema intellectuale p. 430 et 558.

3) De N. D. 2. p. 141 ed. Gale.

4) Pag. 197 [VII, 138]. 5) Epist. 65 fin.

6) Physiol. Stoic. L. I. diss. 7. p. 35.

7) De civ. dei 7, 23. 8) Ad nationes II, 2. p. 54.

9) Philo de migratione Abrahami p. 417 [T. III. p. 498]: *Λογίεσθε γάρ, ὅτι ὡς ἐν ὑμῖν ἐστὶ νοῦς, καὶ τῷ παντί ἐστι καὶ ὡς ὁ ὑμέτερος ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν τῶν περὶ ὑμᾶς ἀναψάμενος, ἕκαστον τῶν μερῶν ὑπήκοον ἀπέφηνεν ἑαυτῷ· οὕτω καὶ ὁ τοῦ παντὸς τὴν ἡγεμονίαν περιβεβλημένος, αὐτοκράτορι νόμῳ καὶ δίκῃ τὸν κόσμον ἡνιοχεῖ.* Manilius IV, 888 seq.

Utque est ex omni constructus corpore mundus,
aëris atque ignis summi terraeque marisque;
spiritus et toto rapido quae iussa gubernans:
sic esse et nobis terrenae corpora sortis,
aetheriasque auras animo, qui cuncta gubernat.

Sextus Empiricus ex Stoicorum mente loquens adversus Physicos IX. p. 569: *τὴν τῶν ὅλων ὕλην θεωροῦντες κινουμένην, καὶ ἐν μορφῇ τε καὶ διακοσμήσει τυγχάνουσαν, εὐλόγως ἂν σκεπτοίμεθα τὸ κινοῦν αὐτὴν καὶ πολυειδῶς μορφοῦν αἴτιον. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλο τι πιθανόν ἐστιν εἶναι, ἢ*

Quod autem dixit Cornutus sua mundum anima contineri, *κόσμος ψυχὴν ἔχει τὴν συνέχουσαν αὐτόν*, hoc vocabulum *ΣΥΝΕΧΕΙΝ*, *continere*, et elegans est et in tali re proprium. Laertius [1]): *φύσιν δὲ, ποτὲ μὲν ἀποφαίνοντας* (*οἱ Στωϊκοί*) *τὴν ΣΥΝΕΧΟΥΣΑΝ τὸν κόσμον.* Ad verbum Balbus Stoicus apud Ciceronem [2]): *natura est igitur quae contineat mundum omnem eumque tueatur.* Balbus ibidem contendit, *Deum esse mundum omnemque vim mundi divina natura contineri*, ut Chrysippus dixit apud Plutarchum [3]): *ΣΥΝΕΧΕΣΘΑΙ μιᾷ δυνάμει τὸν κόσμον ἕνα ὄντα καὶ πεπερασμένον* [4]). Idem ibidem Balbus: *haec ita fieri .... non possent, nisi ea .... continerentur.* Idem alibi Balbus [5]): *mundi, qui omnia complexu suo coercet,* et [6]): *omnia sicut membra et partes suas nutricat et continet.* Quam Spinozisticam philosophiam omnium orientalium communem esse scribit Iohannes Tolandus [7]). Sextum caput Libri de mundo inscribitur: *Περὶ τῆς τῶν ὅλων ΣΥΝΕΚΤΙΚΗΣ αἰτίας.* Et ibidem legitur [8]): *πᾶς γὰρ ὁ τοῦ βίου διάκοσμος ὑπὸ ταύτης εὕρηται καὶ διατέτακται καὶ ΣΥΝΕΧΕΤΑΙ*, et infra [9]) dicitur deus *ΣΥΝΕΧΩΝ τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν*, ut apud Gregorium Nazianzenum [10]): *τοῦ μὲν γὰρ εἶναι θεὸν καὶ τὴν πάντων ποιητικήν τε*

δύναμίν τινα δι' αὐτῆς πεφοιτηκυῖαν, καθάπερ ἡμῖν (leg. *ἐν*, seu *ἐφ' ἡμῖν*, seu *δι' ἡμῶν*) *ψυχὴ πεφοίτηκεν.* Ante hos omnes Xenophon Mem. I, 4, 17: *κατάμαθε, ὅτι καὶ ὁ σὸς* (vel *σοὶ* [quod iam Reiskio legendum videbatur]) *νοῦς ἐνὼν τὸ σὸν σῶμα, ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται. οἴεσθαι οὖν χρὴ καὶ τὴν ἐν παντὶ φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι.*

1) Vit. Zenonis p. 199 [VII, 148].

2) De N. D. II, 11.

3) De Stoicor. repugnantiis p. 1035.

4) Contra Philo de migrat. Abrahami p. 416 [T. III. p. 494 ed. Pfeiff.] dixit: *ΣΥΝΕΧΕΣΘΑΙ μὲν τόδε τὸ πᾶν ἀοράτοις* [Pfeifferus mavult *ἀῤῥήκτοις*] *δυνάμεσιν.*

5) De N. D. II, 22. 6) II, 34.

7) Origines Iudaicae p. 118. 8) C. 9. p. 92 ed. Balteux.

9) Pag. 96.

10) Orat. XXXIV. p. 539 [ed. Colon. 1690].

καὶ ΣΥΝΕΚΤΙΚΗΝ αἰτίαν, καὶ ὄψις δάκτυλος καὶ ὁ φυσικὸς νόμος. Habetur apud Clementem in quinto Stromatum libro, a Gatakero [1]) laudatum: *ὁ διήκων .... ΣΥΝΕΧΩΝ τὸν κόσμον*, et infra ibidem: *τὸν αἰθέρα πάντα ΣΥΝΕΧΟΝΤΑ*, ut in Salomonis [2]), *πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην καὶ ΣΥΝΕΧΕΙ πάντα.* Sic legitur apud Lactantium [3]), divinum spiritum esse ubique diffusum eoque omnia *contineri.* S. Iustinus [4]): *ὅπερ ἐστὶ ἐν σώματι ψυχή, τοῦτο εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί .... ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, ΣΥΝΕΧΕΙ δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα· καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δέ ΣΥΝΕΧΟΥΣΙ τὸν κόσμον.* Origenes [5]) interdum Stoicissans eodem sensu ac noster Cornutus: *sicut corpus nostrum unum ex multis membris aptatum est et ab una anima continetur, ita et universum mundum velut animal quoddam immensum atque immane opinandum puto, quod quasi ab una anima virtute Dei ac ratione teneatur*, ubi vides Origenem mundum conferre cum animali, ut Antoninus [6]): *ὡς ἓν ζῶον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν.* Et hoc quidem *συνέχειν* vocabulum esse Platonicum et ab anima mundi desumptum, quae per omnem mundum se diffundit eumque rationibus substantialibus continet, tanquam formale eius vinculum, observat Bruckerus [7]). Plato autem sensu simplex *ἔχειν* usurpavit pro composito *συνέχειν.* Sic enim habet [8]): *τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων φύσιν οὐ πιστεύεις Ἀναξαγόρᾳ νοῦν καὶ ψυχὴν εἶναι τὴν διακοσμοῦσαν καὶ ἔχουσαν*, ubi cave emendes *συνέχουσαν*, cum statim sequatur *φύσιν ὀχεῖν καὶ*

---

1) Ad Antonin. XII, 30. p. 437.

2) Liber Sapientiae Salomonis I, 7.

3) Institut. div. VII, 3. p. 521.

4) Epist. ad Diognetum p. 236.

5) De principiis II. p. 77. T. I. ed. Lutet. 1773. [II, 1, 3. T. III. p. 84 ed. Wirzeburgens.]

6) IV, 40.

7) T. II. p. 694.

8) Cratylo p. 275 [p. 400. A. ed. HST.]

ἔχειν. Apud Nemesium [1]) Plato τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν vocat ΣΥΝΕΧΟΥΣΑΝ καὶ σφίγγουσαν τὸ σωματοειδὲς τοῦ κόσμου· δεῖσθαι γὰρ τὰ σώματα τοῦ ΣΥΝΕΧΟΝΤΟΣ, ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἐδείχθη. Supra enim ibidem dixerat Nemesius [2]): ἐδείχθη γάρ, πᾶν σῶμα δεῖσθαι τοῦ ΣΥΝΕΧΟΝΤΟΣ. Apud Philonem [3]) deus vocatur κόσμου βασιλεὺς ΣΥΝΕΧΩΝ. Apud eundem [4]) mundus dicitur αἰωνίῳ συνεχόμενος καὶ διακρατούμενος δεσμῷ.

Enimvero cum haec anima mundi per omnia diffundatur, hinc eam Cornutus [5]) vocat τὴν διὰ πάντων διοικοῦσαν δύναμιν, ubi lege διήκουσαν, quod erat dogma et vocabulum Stoicis proprium. Plutarchus [6]) dicit Stoicos deum nuncupasse πνεῦμα ΔΙΗΚΟΝ δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον διὰ τὰς ὕλης, δι' ἧς κεχώρηκει, παραλλάξεις, ut optime post Xylandrum ex Eusebio et Pseudo-Galeno emendat Iacobus Thomasius [7]), cuius emendationem firmat Athenagoras [8]), qui alio loco [9]) dicit, Stoicis videri τὸ πνεῦμα θεοῦ ΔΙΗΚΕΙΝ δι' ὅλου τοῦ κόσμου, ut supra [10]) dixerat, hunc dei spiritum διὰ τῆς ὕλης χωρεῖν. Clemens Alexandrinus, qui in Cohortatione [11]) et in primo et quinto [12]) Stromatum libro, a Gatakero [13]) adductus, observat deum secundum Stoicos διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ΔΙΗΚΕΙΝ et πε-

---

1) De natura hominis c. 2. p. 49 [p. 113 ed. Matthaei. Utrumque verbum copulat Theodorus Hyrtacenus in Boissonadii Anecd Graec. T. I. p. 257. 258.]

2) Pag. 29 [p. 70 ed. Matth.].

3) De Abrahamo p. 361 [T. V. p. 264 ed. Pfeiff.].

4) Περὶ κόσμου ἀφθαρσίας p. 947.

5) C. 11. p. 153 Gale. [ubi v. not.]

6) De placitis philos. I, 7. p. 882.

7) Diss. 14 de Stoica mundi exustione No. 193. p. 222.

8) Apolog. pro Christian. p. 56 et 188 ed. Lipsiae 1684.

9) Ibidem p. 58.

10) Ibidem p. 56.

11) Pag. 58.

12) Pag. 346 et 699.

13) Ad Antonin. IV, 40. p. 164 et 165.

φοιτηκέναι, hoc haustum putat e Sapientia Salomonis [1]), ubi prorsus ut apud Athenagoram de Stoicis loquentem *τὸ πνεῦμα ΔΙΗΚΕΙ καὶ χωρεῖ* [2]) *διὰ πάντων*. Laertius [3]) monet Stoicis dei praecipuam partem esse *τὸ μέρος τὸ ΔΙΗΚΟΝ διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις*, ubi omnino vide Menagium [4]) et Kuhnii observationes ad Laertium [5]). Supra legimus apud eundem Laertium, *εἰς ἅπαν κόσμου μέρος ΔΙΗΚΟΝΤΟΣ τοῦ νοῦ* [6]). Stoici, teste Pseudo-Origene [7]), *ὑπέθεντο καὶ αὐτοὶ ἀρχὴν μὲν θεὸν τῶν πάντων, σῶμα ὄντα τὸ καθαρώτατον, διὰ πάντων δὲ διήκειν τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ*, ubi omnino vide quos auctores ibidem indicat Wolfius, Baelium [8]), Buddeum [9]) et Hinckelmannum [10]). Confer Lipsium [11]) et Iac. Thomasium [12]). Sextus Empiricus [13]) de deo [14]): *Στωϊκοὶ πνεῦμα ΔΙΗΚΟΝ καὶ διὰ*

---

1) VII, 24.

2) Prorsus Stoice Aegyptii apud Theodoretum Therapeut. Serm. 3. p. 513 [T. IV. p. 771 ed. Schulz.]: *Αἰγύπτιοι δὲ τὴν Ἶσιν καὶ τὸν Ὄσιριν ἥλιον εἶναι καὶ σελήνην φασί. Δία δὲ τὸ διὰ πάντων χωροῦν πνεῦμα· Ἥφαιστον δὲ τὸ πῦρ· τὴν δὲ ὑγρὰν οὐσίαν Ὠκεανόν. Ταῦτα δὲ καὶ ὁ Μανέθων καὶ ὁ Διόδωρος γράφει.*

3) Vit. Zenonis p. 458 ed. Meibom. [VII, 147].

4) Pag. 319 et 320.

5) Laertius T. II. p. 532 ed. Meibom.

6) Sic Nemesius de anima nostra loquens c. 2. p. 30: *ἡ ψυχὴ δι᾽ ὅλου ΔΙΗΚΟΥΣΑ τοῦ σώματος.* Plutarchus de animae procreatione p. 1026: *καὶ γὰρ ἀνάγκη καὶ ΝΟΥΣ ἐστὶν ἡ ΔΙΗΚΟΥΣΑ διὰ πάντων δύναμις.*

7) Philosophum. p. 143 [T. IV. p. 266 ed. Wirzeburg.]

8) Dictionn. T. III. v. Spinoza.

9) De Spinozismo ante Spinozam §. 18.

10) Detectio fundamenti Boehmiani p. 88 seq.

11) Physiol. Stoic. L. I. diss. 7. p. 33 et diss. 21. p. 124 et 125.

12) De Stoica mundi exustione p. 177 diss. 14 de Stoico deo formam mundi informante.

13) Hypotypos. III, 24. p. 182.

14) V. eundem Sextum Empiricum et adv. physicos IX. p. 580 et 581, ubi vocibus *διὰ πάντων ΔΙΗΚΕΙΝ*, *διαπεφοιτηκέναι* et *ἐληλυθέναι* eodem sensu utitur.

τῶν ʼεἰςδεχθῶν (λέγουσι), quod et Stoicis exprobrant Tatianus [1]), τῷ ΔΙΗΚΕΙΝ verbo utens, et Clemens, a Catakero laudati [2]). Apud Origenem [3]) Celsus dicitur μὴ νοήσας τὰ περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, utpote οἰόμενος ἡμᾶς λέγοντας πνεῦμα εἶναι τὸν θεὸν, μηδὲν ἐν τούτῳ διαφέρειν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι Στωϊκῶν, φασκόντων ὅτι ὁ θεὸς πνεῦμά ἐστι διὰ πάντων διεληλυθὸς, καὶ πάντ᾽ ἐν ἑαυτῷ περιέχον. διήκει μὲν γὰρ ἡ ἐπισκοπὴ καὶ ἡ πρόνοια τοῦ θεοῦ διὰ πάντων, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς τὸ τῶν Στωϊκῶν πνεῦμα. Sic Tatianus supra laudatus: πνεῦμα ὁ θεὸς, οὐ ΔΙΗΚΟΝ διὰ τῆς ὕλης. Cleanthes apud Tertullianum [4]) deum vocat spiritum permeatorem universi, et apud Hermiam [5]) docet τὴν ψυχὴν δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου ΔΙΗΚΕΙΝ. Hinc Manilius [6]), poeta Stoicus:

infusumque deum coelo terrisque fretoque,

et infra [7]):

cum spiritus unus
per cunctas habitet partes atque irriget orbem
omnia pervolitans, corpusque animale figuret.

Hoc Stoici debent Pythagoricis, quorum systema eleganter sic expressit Virgilius:

deum namque ire per omnes
terrasque tractusque maris coelumque profundum,

et:

totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet,

quod imitatus fuisse videtur auctor hymni sacri, quem festo ascensionis die decantamus:

cunctisque vitam dividis
infusa ceu mens artubus.

---

1) Pag. 18 ed. Worth., quem vide et p. 13.

2) Ad Antonin. IV, 40. p. 164 et 165.

3) Contra Celsum VI. p. 686 ed. Benedictin. [T. II. p. 254 ed. Wirzeburg.]

4) Apolog. c. 21. p. 19.

5) Irris. gentil. philos. p. 405 ed. Benedictinor.

6) II, 61. 7) II, 64.

Apud Ciceronem [1]) Pythagoras *censuit deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur*, ut postea Cleanthes Stoicus apud Hermiam supra laudatum dixit τὴν ψυχὴν δι' ὅλου τοῦ κόσμου ΔΙΗΚΕΙΝ, ἧς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς ἐμψυχοῦσθαι [2]). Quae autem de Pythagorae sententia hic affert Cicero, haec more suo ad verbum descripserunt Minucius Felix [3]) et Lactantius [4]), quorum hic alibi [5]) monet, ex eiusdem Pythagorae opinione deum esse mentem incorporalem, quae per omnem rerum naturam diffusa et intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuat, ut Stoicus Seneca [6]) eum vocavit *divinum spiritum per omnia maxima, minima aequali intentione diffusum*, ut ipse Zeno apud Ciceronem [7]) *rationem quandam, per omnium naturam rerum pertinentem* (διήκοντα), *vi divina esse affectam putat*, utque Balbus Stoicus apud eundem Ciceronem [8]) *deum pertinentem per naturam cuiusque rei* memorat. Idem de fato, quod aliud esse a deo infra probabimus, sentiebat Heraclitus, qui porticus fundamenta iecit. Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης λόγον τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς ΔΙΗΚΟΝΤΑ φησίν, inquit Plutarchus [9]). Idem Heraclitus [10]) de deo: διὰ πάσης ἔρχεται τῆς οὐσίας. Ut Heraclitus, sic Antoninus [11]) habet: τὸν διὰ οὐσίας ΔΙΗΚΟΝΤΑ λόγον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν. In Libro de mundo [12]) legitur: διὰ

1) De N. D. I, 11.

2) Sextus Empir. IX adv. physicos p. 580: οἱ μὲν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθος φασὶ μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων. ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ΔΙΗΚΟΝ ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. Egregie Diodorus Siculus de historia sic loquitur I. p. 5: ἡ τῆς ἱστορίας δύναμις ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ΔΙΗΚΟΥΣΑ.

3) Octav. p. 20.

4) Instit. divin. I, 5. p. 18.

5) De ira dei c. 11.

6) Consol. ad Helviam c. 8.

7) De N. D. I, 14.

8) Ibid. II, 28.

9) De plac. philos. I, 28.

10) Epist. ad Amphidamant. p. 147. Poes. phil.

11) V, 32.

12) C. 4 et 5.

πάντων ΔΙΗΚΟΥΣΑ ἔμψυχος καὶ γόνιμος οὐσία, et *διὰ πάντων* et *διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου ΔΙΗΚΟΥΣΑ ΔΥΝΑΜΙΣ*, ut habes apud Cornutum supra laudatum, *τὴν διὰ πάντων ΔΙΗΚΟΥΣΑΝ ΔΥΝΑΜΙΝ* [1]). Unde merito hunc de mundo librum ne Peripatetici quidem, nedum Aristotelis, sed cuiusdam Stoici, puta Posidonii, foetum iudicat Thomasius [2]). Thales apud Stobaeum [3]) existimat *ΔΙΗΚΕΙΝ διὰ τοῦ στοιχειώδους ὑγροῦ ΔΥΝΑΜΙΝ θείαν κινητικὴν αὐτοῦ*. Docet Horus Apollo [4]) Aegyptios per anguem integrum depingere *τοῦ παντὸς κόσμου ΔΙΗΚΟΝ πνεῦμα*. Denique plerisque ethnicis, teste Athenagora [5]), Minerva nihil aliud est quam *φρόνησις διὰ παντὸς διήκουσα*.

Sedulo autem notandum est Tatianum, qui Stoicorum doctrinam de deo in singulis rebus vel sordidis et vilibus insito ac tanquam spiritu se materiae insinuante acriter impugnavit [6]), nihilominus dixisse, spiritum (*πνεῦμα*) unum et eundem, at tamen varie affectum et temperatum, inesse in angelis, in stirpibus, in hominibus animalibusque [7]); quem spiritum, qui in materiam penetrat et per eam permeat, a divino sic distinguit [8]): *πνεῦμα τὸ διὰ τῆς ὕλης ΔΙΗΚΟΝ ἔλαττον ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος*, ubi egregie Scholiastes Regius a Worth. ad Tatianum laudatus [9]): *πνεῦμα τὴν δημιουργικὴν ἕξιν ἀκουστέον νῦν, εἴτουν δύναμιν, ἣν τῇ ὕλῃ ἐγκατασπείρας θεὸς, τὰς διαφόρους ἐν τῷ ὁράτῳ τούτῳ ἀπετέλεσε φύσεις, ζώων χερσαίων, ἐνύδρων, πτηνῶν, ζωοφύτων, φυτῶν.* Quae quidem distinguere debuissent, qui quosdam patres ecclesiasticos levius Spinozismi reos faciunt. Sic Lactantius paulo

1) Sic apud Porphyrium ab Eusebio laudatum Praep. evang. III, 11 habes *τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν ΔΙΗΚΟΝΤΑ διὰ πάντων*.

2) Diss. 14. p. 179. [V. Beitr. z. Gr. u. Röm. Litt. T. I. p. 143.]

3) Eclog. phys. I. p. 2.

4) Hieroglyph. I, 64. p. 69 ed. Hoeschel.

5) Legat. pro Christian. p. 299 ed. Benedictinor.

6) Pag. 13 et 18 ed. Worth.

7) Ibid. p. 50.

8) Ibid. p. 19.

9) Ibidem.

durius et iniustius habetur a Bruckero [1]) dicente eum Seneca vel Antonino digniora quam Lactantio protulisse, cum scripsit [2]), divinam mentem per universas mundi partes intentam discurrere et omnia regere, omnia moderari, ubique praesentem, ubique diffusam. Tatianus autem a spiritu puriori divinoque discernit materialem, *ὑλικόν*, et de mundo agens haec habet [3]): *θελήματι τοῦ δημιουργήσαντος πνεύματος μετείληφεν ὑλικοῦ.* Sic et in nobis duo spirituum genera ponit [4]), *δύο πνευμάτων διαφοράς*, unum spiritum materialem dictum *ψυχήν*, alterum vero praestantiorem et dei imaginem, ubi, inquit doctissimus Abbas de Longerue [5]), *τοῦ ὑλικοῦ* et *τοῦ πνευματικοῦ* dilucide perspicimus distinctionem, quam Tatianus mutuatus est a Gnosticis.

Porro deus pro mundi anima habitus dicitur Iuppiter. Augustinus [6]): *Quid est genius? deus est, inquit* (Varro), *qui praepositus est, ac vim habet omnium rerum gignendarum. Quem alium hanc vim habere credunt quam mundum, cui dictum est* (a Valerio Sorano [7])) *Iupiter omnipotens, progenitor genitrix-*

1) T. III. p. 468. 2) De opificio dei 16.
3) Pag. 47. 4) Pag. 45.
5) Dissertationis p. 11 subiectae Tatiano ed. Worth.
6) De civ. dei VII, 13.
7) [Statim ibi praecedunt haec verba: *Nonne expositio versuum illorum Valerii Sorani sic se habet: Iovem esse mundum et eum omnia semina ex se emittere et in se recipere? Ipse est igitur penes quem sationum omnium dominatus est.* Versus ipsos, quos respexit, his verbis Augustinus ante cap. 11 attulerat: *ipsam Iunonem nihil aliud esse quam Iovem, secundum Valerii Sorani versus, ubi dictum est:*

Iuppiter omnipotens regum rerumque deumque
progenitor genitrixque deum.

Idem paulo ante c. 9 eosdem versus e Varronis libro depromptos ita laudat:

Iuppiter omnipotens regum rex ipse deusque
progenitor genitrixque deum, deus unus et omnis.

Sed multo integriores hos versus nobis servavit nomine Serrani auctoris Mythographus in Maii Class. auctor. T. III. p. 161 editus, qui de Iove loquens: *Plerumque*, inquit, *et unus idemque, non solum diversis nominibus, sed et diverso ac vario sexu dicitur, iuxta illos versus Valerii Serrani:*

que? Et cum alio loco genium dicit esse uniuscuiusque animum rationalem, et ideo esse singulos singulorum: talem aut mundi animum deum esse, ad hoc idem utrique revocat, ut tanquam universalis genius ipse mundi animus esse credatur. Hic est igitur quem appellant Iovem. Nam si omnis genius deus, et omnis viri animus genius, sequitur ut sit omnis viri animus deus: quod si et ipsos abhorrere absurditas ipsa compellet, restat ut eum singulariter et excellenter dicant deum genium, quem dicunt mundi animum, ac per hoc Iovem. Hactenus Augustinus, qui quen-

---

Iuppiter omnipotens, rerum regumque repertor,
progenitor genitrixque deum, deus unus et idem.

Unde est et illa Iovis oratio:

Caelicolae mea membra dei, quos nostra potestas
officiis diversa facit.

Maius, loci illius apud Augustinum procul dubio memor, legendum iam suaserat *Sorani* pro *Serrani*. Sed de hoc poeta deque horum versuum lectione alio loco dicam. Ceterum quaeri potest, an non Augustinus pariter atque Mythographus ille *deus unus et idem* scripserit; illic enim mox subiiciuntur: *qua causa, inquit* (Varro), *scripsit Soranus, Iuppiter progenitor genitrixque: nec minus cum causa u n u m e t i d e m omnia esse: mundus enim unus* etc. Porro ab his non aliena sunt quae tradit Servius ad Aen. IV, 638: *Et sciendum, Stoicos dicere unum esse deum, cuius nomina variantur pro actibus et officiis. Unde etiam duplicis sexus numina esse dicuntur, ut cum in actu sunt, mares sint, foeminae, cum patiendi habent naturam. Unde est: C o n i u g i s i n g r e m i u m l a e t a e* (Mythographus ille laudatus, qui hunc Servii locum expilavit, male *late*, in aliis quoque verbis e Servio corrigendus) *descendit. Ab actibus autem vocantur: ut Iupiter i u v a n s p a t e r. Mercurius, quod m e r c i b u s praeest. Liber a l i b e r t a t e*, et mox *Hinc est Iovis oratio,*

Caelicolae, mea membra, dei, quos nostra potestas
officiis divisa facit.

Similia Mythographus II ibid. p. 83. Proprie enim Stoicorum dii per se neque mares neque foeminae, unius omnes dei notione comprehensi. V. Phaedr. de N. D. p. 17. 22. 35 ed. Peters. *Θεὸς εἷς* dicitur Iamblicho Myst. 8, 1. In gemma, Christiana quidem, ut videtur, ap. Toelken Geschn. Steine p. 456 EIC ⊞E□C, *εἷς θεός*. In alia in Bull. dell' inst. 1839. p. 105 Serapidis figurae additum ƆIΠAAϘƎƆ· ƆVƎZƆI·, h. e. *εἷς Ζεὺς Σέραπις*, vocali *ι* pro *ει* scripta.]

dam hic respicit Varronis locum, quem ipse alio protulit loco [1]), et in quo doctissimus ille Romanorum contendit, tertium gradum animae mundi, id est, hominum, dici *deum*, in nobis autem tertium et summum animae nostrae gradum genium vocari. Quod autem dicit, ab hoc, ut omnis viri animus sit deus, abhorrere Stoicos ob absurditatem, hoc falsum esse, tum probabimus, cum demonstrabimus, Stoicis animum hominis videri deum, nec hoc cum totius Stoici systematis serie coniunctum connexumque ullo modo absurdum esse. Iam Augustinus dixerat, Iovem esse corporei huius mundi animum, qui universam istam molem ex quatuor elementis constructam atque comparatam implet et movet. Sic supra e Macrobio et Porphyrio, Cornuto et Stobaeo probavimus, animum mundi vocari Iovem, id est, supremum porticus numen. Hoc confirmant Seneca [2]), Antoninus [3]) aliique innumeri, et praesertim Laertius [4]), qui dicit Stoicis *ἕν τε εἶναι θεὸν καὶ νοῦν καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία*.

Verum non proprie quidem ipsa mundi anima erat deus, sed potius eiusdem animae mundi pars praecipua et melior, seu tertius gradus, ut vocat Varro supra laudatus; quae pars praestantior Antonino [5]) dicitur *τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικὸν*, et [6]) *ἡγεμονικὸν τοῦ ὅλου*, et [7]) *κοινὸν ἡγεμονικόν*.

Balbus Stoicus apud Ciceronem [8]) in unaquaque natura, in homine, in belua, in arboribus radicibusque, quiddam inesse *praestantius*, quod principatum vocat, et graece *ἡγεμονικὸν* dici contendit, et ideo in mundo suo quoque inesse *principatum* longe omnium optimum, sic declarat: *omnem naturam necesse est, quae non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio iuncta atque connexa, habere aliquem in se*

---

1) De civ. Dei VII, 23.
2) Quaest. nat. II, 45 et De benef. IV, 7.
3) V, 8. XI, 8.
4) Pag. 196.
5) VII, 75.
6) IX, 22.
7) VI, 36.
8) De N. D. II, 11.

principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus [1]. *In arborum autem, et earum rerum, quae gignuntur e terra, radicibus inesse principatus putatur: principatum autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικὸν vocant* [2], *quo nihil in quoque genere nec potest, nec debet esse praestantius. Itaque necesse est illud etiam, in quo sit totius naturae principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. Videmus autem in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo, quod non pars universi sit) in-*

---

1) Confer Senecam de ira I, 3, ubi dicit, regium illud et principale animalium parum subtile, parum exactum esse; ea humanis affectibus carere, habere autem similes illis quosdam impulsus. Cic. Tusc. I, 9: *aliis pars quaedam cerebri visa esse animi principatum tenere.* Idem cap. 10: *Plato triplicem finxit animum, cuius principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce posuit.*

2) Seneca Epist. 58: *Sunt quaedam, quae animam habent, nec sunt animalia. Placet enim satis et arbustis animam inesse: itaque et videre illa et mori dicemus.* Idem ibidem paulo infra: *Animalia quemadmodum divido? Ut dicam, quaedam animum habent, quaedam tantum animam; aut sic: quaedam impetum habent, incedunt, transeunt, quaedam solo affixa, radicibus aluntur et crescunt.* Plato in Timaeo p. 1078 [HST. p. 77] de arboribus: *διὸ δὴ ζῇ μὲν, ἔστι τε οὐχ ἕτερον ζώου, μόνιμον δὲ καὶ κατεῤῥιζωμένον πέπηγε διὰ τὸ τῆς ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κινήσεως ἐστερῆσθαι.* Supra dixit ibidem: *πᾶν γὰρ οὖν, ὅ τί περ ἂν μετάσχῃ τοῦ ζῆν, ζῶον μὲν ἂν ἐν δίκῃ λέγοιτο ὀρθότατα.* Et in Epinomide p. 1008 [HST. p. 981] *γήϊνα ζῶα,* animalia terrestria, vocat *πάντας μὲν ἀνθρώπους, πάντα δὲ ὅσα πολύποδα καὶ ἄποδα, καὶ ὅσα πορεύσιμα καὶ ὅσα μόνιμα, διειλημμένα ῥίζαις.* Sic Tatianus ad Graecos 10 p. 2. ed. Benedict. et 50. ed. Worth. dicit, unum eundemque spiritum inesse in angelis, in hominibus et in stirpibus, sed hunc vario modo pro variis affectum esse partibus. Hunc Platonis locum respexit Cicero. De principatu autem animalium sic loquitur Seneca Ep. 121: *quaerebamus, an esset omnibus animalibus constitutionis hic sensus? . . . . Constitutio est, inquit, ut vos dicitis, principale animi quodam modo se habens erga corpus. Hoc tam perplexum et subtile, et vobis quoque vix enarrabile, quomodo intelligit infans? . . . . infans, quid sit constitutio, non novit; constitutionem suam novit, et quid sit animal nescit, animal esse se sentit. Praeterea ipsam constitutionem suam crasse intelligit, et summatim, et obscure.* etc.

esse sensum et rationem: in ea igitur parte, in qua mundi inest principatus, haec inesse necesse est, et acriora quidem atque maiora. Quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamque eam, quae res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere eoque deum esse mundum, omnemque vim mundi natura divina contineri. Hactenus Cicero, cuius verba quamvis longiuscula, ideo protulimus, quod, quid sit unius cuiusque rei ac praesertim mundi et totius naturae *principatus*, seu *ἡγεμονικὸν*, nemo clarius et accuratius palam fecerit: *τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου* non solum esse sensus et rationis compos, ut hunc principatum *λογικὸν* vocat Cornutus [1]), sed etiam pro animae mundi parte diviniore et magis animante habendum esse. De mundo animante compoteque rationis et sapientiae quid dixerit Zeno, vide apud Ciceronem [2]). Eodem prorsus modo ac Balbus Stoicus sententiam sic exponit Sextus Empiricus [3]): *Καὶ μὲν ἐν παντὶ πολυμερεῖ σώματι καὶ κατὰ φύσιν διοικουμένῳ ἐστί τι τὸ κυριεῦον, καθὸ καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν μὲν, ἢ ἐν καρδίᾳ τοῦτο τυγχάνειν ἀξιοῦται, ἢ ἐν ἐγκεφάλῳ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος. Ἐπὶ δὲ τῶν φυτῶν, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὧν μὲν κατὰ τὰς ῥίζας, ἐφ᾽ ὧν δὲ κατὰ τὸν ἐγκάρδιον· ὥστε ἐπεὶ καὶ ὁ κόσμος ὑπὸ φύσεως διοικεῖσθαι πολυμερὴς καθεστὼς, εἴη ἄν τι ἐν αὐτῷ τὸ κυριεῦον, καὶ τὸ προκαταρχόμενον τῶν κινήσεων· οὐδὲν δὲ δυνατὸν εἶναι τοιοῦτον ἢ τὴν τῶν ὄντων φύσιν, ἥτις θεός ἐστιν,* ubi notandum *τὸ κυριεῦον* idem esse apud Stoicos et praesertim apud Epictetum, quod *τὸ ἡγεμονικόν.* Utrumque sic coniunxit Marcus Antoninus [4]): *τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς σοῦ μέρος.* Et Laertius [5]), in vita Zenonis, de Stoicis dicit: *ἡγεμονικὸν εἶναι κυριώτατον τῆς ψυχῆς.* Sic apud Lucianum [6]), ubi habes *τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω,* Hem-

---

1) Cap. 27. p. 203 ed. Gale. 2) De N. D. II, 18.
3) IX adversus physicos p. 578 sq.
4) V, 26. 5) VII, 159 p. 467 ed. Meibom.
6) In Somnio 10. T. I. p. 14.

sterhusius, qui emendat *ὅπερ σοῦ κυριώτατόν ἐστιν* [1]), hanc dicit esse Platonicam loquendi formulam: huius enim scholae philosophos Pythagoram secutos docuisse, *τὸ κυριώτατον καὶ ἡγεμονικώτατον ἀνθρώπου μέρος εἶναι τὴν ψυχήν*. Huius autem animi *τὸ ἡγεμονικὸν περὶ τὴν καρδίαν* statuisse Stoicos, dicit Auctor vitae Homeri p. 347 ed. Gale.

Enimvero ut multa alia, sic et suum non solum animae, sed etiam mundi *ἡγεμονικὸν* Stoici debebant Platoni, apud quem Socrates eo loquitur modo, ut eum ante oculos habuisse et ad verbum fere expressisse videantur Balbus apud Ciceronem et Sextus Empiricus supra laudati. Sic enim legitur in Platone [2]): *τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα ἆρ' οὐ ψυχὴν φήσομεν ἔχειν; . . . . πόθεν, ὦ φίλε Πρώταρχε, λαβὸν, εἴπερ μὴ τό γε τοῦ παντὸς σῶμα ἔμψυχον ὂν ἐτύγχανε, ταὐτά γε ἔχον τούτῳ, καὶ ἔτι καλλίονα . . . . οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε, ὦ Πρώταρχε, τὰ τέτταρα ἐκεῖνα . . . πᾶσαν καὶ παντοίαν σοφίαν ἐπικαλεῖσθαι, τῶν δὲ αὐτῶν τούτων ὄντων ἐν ὅλῳ τε οὐρανῷ, καὶ κατὰ μεγάλα μέρη, καὶ προσέτι καλῶν καὶ εἰλικρινῶν, ἐν τούτοις δ' οὐκ ἄρα μεμηχανῆσθαι τὴν τῶν καλλίστων καὶ τιμιωτάτων φύσιν . . . .* (vide Ciceronem, qui et hoc expressit [3])) *οὐκοῦν . . . . καί τις ἐπ' αὐτοῖς αἰτία οὐ φαυλὴ, κοσμοῦσά τε καὶ συντάττουσα ἐνιαυτούς τε ὥρας καὶ μῆνας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατ' ἄν . . . . σοφία μὲν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην . . . . οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίνεσθαι, διὰ τὴν τῆς αἰτίας*

---

1) Forte legendum *ἐν σοι*, ut habetur apud Auctorem libri, qui inscribitur *τὰ Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς* p. 7: *τὸ ἐν θεῷ ἡγεμονικώτατον*. Sic supra vidimus apud Sextum Empiricum *ἐν παντὶ πολυμερεῖ σώματι τὸ κυριεῦον*, et infra ibidem *ἐν αὐτῷ τὸ κυριεῦον*. Puto Lucianum ante oculos habuisse huncce Platonis locum in Alcibiade primo p. 92 ed. Oxoniens. 1771. *οὐ γάρ που κυριώτερον οὐδὲν ἂν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν, ἢ τὴν ψυχήν*.

2) Philebo p. 382.

3) De N. D. II, 6.

δύναμιν. Quae omnia Platoni sublegerunt Stoici. Notanda autem sunt, quae de Stoicis aliisque philosophis Platonem exscribentibus affert Clemens Alex. [1]): *πολλοί τε τῶν ἀπὸ Πλάτωνος συγγραφὰς πεποίηνται, καθ' ἃς ἀποδεικνύουσι, τούς τε Στωϊκοὺς, ὡς ἐν ἀρχῇ εἰρήκαμεν, τόν τε Ἀριστοτέλην τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα τῶν δογμάτων παρὰ Πλάτωνος εἰληφέναι.* Sic et Antiochus apud Sextum Empiricum [2]) *ἐπεδείκνυε, ὅτι παρὰ Πλάτωνι κεῖται τὰ τῶν Στωϊκῶν δόγματα.*

Hoc *ἡγεμονικὸν* Plato ipse acceperat a Pythagoricis, qui de eo sic loquuntur apud Auctorem libri, nimis ignoti, qui inscribitur *τὰ Θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς* [3]), ubi agitur de monade, supremo horumce philosophorum numine: *λέγουσιν οὖν ταύτην οὐ μόνον θεὸν, ἀλλὰ καὶ νοῦν, καὶ ἀρσενοθύλην* (lege *ἀῤῥενόθηλυν* [sic Astius] quemadmodum alibi [4]) in eodem libro recte scribitur)· *νοῦν μὲν ὅτι τὸ ἐν θεῷ ἡγεμονικώτατον καὶ ἐν κοσμοποιΐᾳ καὶ ἐν πάσῃ ἁπλῶς τέχνῃ τε καὶ λόγῳ, εἰ καὶ μὴ ἐπιφαίνοιτο καθ' ἕκαστον ὅλης δι' ἐνεργείας, νοῦς ἐστί, ταυτότης τις ὢν καὶ ἀμετάτρεπτος δι' ἐπιστήμης, ὡς αὐτὴ πάντα περιειληφυῖα ἐν ἑαυτῇ καθ' ἐπίνοιαν.* Onatas Pythagoricus apud Stobaeum [5]): *ὁ θεός ἐστιν νόος καὶ ψυχῆς* (lege *ψυχὴ*) *καὶ τὸ ἁγεμονικὸν τῷ συμπάντως κόσμῳ*, in quo quidem fragmento dorico lege sine iota subscripto, *τῶ σύμπαντος κόσμω*, qui est genitivus. Porro cum, ut ait Plutarchus [6]), Stoici *τὸν ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι* [7]) collocassent, ille mundi principatus, seu *τὸ ἡγεμονικὸν*, haud aliud erat ab aethere. Cornutus diserte duobus locis [8]) affirmat aethera esse principatum mundi, *τὸ*

---

1) Stromat. VI. p. 752 [p. 629 ed. Sylb.]

2) Pyrrh. Hypotyp. I, 33. p. 62.

3) Pag. 7 [p. 5 ed. Ast.] 4) Pag. 34.

5) Eclog. phys. cap. 3. p. 4. 6) De plac. philos. I, 7.

7) Stobaeus Eclog. phys. c. 3. p. 5 eundem locum describens habet *ἀνωτάτω πάντων, νοῦν ἐναιθέριον εἶναι θεός*. E Plutarcho emenda ΈΝ ΑΙΘΕΡΙ . . . . . ΘΕΟΝ.

8) Cap. 27. p. 203 et cap. 20. p. 184.

ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου. Laertius [1]) auctor est Stoicis videri *τὸν ὅλον κόσμον ζῷον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὸν, ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, καθά φησιν Ἀντίπατρος ὁ Τύριος ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ κόσμου,* ubi vide Menagium. Idem lego et apud Arnobium [2]), Augustinum [3]) et Macrobium [4]).

Inde numen supremum, qui erat animae mundi principatus, seu tertius gradus a Stoicis audiebat *aether.* Zeno apud Ciceronem [5]) aethera deum dicit, et infra ibidem. Cleanthes ultimum et altissimum, atque circumfusum et extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui aether dicitur, certissimum deum iudicat, ut supra c. 13. Aristoteles, teste Velleio c. 15, coeli ardorem dicit deum esse. Et ibidem [6]) Chrysippus disputat, aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent. Et apud eundem Balbus [7]): *Iupiter est coelestis, altissima aethereaque natura, id est, ignea, quae per se omnia gignat.* De quo vide clarissimi et omni laude maioris Valckenarii sextum caput Diatribes in Euripidis perditorum dramatum reliquias. Immerito autem Laertius [8]) in hoc ab Antipatro Tyrio Posidonium et a se ipso Chrysippum dissidentes facit, quod cum uterque coelo, non autem aetheri principatum mundi tribuisset, deinde alio loco idem Chrysippus purissimam aetheris partem pro totius naturae principatu et pro summo deo habeat: *Χρύσιππος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ προνοίας, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ θεῶν τὸν οὐρανόν φασι τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου. Ὁ μέντοι Χρύσιππος διαφορώτερον πάλιν τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος ἐν ταὐτῷ. Ὃ καὶ πρῶτον θεὸν λέγουσιν* etc. quod quidem Chrysippus nactus est a Platone, qui apud Stobaeum [9]) *τὸν κόσμον ἔφησε ζῷον, ἔμψυχον, ἔννουν τε, ὅτι τε ἀφ' ἑαυτοῦ τρέφεται, τὸ δὲ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου ἐν οὐρανῷ.* At vero nullo modo dici

1) Pag. 197. [VII, 139.]
2) Adv. gentes III p. 118.
3) De civ. Dei VII, 16.
4) Saturnal. I c. 17 et III c. 4.
5) De N. D. I, 14.
6) Ibidem I, 15.
7) Ibidem II, 24.
8) Pag. 197. [VII, 139.]
9) Eclog. phys. p. 47.

potest, in hoc dissentire a semetipso Chrysippum. Cum enim principale naturae regimen, τὸ ἡγεμονικὸν, primum in coelo, cuius pars aether, collocasset, deinde distinctius et accuratius loquens partem coeli, in qua sedem haberet ille principatus, id est aethera assignavit. Sic et Cornutus, qui primo [1]) praecipuam et praestantissimam animae mundi partem, τὸ κυριώτατον μέρος τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς, in coelo posuerat, deinde accuratius loquens [2]) mundi principatum aetheris terminis circumscripsit.

Haud absimiliter coelum et aether promiscue a Latinis usurpantur. Balbus Stoicus apud Ciceronem [3]): *reliqua astra, quae oriantur in ardore* [4]) *coelesti, qui aether vel coelum nominatur*, et alibi [5]): *coeli complexus, qui idem aether vocatur.* Proprie autem, ut infra ostendemus, coelum est dei caput, et aether illius mens, in coelo tanquam in capite collocata. A priscis autem Romanis *aether* non erat vocabulum tritum pro Latino, sed postea receptum fuit. Idem Balbus Stoicus apud eundem Tullium [6]): *mundum rursus amplectitur immensus aether, qui constat ex altissimis ignibus; mutuemur hoc quoque vocabulum, dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuvius:*

Hoc, quod memoro, nostri coelum,
Graii perhibent aethera [7]).

Immo et apud ipsosmet Graecos ὁ οὐρανὸς et ὁ αἰθὴρ pro-

---

1) C. 2. p. 142.

2) C. 20. p. 184 et c. 27. p. 203.

3) De N. D. II, 15.

4) Allusit ad etymologiam Stoicam, qua ὁ αἰθὴρ deducitur ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ut monent Cornutus c. 1. p. 140 et Eusebius Praep. ev. III, 10. p. 105. Sic I, 14 de nat. deor. Cleanthes apud Ciceronem aethera vocat *omnia cingentem atque complexum ardorem;* coelum autem Parmenidi, Heraclito, Straboni et Zenoni igneum videtur, teste Stobaeo Eclog. phys. p. 53. Cornutus c. I. p. 140: ἡ δ' οὐσία αὐτοῦ πυρώδης ἐστίν.

5) De N. D. II, 40.

6) Ibid. II, 36.

7) [In Edd. hic Pacuvii locus vario modo nunc constituitur: sed de hac re exponere, non est huius loci. V. interim Pacuvii Fragm. ed. Bothii p. 112.]

miscue usurpantur. Plato [1]) sic loquitur: *ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶ τὰ ἄστρα* [2]). *ὃν δὴ αἰθέρα ὀνομάζειν τοὺς πολλοὺς τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν.* Auctor libri de mundo, quem Posidonio aut cuilibet alii Stoico potius quam Aristoteli adscribam, sic habet [3]): *οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μίαν αἰθέρα καλοῦμεν.* Clar. Valckenarius [4]) observat, Euripidi *Δία, Διὸς αἰθέρα* et *οὐρανὸν* usurpari promiscue, et hoc ab illo tragico mutuatum esse Lucretium poetam philosophum. Macrobius [5]): *mundus vocatur coelum, quod appellant Iovem.* Itaque cum coelum et aether unum idemque sint apud veteres, hinc sequitur Chrysippum caeterosque Stoicos, sive in coelo, sive in aethere mundi principatum repositum esse dicant, semper tamen omnem divinitatem tribuere aetheri, in quo eis cum multis aliis convenit philosophis. Sic Plutarchus apud Eusebium [6]) *εἰσάγεται Ζεὺς (εἰς) τὴν αἰθέριον δύναμιν ἀλληγορούμενος.* Et alibi apud eundem [7]) *ὁ Ζεὺς, τουτέστιν, ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις.* Et Varro apud Augustinum [8]) aethera constituit animam mundi. Lactantius [9]): *Cleanthes et Anaximenes aethera dicunt esse summum deum; cui opinioni poeta* [10]) *noster assensit:*

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
coniugis in gremium laetae descendit, et omnes

---

1) Phaedone p. 291. ed. Forster.

2) Apud Hesychium *οὐρανὸς* est *ὁ κατηστρισμένος τόπος.* Stoicis vero, teste Laertio VII, [138]. p. 452 ed. Meibomii, *οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ ἵδρυται τὸ θεῖον;* quam quidem loquendi formam Laertius mutuatus est ab Aristotele, qui libro I de coelo 9 sic habet: *ἕνα μὲν οὖν τρόπον οὐρανὸν λέγομεν τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς περιφορᾶς* (an *περιφερείας*, ut habet Laertius?) *ἢ σῶμα φυσικὸν τὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός· εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ καὶ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαί φαμεν.*

3) C. 2. p. 602. Tom. I. Oper. Aristot.

4) Diatrib. c. 6. p. 49.

5) Saturnal. I, 18. p. 237.

6) Praep. ev. III prooem. p. 83.

7) III, 2. p. 86.

8) De civ. Dei VII, 23.

9) Inst. Div. I, 5 p. 18.

10) Virg. Georg. II, 325.

magnus alit, magno commixtus corpore, foetus,

quae omnia prorsus Stoica sunt. Euripides apud Stobaeum [1]):

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν,

quem locum sic latine transtulit Cicero [2]), postquam observavit augures dicere *Iove fulgente, tonante,* pro *coelo fulgente, tonante,* ut apud Horatium *sub Iove frigido,*

Vides sublime fusum, immoderatum aethera,
qui tenero terram circumiectu amplectitur:
hunc summum habeto divum; hunc perhibeto Iovem.

De quo vide Valckenarium [3]) docentem Euripidi, poetae philosopho, aethera esse patrem hominumque deumque, atque adeo eum ipsum, qui vulgo Iupiter dicebatur.

Praeclare, ut omnia, egregius ille et maiorum, si quis unquam fuit, gentium criticus, in eadem illa aurea Diatribe [4]): „ex perdita sunt, inquit, Euripidis tragoedia, nec Grotio, neque aliis, quantum recordor, animadversa, quae praebet Cornutus [5]): κορυφὴ δὲ θεῶν, κατ' Εὐριπίδην, ὁ περὶ χθόνα ἔχων φαεινὸς αἰθήρ; ex chorico carmine procul dubio petita sunt:

κορυφὴ δὲ θεῶν, ὁ περὶ χθόν', ἔχων
φαεννὸς αἰθήρ,

id est, ὁ περιέχων χθόνα αἰθήρ." Apud Ciceronem [6]) Balbus Stoicus: *Restat ultimus, et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coercens coeli complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi* etc. Idem [7]) de aëre loquens: *quem complexa summa pars coeli, quae aether dicitur, et suum retinet ardorem tenuem et nulla admixtione concretum et cum aëris extremitate coniungitur.* Sic et Critolao deus est νοῦς ἀπ' αἰθέρος ἀπαθοῦς, teste Stobaeo [8]).

Similem sententiam Orpheo tribuit Eusebius [9]), quem

1) Eclog. phys. c. 3. p. 3.
2) De N. D. II 25.
3) Diatrib. c. 6. p. 47 sqq.
4) Pag. 48.
5) De N. D. p. 184 ed. Gale.
6) De N. D. II, 40.
7) Ibid. II, 45.
8) Eclog. phys. c. 1. p. 2.
9) Praepar. evang. III, 9. p. 102.

sic audi loquentem: *ἐπιφέρει* (*'Ορφεὺς*) *τὸν νοῦν τοῦ Διὸς* (animum Iovis vocat Tertullianus [1])) *λέγων εἶναι τὸν αἰθέρα, καὶ οὐδὲν ἄλλο κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς* (forte *ἢ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς*) *τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν οὐσίαν, τὸ ἡγεμονικὸν φάσκοντας εἶναι τοῦ κόσμου· καὶ τὸν θεὸν εἶναι σῶμα, καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν οὐδέτερον* (an *οὐδὲν ἕτερον*) *τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως· κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ οἶμαι καὶ ἐν τοῖς ἔπεσεν εἰρῆσθαι,*

Νοῦς δ' ἀψευδὴς [2]), *βασιλήϊος, ἄφθιτος ΑΙΘΗΡ,*
ᾧ δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται.

Idem alibi [3]): *ὁ δὲ* (*'Ορφεὺς*) *κεφαλὴν τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν τούτῳ φήσας, καὶ νοῦν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, μέλη τε αὐτοῦ καὶ σώματα λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, οὔτε δημιουργὸν, οὔτε θεὸν ἁλίσκεται εἰδώς. οὐ γὰρ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν δημιουργοίη, οὐδ' ἂν ἔτι νοῦς λέγεσθαι δύναιτο, οὗ νοῦς ἦν ὁ αἰθήρ· ποῖος γὰρ καὶ εἴη ὁ θεὸς, οὗ μέρη, γῆ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ὄρη, ὄγκοι σωμάτων ἄλογοι; πῶς δὲ καὶ εὔλογον θεὸν ἀναγορεύειν, τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγενῆ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, ἀλόγου καὶ φθαρτῆς ὕλης ἐκγόνων; εἰ δὲ καὶ ὁ νοῦς τοῦ Διὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦ δηλωθέντος αἰθέρος ἦν, αἰθὴρ δὲ ἀὴρ ἐστι ὁ ὑψηλότατος καὶ πυρώδης, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ὅπερ ἐστι καίεσθαι* (vide Cornutum [4]) qui eandem affert etymologiam), *ταύτην, ὥς φασιν, εἰληχὼς τὴν ἐπωνυμίαν* etc. Quod vero dicit Orpheus coelum esse caput dei, *κεφαλὴν τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν*, in hoc eum secutus est Cornutus, qui sic habet [5]) de Minerva: *γενέσθαι δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς λέγεται . . . . τάχα δὲ ἐπεὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸ μὲν ἀνώτερον μέρος τοῦ σώματος ἡ κεφαλή*

---

1) In apologet. c. 21.

2) [Sed legendum *Νοῦς δέ οἱ ἀψευδὴς* et mox *κλύει* pro *κυκλοῖ*, ut ex Procli auctoritate hi versus afferuntur in Hermanni Orphicis p. 458. Contra apud Lobeckium Aglaopham. p. 912 prior versus scribitur: *οὖς δέ οἱ ἀψευδὲς βασιλήιος ἄφθιτος αἰθήρ.* Qua de discrepantia exponere nunc haud vacat.]

3) Praepar. evang. III, 10. p. 105.

4) Cap. 1. pag. 140. 5) Pag. 184.

ἐστι, τοῦ δὲ κόσμου ὁ αἰθήρ· ὅπου τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἡ τῆς φρονήσεως αἰτία, ubi eandem prorsus agnoscis comparationem.

Nullus dubito, quin ab Orphicis sua de aethere acceperint Stoici, quamvis non Stoicos omnes aetheri, sed quosdam ex iis, ut Cleanthem, soli hunc honorem detulisse observandum sit. Hoc sic diserte docet Cicero [1]): *Zenoni et reliquis fere Stoicis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur; Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari et rerum potiri putat. Itaque cogimur dissensione sapientium* [2]) *dominum nostrum ignorare, quippe qui nesciamus, soli, an aetheri serviamus.* Auctor fragmenti, quod Censorini esse dicitur, a Menagio [3]) laudatus: *cuius* (mundi) *principalem* (lege *principale*) *solem quidam putant, ut Cleanthes, ut Chrysippus, aethera.*

Itaque cum e Cicerone ipso, ex incerto huiusce fragmenti Auctore, et, ut infra probabimus, e Didymo apud Eusebium, aliisque innumeris constet, Cleanthi solem pro mundi principatu et summo deo habitum fuisse, falsus fuit Velleius Epicureus, cum apud Ciceronem [4]) dixit, a Cleanthe ultimum et altissimum atque undique circumfusum, et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui aether nominatur, certissimum deum iudicari. Scilicet Velleio utpote Epicureo, sua solum legenti, sua amanti, minus notum erat, quid a caeteris diceretur philosophis, quod ei exprobrat Stoicus Balbus apud eundem Ciceronem [5]): quem

1) Lucullo 41.

2) Eadem Indorum dissensio apud Auctorem libri manuscripti, qui inscribitur, *Relation des erreurs de Malabare*, quem sic audi loquentem: „dans un endroit de leur doctrine, qu'ils appellent science infaillible, ils disent, que dieu est une substance spirituelle, et quelques lignes après, ils assurent, que l'air est un dieu et qu'il n'y en a point d'autres, et ils disent en d'autres endroits, qu'il n'y a que le soleil, qui soit dieu."

3) Ad Laert. p. 184. [Locus exstat in Censorini ed. Lindenbrochiana cap. I. p. 210.]

4) De N. D. I, 14.

5) Ibid. II, 29.

quidem Velleii errorem imprudens secutus est Lactantius [1]), qui personam Velleii ab ipso Cicerone non satis distinguens, Cleanthis aethera summum esse deum affirmavit. Multo doctius ac verius apud Eusebium [2]) Didymus: *Ἡγεμονικὸν δὲ καὶ τοῦ κόσμου Κλεάνθει μὲν ἤρεσε τὸν Ἥλιον εἶναι, διὰ τὸ μέγιστον τῶν ἄστρων ὑπάρχειν, καὶ πλεῖστα συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν, ἡμέραν καὶ ἐνιαυτὸν ποιοῦντα, καὶ τὰς ἄλλας ὥρας. Τισὶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἔδοξε, γῆν τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Χρυσίππῳ δὲ τὸν Αἰθέρα τὸν καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον, ἅτε πάντων εὐκινητότατον ὄντα, καὶ τὴν ὅλην περιάγοντα τοῦ κόσμου φοράν*, ubi observa Didymum auctorem esse, terram a quibusdam Stoicis pro mundi principatu haberi, quam peculiarem sententiam Stobaeus [3]) tribuit celeberrimo illi Stoico Archedemo Tarsensi, cuius opus *περὶ στοιχείων* laudat Laertius [4]) quemque Antipatro, Chrysippo et Posidonio adiungunt Arrianus [5]) et Seneca [6]) cuiusque meminit Plutarchus [7]), et de quo vide Lipsium [8]).

Cleanthis autem mundi *ἡγεμονικὸν* soli tribuentis opinionem secutos fuisse Iulium Firmicum [9]) et Plinium [10]), quorum ille solem, mentem mundi atque temperiem, ducem omnium principemque, hic mundi totius animam, et planius mentem et principale naturae regimen ac numen vocat, vide demonstratum apud Lipsium [11]). Macrobius [12]): *physici Διόνυσον, Διὸς νοῦν, quia solem mundi mentem esse dixerunt;* et ibidem [13]): *mundi mentem solem esse opinantur auctores,* alibi [14]): *Sol mundi mens est.* In quo expressit Ci-

---

1) Instit. div. I, 5. p. 18. 2) Praep. ev. XV, 15. p. 818.
3) Eclog. phys. p. 49. 4) Pag. 196 [VII, 40].
5) II, 17. p. 210. c. 19. p. 218. III, 2. p. 277 et c. 21. p. 333.
6) Epist. 121. 7) Adv. Stoic. p. 1081.
8) Manuduct. adv. Stoicos, philos. I diss. 12 p. 72. 73. [Clem. Alex. Strom. II p. 416 ed. Sylburg.]
9) Lib. I mathes. 10) H. N. II, 6.
11) Phil. Stoic. II diss. 13. p. 199.
12) Saturn. I, 18. p. 237. 13) Ibid. p. 238.
14) Ibid. I, 19. p. 241.

ceronem, apud quem, in Somnio Scipionis, ut supra apud Plinium, sol audit dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio.

Cuius quidem Stoicorum dissensionis non satis meminisse videtur Bruckerus [1]) cum ait in hoc falli Lipsium, quod scripserit [2]), Stoice dixisse Plinium, cum solem non temporum modo terrarumque, sed siderum ipsorum, coelique rectorem et mundi totius animam, ac planius mentem et principale naturae regimen (id est *ἡγεμονικὸν*) ac numen vocavit. Idem ibidem Bruckerus immerito contendit, Stoicos germanos solem non primam rerum omnium causam, quae omnia fecit, sed principem inter deos factos constituisse: „nam, inquit, supremus deus in extremitate mundi coelive est, quem locum soli Stoici non assignabant." Sed non observavit Bruckerus, Cleanthem germanum sane et maiorum gentium Stoicum, cum, quae erat propria ipsius sententia, *soli*, non autem aetheri, principatum tribueret, solem habuisse pro prima rerum omnium causa, quae Zenoni, Chrysippo aliisque Stoicis aether erat.

At vero sive in aethere, sive in sole, tanquam in arce dominetur supremus ille deus, nihilominus tamen igne constant sol et aether; unde Stoicorum deus dicitur *πῦρ*, ignis. Cornutus [3]): *τὸ διαυγὲς καὶ καθαρὸν πῦρ, Ζεύς ἐστι.* Plutarchus [4]): *οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον δι' ὅλης τῆς ὕλης, δι' ἧς κεχωρήκει παραλλάξεις. θεὸν δὲ, καὶ τὸν κόσμον . . . . ἐν αἰθέρι.* Quae quidem absoluta Cornuti libelli et totius Stoicorum systematis epitome ad verbum legitur in Athenagora [5]), praeterquam quod in hoc habetur: *ἐπὶ γενέσεις κόσμου ἐμπεριειληφὸς ἅπαντας* etc.

---

1) Hist. crit. phil. I. p. 942. 2) Phil. Stoic. II. diss. 13. p. 199.
3) Cap. 19. p. 181 ed. Gale. 4) Plac. philos. I, 7. p. 881.
5) Pag. 56 ed. Rechenberg.

pro *ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος*. At vero cum perpetuas mundorum aliorum ex aliis renascentium vices et aeternam eorum seriem continuationemque connectant Stoici, ut infra declarabimus, hinc Plutarchus ex Athenagora emendandus est, et legendum *γενέσεις* pro *γενέσει*. Stobaeus quoque, qui eadem adducit [1]), habet *νοερὸν θεὸν ἀποφαίνονται* pro *κοινότερον*, et *ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφὸς* etc. Sed in Stobaeo pro *νοερὸν* unice legendum cum Plutarcho *κοινότερον*. Sic Antoninus [2]): *Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἂν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε, φησὶ* etc. Idem Plutarchus [3]): *εἰ δὲ κοινότερον ἐθέλοι τις ταῦτα μεταλαβὼν ὑπογράψαι*. Idem Plutarchus [4]): *ὁρίζονται δὲ τὴν τοῦ θείου οὐσίαν οἱ Στωϊκοὶ οὕτω, πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μὲν μορφὴν, μεταβάλλων δ' εἰς ἃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσιν*: quod quidem Stobaeus [5]) Stoico tribuit Posidonio. Sic apud Eusebium [6]) supra laudatum: *ὁ Ζεὺς, τουτέστιν, ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις*, ut Scholiastes Hesiodi [7]): *ὁ Ζεὺς, τουτέστι τὸ ζωογόνον πῦρ τὸν ἄνω τόπον εἴληχεν*, de quo dogmate vide Lipsii Physiologiam Stoicam [8]). Et Varro apud Tertullianum [9]) ignem mundi animum facit, ut perinde in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis.

Et hoc quidem, ut alia plurima, debent Stoici Heraclito, qui apud Pseudo-Origenem [10]) ita prorsus deum vocat *πῦρ νοερόν*, ut Posidonius et Stoici omnes apud Stobaeum et Plutarchum, supra laudatos; ad quem Origenis locum vide clar. Wolfium et quos ibidem allegat auctores vir *πολυμαθέστατος*, cuius haec editio vel hoc nomine maxime commendatur, quod in ea plurimi indicentur libri, et plurimae laudentur disputationes ad historiam philoso-

1) Eclog. phys. c. 4. p. 5.
2) II, 10.
3) De fato p. 568.
4) Plac. philos. I, 6. p. 879.
5) Ecl. phys. c. 1. p. 2.
6) Praep. evang. III, 2. p. 86.
7) Theog. p. 273. 274.
8) I. diss. 6. p. 27. 32.
9) Ad nat. II, 2. p. 54.
10) Philosophum. p. 54.

phicam pertinentes, quae in Gallia rarissimae, immo incognitae sunt. Vide et clar. Bruckerum [1]).

Clemens [2]): τὸ πῦρ θεὸν ὑπειλήφετον Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος. Idem legitur et in Aristotele [3]). Tertullianus [4]): *ubi aliquid de igneo deo allegatur, Heraclitus intervenit.* Apud Ciceronem [5]) Cotta Stoicos sic alloquitur: *omnia vestri solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, secuti.* Hinc Hippocrates [6]), in multis Heraclitum secutus: τὸ θερμότατον καὶ ἰσχυρότατον πῦρ ὅπερ πάντων ἐπικρατέεται, διέπον ἅπαντα κατὰ φύσιν· ἄψοφον καὶ ὄψει καὶ ψαύσει, ἐν τούτῳ ψυχὴ, νοὸς, φρόνησις, αὔξησις, κίνησις, μείωσις, διάλλαξις, ὕπνος, ἐγρήγορσις. τοῦτο πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ, καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα, οὐδέκοτε ἀτρεμίζον. Et alibi [7]): δοκέει δέ μοι, ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν· καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ubi vides Hippocratem, prorsus ut Stoicum Balbum apud Ciceronem [8]), putavisse naturam caloris vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem, et calidum illud atque igneum, ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis, et causa gignendi, a quo et animantia omnia et ea, quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse et augescere. Sic Democritus apud Plutarchum [9]) dixit, deum esse νοῦν ἐμπυροειδῆ, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. Empedocles, teste Pseudo-Origene [10]), putavit τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ τὸν θεὸν, καὶ συνεστάναι ἐκ πυρὸς τὰ πάντα, καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι· ᾧ σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι, ἐκπύρωσιν προςδοκῶντες. Pythagoras quoque, Orphicos secutus, deum

---

1) Hist. crit. philos. I. p. 1213.
2) Protrept. p. 55 ed. Potter. et p. 56. et de Hippaso Strom. I. p. 347.
3) Metaph. I, 3. T. II. p. 843. 4) De Praes. c. 7. p. 232.
5) De N. D. III, 14.
6) De diaeta I. c. 11, 39. p. 189. T. I. [Sect. IV. p. 11 ed. Foes.]
7) De carnibus init. p. 112. T. I. [Sect. III. p. 29 ed. Foes.]
8) De N. D. III, 9 et 10. 9) De plac. philos. I, 7. p. 881.
10) Philosophum. p. 9. [T. IV. p. 232 ed. Wirzeburg.]

docuit esse ignem, id est, aethera et animam mundi, prorsus ut Stoici, qui multa et illi et Heraclito sublegerunt. Immo et Plato, si tamen fides hic habenda est Iustino [1]), deum *ἐν πυρώδει οὐσίᾳ* esse dixit; de quo vide quae adnotat postremus Parisiensis Iustini editor [Prudentius Maranus], et confer eundem Iustinum [2]), qui haec profert e tertio Regum libro [3]): *ἐν τῷ πυρὶ κύριος*. Vide eiusdem Patris Epistolam ad Diognetum [4]). Sic et in oraculis, quae Zoroastro vulgo tribuuntur, passim deus audit *πῦρ* et *ὕπατον πῦρ*. Et ibidem versu 25 deus intellectualem in se ignem proprium comprehendens, ita cuncta perfecisse dicitur, ut cuncta ab uno igne progenita sint; unde merito Bruckerus [5]) concludit, ex veteri Zoroastris, adeoque Persarum theologia, deum esse ignem longe purissimum intellectualem, cuius potissimum symbolum et imago sit ignis solis, et hancce infinitam lucem, tanquam universalem mundi animam cuncta regere et animare. Et hoc quidem veteris philosophiae dogma respexit auctor libri sapientiae, cum dixit [6]): *ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, ἢ κύκλον ἄστρων, ἢ βίαιον ὕδωρ, ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ, πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν*. Illa autem mundi anima ignea, seu potius illius principatus, id est, causa, deus faciens, et materia patiens, id est, mundus, dei corpus, res tam diversae, quam sunt artifex et opus; cum tamen *naturae* nomine comprehendebantur a Stoicis, ut supra e Lactantio [7]) declaravimus: unde natura et deus apud Stoicos pro uno eodemque habenda sunt. Seneca [8]) loquens de Iove, supremo deo, quem vocat custodem rectoremque universi, animum ac spiritum, mundani huius operis dominum et artificem, cui dicit omne convenire nomen, sic exclamat: *Vis illum naturam vocare? non peccabis; est enim, ex quo nata sunt om-*

---

1) Coh. ad gent. p. 10.
2) Ibid. p. 30.
3) Regum III, 19, 11.
4) Pag. 237.
5) I. p. 180—181.
6) Cap. 13, 2.
7) Instit. div. VII, 3.
8) Quaest. nat. II, 45.

nia, cuius spiritu vivimus; et alibi [1]): *Natura,* inquit, *haec mihi praestat. Non intelligis te, cum hoc dicis, mutare nomen deo? quid enim aliud est natura, quam deus et divina ratio, toti mundo et partibus eius inserta? quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare, et Iovem illum optimum ac maximum rite dices* etc. Et [2]): *Ergo nihil agis, ingratissime mortalium, qui te negas deo debere, sed naturae; quia nec natura sine deo est, nec deus sine natura, sed idem est utrumque, nec distat officio. Si quid a Seneca accepisses, Annaeo te diceres debere, vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen; quoniam sive praenomen eius, sive nomen dixisses, sive cognomen, idem tamen ille esset. Sic hanc naturam vocas, fateor* etc. Haud absimiliter Plinius [3]) interdum stoicissans: *per quae declaratur haud dubie naturae potentia, idque esse, quod deum vocamus.* Sic Stoicus apud Ciceronem [4]) natura, id est, deo mundum administrari dixit. Sextus Empiricus [5]), e Stoicorum mente disputans: *φύσις ἡ αὐτή ἐστιν θεῷ,* et ibidem habet: *τὴν τῶν ὄντων φύσιν, ἥτις θεός ἐστιν,* et infra ibidem: *τὴν διοικοῦσαν τὸν κόσμον φύσιν, ἥτις οὐ διενήνοχε θεοῦ.*

Hinc deus passim ab Epicteto [6]) et Antonino [7]) vocatur *ἡ τοῦ ὅλου,* et *ἡ τῶν ὅλων φύσις,* et *ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα φύσις* [8]), ut Chrysippo dicitur apud Plutarchum [9]) *ἡ τῶν ὅλων φύσις, καθ᾽ ἣν πάντα διοικεῖται.* Ab eodem Antonino [10]) appellatur *ἡ πάντα διδοῦσα καὶ ἀπολαμβάνουσα φύσις,* et *ἡ κοινὴ φύσις* [11]); uti apud Plutarchum [12]) de Stoicis loquentem legitur: *ὅτι δ᾽ ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ*

---

1) De benefic. IV, 7. 2) Ibid. IV, 8.
3) H. N. II, 7. 4) De N. D. II, 33. 34.
5) Adv. philos. IX. p. 578.
6) Arrianus I, 20. p. 112 ed. Upton.
7) II, 9. II, 11. IV, 36. V, 8. V, 10. VI, 9. VI, 58. VII, 75. VIII, 5. VIII, 6. VIII, 26. VIII, 50. IX, 1. IX, 25. X, 11. X, 20. XI, 15. XII, 23. XII, 26.
8) VII, 25. 9) De Stoic. repugn. p. 1050.
10) X, 14. 11) II, 9. VIII, 7. VIII, 46. XII, 32.
12) De Stoic. repugn. p. 1050.

κοινὸς τῆς φύσεως λόγος εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε. *Ἐντεῦθεν*, inquit Clemens Alexandrinus [1]), *καὶ Στωϊκοὶ τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν τέλος εἶναι ἐδογμάτισαν, τὸν θεὸν εἰς φύσιν μετονομάσαντες εὐπρεπῶς.* Cornutus [2]) passim diserte dicit, Iovem nihil aliud esse, quam *τὴν τὸν κόσμον διοικοῦσαν φύσιν.*

Ab eo autem, qui deum et naturam unum idemque esse apud Stoicos meminerit, et varia nomina ab illis numini tributa probe tenuerit, vel ea, quae primo adspectu inter se pugnantia videbantur, facile conciliari poterunt. Sic exempli gratia apud Cornutum [3]) anima mundi *συνέχει τὸν κόσμον*; at vero, apud Laertium [4]) non anima mundi, sed natura continet mundum, *συνέχει τὸν κόσμον*, ut ad verbum Balbus Stoicus apud Ciceronem [5]): *natura est igitur, quae continet mundum omnem.* Salva hic res est, cum supra naturam ac deum unum idemque esse, nec distare, e Seneca comprobaverimus, ac Iovem, proindeque supremum deum, non alium esse ab anima mundi, ex eodem ibidem Cornuto agnoscamus. Idem Laertius [6]) de Stoicis: *φύσιν δὲ ποτὲ μὲν ἀποφαίνονται τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ τὴν φύουσαν τὰ ἐπὶ γῆς.* Neque hic secum discordant Stoici; semper enim eundem agnoscis deum, naturam scilicet naturantem Spinozae dictum, qui, ut ait Balbus apud Ciceronem [7]), *omnium rerum seminator et altor et parens, ut ita dicam, atque educator, et altor sit, omniaque, sicut membra et partes suas nutricetur et contineat*; ubi vides Balbum, prorsus ut Laertium, utramque vim coniungere, scilicet *τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον* et *τὴν φύουσαν τὰ ἐπὶ γῆς.* Sic Plutarchus [8]) et Athenagoras [9]) deum esse declarant *πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν*, dum contra

---

1) Strom. II. p. 482. [p. 404 ed. Sylb.]
2) Cap. 6. p. 147. et cap. 7. p. 148. 149. et cap. 9. p. 150.
3) Cap. 2. p. 141.
4) Pag. 199.
5) De N. D. II, 11.
6) Pag. 199.
7) De N. D. II, 34.
8) Plac. philos. I, 7. p. 881.
9) Pag. 56 ed. Rechenberg.

hanc eandem definitionem non deo, sed naturae accommodant Laertius [1]), et Zeno cum Laertio ad verbum consonans apud Ciceronem [2]), ubi naturam dicit esse *ignem artificiosum progredientem via.* Sed hoc ad idem revolvitur, cum deus nihil aliud sit quam natura et hinc dictus fuerit *ἡ τοῦ ὅλου φύσις*, seu potius *ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος.*

Enimvero non natura ipsa erat deus, sed divina ratio, quam naturae totique mundo et partibus eius insertam inditamque dicit Seneca [3]), quamque Plutarchus [4]) supra laudatus vocat *λόγον θεοῦ*, et *Διὸς λόγον* et *τὸν κοινὸν τῆς φύσεως λόγον*; et Antoninus [5]) *τὸν τῆς κοινῆς φύσεως λόγον*; et Laertius [6]), *τὸν ἐν ὕλῃ λόγον τὸν θεόν.* Tantum igitur discriminis interesse existimandum est inter *τὴν κοινὴν φύσιν*, et *τὸν κοινὸν τῆς φύσεως λόγον*, quantum inter *τὸ ποιοῦν* et *τὸ πάσχον*, inter mundum, dei corpus, et mundi seu dei animum eiusque principatum, inter *ὕλην* et *νοῦν*, postremo inter naturam naturatam et naturam naturantem Spinozae [7]). Seneca [8]): *quaerimus, quid sit causa? Ratio faciens, id est, deus.* Et [9]): *Causa autem, id est, ratio materiam format, et quocunque vult, versat: ex illa varia opera producit.* Ex quo intelligitur, hunc *λόγον*, hanc *rationem* esse deum facientem, ut infra idem ibidem habet Seneca,

---

1) Pag. 201.
2) De N. D. II, 22.
3) De benefic. IV, 7 et Epist. 90.
4) De Stoic. repugn. p. 1050.
5) IV, 29.
6) Pag. 196.

7) Quid per *naturam naturantem* et *naturam naturatam* intelligat Spinoza, id definivit in Scholio Propositionis 29 Ethices parte I. p. 27 Op. posthumorum [ed. Paulus. T. II. p. 61], ubi dicit: „per *naturam naturantem* nobis intelligendum est id, quod in se est et per se concipitur, sive talia substantiae attributa, quae aeternam et infinitam essentiam exprimunt, hoc est, Deus, quatenus, ut causa libera, consideratur. Per *naturatam* autem intelligo id omne, quod ex necessitate Dei naturae, sive uniuscuiusque Dei attributorum sequitur, hoc est, omnes Dei attributorum modos, quatenus considerantur, ut res, quae in Deo sunt et quae sine Deo nec esse, nec concipi possunt."

8) Epist. 65.
9) Seneca ibidem.

qui hunc facientem deum, τὸ ποιοῦν, materiae, patienti deo, τῷ πάσχοντι, opponit.

Igitur deus creator proprie a Stoicis aliisque philosophis nuncupatur λόγος, ut *verbum* a Christianis latine loquentibus [1]). Lactantius [2]): *melius Graeci* λόγον *dicunt, quam nos verbum, sive sermonem;* λόγος *enim et sermonem significat, et rationem, quia ille est et vox et sapientia Dei. Hunc sermonem divinum ne philosophi quidem ignoraverunt. Si quidem Zeno rerum naturae dispositorem atque opificem universitatis* λόγον *praedicat, quem et fatum, et necessitatem rerum et deum, et animum Iovis nuncupat; ea scilicet consuetudine, qua solent Iovem pro deo accipere. Sed nihil obstant verba, cum sententia congruat veritati. Est enim spiritus dei, quem ille animum Iovis nominavit;* et, ut alibi monet idem Lactantius [3]), cuius verba huc usque usurpavi, *sive natura, sive aether, sive ratio, sive mens, sive fatalis necessitas, sive divina lex, sive quid aliud dixeris: idem est, quod a nobis dicitur deus. Nec obstat appellationum diversitas, cum ipsa significatione ad unum omnia revolvantur* [4]). Tertullianus [5]) sic gentiles alloquitur: *apud vestros quoque sapientes* λόγον, *id est, sermonem atque rationem constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit; eundem et fatum vocari, et deum, et animum Iovis, et necessitatem omnium rerum etc. Haec Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem universitatis affirmat.* Hinc Zenonem secutus et Cleanthem Cornutus, de Pane agens [6]), deum creatorem, θεὸν δημιουργὸν, vocat προεστῶτα κόσμου λόγον, ut recte observat Olearius [7]). Et hunc quidem θεὸν δημιουργὸν Ae-

---

1) [Hoc sensu intelligendum, quod in lapide antiquo memini me legisse: ET VERBVM CARO FACTVM EST.]

2) Instit. div. IV, 9. p. 291.   3) Ibid. I, 5. p. 18 et 19.

4) Supra idem ibidem Lactantius observaverat, naturalem vim divina ratione praeditam interdum divinam necessitatem et deum a Chrysippo nuncupari.

5) In Apolog. c. 21. p. 19.   6) Cap. 27. p. 205.

7) In dissert. posteriore de rerum γενέσει ex mente Heracliti p. 854. Hist. philos. Stanleii, Lipsiae 1711.

gyptiis pariter *λόγον αἰώνιον* dici, affirmatur a Porphyrio apud Eusebium [1]). Sic et Philo [2]) habet *τὸν θεῖον λόγον τὰ πάντα διακοσμήσαντα.* De huiusce autem Philonis *λόγῳ*, qui mundum creasse et ab hoc Iudaeo dicitur, vide, quid sentiendum sit, apud Bruckerum [3]), qui *λόγον* Platonicorum et Alexandrinorum, id est, primam et proximam emanationem a deo in se habentem ideas et emanationes omnes, et quo mediante et essentiam largiente mundus constitit, recte confert cum *Adam Kadmon*, creatore mundi Cabbalistarum, ex *Or haënsoph* prodeunte, et cum *δυνάμει τοῦ θεοῦ* Simonis magi. Idem recte perpendit, an, quod Christophoro Sandio et Iohanni Clerico visum fuerat, a Philone et ita a Platonicis suam de *ΛΟΓΩΙ* divino doctrinam acceperit Iohannes in Evangelii sui initio. Certe Amelius, philosophus Platonicus, apud Eusebium [4]), et apud Theodoretum [5]), qui de hocce *ΛΟΓΩΙ* omnino videndus est, Heracliti *ΛΟΓΟΝ*, per quem omnia facta sunt, eundem esse putat, qui fuit Platoni et Iohanni Evangelistae. Unde paulo inconsideratius ipse S. Augustinus [6]) apud Platonicos *re ipsa, non iisdem quidem verbis*, quidquid Iohannes ipse Evangelii sui exordio de *verbi* gloria doceat, reperisse se, et immo ab iis ad religionem Christianam adductum fuisse se profitetur. Hinc quoque Iustinus [7]) in has voces paulo audacius erupit: *τὸν Χριστὸν τὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα, οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς;* ubi vides Iustinum pro Christianis habere Socratem et Heraclitum, non quod sine Christo et fide ei habenda ullos esse posse Christianos opinatus fuerit, sed quod

---

1) Praepar. evang. III, 11. p. 115. Colon. 1688.
2) De mundi opificio p. 4. et De migrat. Abrahami p. 389.
3) T. II. p. 808 sqq. et p. 1002. 4) Praepar. evang. II, 19.
5) Therap. II. p. 500 sq. 6) Confess. VII, 9.
7) Apolog. I. p. 71 ed. Benedict. et p. 330 ed. Colon. 1686.

hisce duumviris hoc verbum innotuisse et in vita adfuisse existimaverit.

Veteres Indorum Brachmanes in hoc, ut in aliis multis, cum Stoicis aliisque graecis philosophis consentiebant, quod deum et ignem et verbum, *ΛΟΓΟΝ*, esse crederent. Hoc sic docet Pseudo-Origenes [1]): *αὐτοὶ τὸν θεὸν φῶς εἶναι λέγουσιν, οὐχ ὁποῖόν τις ὁρᾷ, οὐδ' οἷον ἥλιος καὶ πῦρ, ἀλλὰ ἐστὶν αὐτοῖς ὁ θεὸς λόγος, οὐχ ὁ ἔναρθρος, ἀλλὰ ὁ τῆς γνώσεως, δι' οὗ τὰ κρύπτα τῆς γνώσεως μυστήρια ὁρᾶται σοφοῖς.* De quo vide eruditissimam ad hunc Pseudo-Origenis locum Wolfii [2]) notam, ac Bruckerum [3]) et postremo summum Valckenarium [4]). Idem Pseudo-Origenes [5]) de iisdem Brachmanibus: *ΛΟΓΟΝ θεὸν ὀνομάζουσι* [6]). Et, ut ait ex eorum sententia Anonymus de

---

1) Philosophum. p. 159 [T. IV. p. 270 ed. Wirzeburg.]

2) Pseudo-Origen. Philosophum. p. 159 et 160.

3) T. I. p. 205 et 206. 4) Diatrib. c. 5. p. 39 et 40.

5) Philosophum. p. 160. [p. 272 ed. Wirzeburg.]

6) Quod vero addit Pseudo-Origenes in Philosophum. p. 160. gloriari Brachmanas, sibi solis nosse datum hoc lumen, quod vocant *verbum deum*, *τοῦτο τὸ φῶς, ὅ φασι λόγον τὸν θεὸν, αὐτοὺς μόνους εἰδέναι Βραχμᾶνες* [vulgo *Βραχμᾶνας*] *λέγουσι*, hoc forte unum ex iis est, quae apud Crozium Histoire du Christianisme des Indes p. 456. innuit quidam Indus in epistola data ad filium, quem a Missionario Dano Tranguebari degente ad Christianam fidem conversum docens, eum scribit nondum in intima religionis Indicae adyta penetrasse, neque arcana cognoscere mysteria Indorum, qui quomodo ille rudis sibi fingebat, plures non adorarent deos, sed in hac sancta idolorum turba unam divinam perspicerent naturam, prorsus ut unus e praestantissimis Malabari Brachmanibus clam Xaverio id litteris consignanti L. I. Ep. 5. confessus est, infimum et magis reconditum scholae suae mysterium in eo positum esse, quod unum deum coeli terraeque creatorem, eumque unice colendum crederent; quod quidem dogma et sibi et vulgo probari et inter omnes constare, postea Berniero Voyage T. II. p. 158. affirmaverunt doctissimi et principes eorum Brachmanum, qui in eruditissima Benares schola docebant; quae quidem omnia cum iis mire consonant, quae leguntur in Ezour Vedam celeberrimo Indorum religionis libro, ut et cum iis, quae tradit Origenes adversus Celsum. I. p. 11, omnes scilicet eoas gentes, Per-

Brachmanibus a Bissaeo cum Palladio [1]) editus: *verbum* deus est, hoc mundum creavit, hoc regit et alit omnia.

Suam autem de *ΛΟΓΩΙ*, deo ac mundi creatore, doctrinam ex Heraclito, qui porticus fundamenta longe antea iecerat, mutuati sunt Stoici. Sic enim habes apud Plutarchum [2]): *Ἡράκλειτος οὐσίαν εἱμαρμένης ΛΟΓΟΝ τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα* (*λέγει*), et apud Stobaeum [3]) Heraclitus *εἱμαρμένην* dicit esse *ΛΟΓΟΝ* ..... *ἐκ τῆς ἐναντιοδρομίας δημιουργὸν τῶν ὄντων.* Haec autem Heracliti verba, fatum vocantis *ΛΟΓΟΝ* et *ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΝ τῶν ὄντων*, confirmant sententiam Tertulliani et Lactantii supra laudatorum, qui *ΛΟΓΟΝ*, id est, sermonem atque rationem, quem apud Ethnicorum sapientes universitatis artificem videri constat, unum idemque esse dicunt ac fatum, fatalemque necessitatem rerum, et deum. Et hunc quidem *ΛΟΓΟΝ* ideo *δημιουργὸν τῶν ὄντων*, rerum opificem appellari monet Olearius [4]), quod, teste Clemente Alexandrino [5]), motus, per quos ex igne aër et sic deinceps reliqua elementa nascuntur, ex Heracliti ac proinde Stoicorum mente a dirigente omnia verbo sive deo, *ὑπὸ τοῦ ΔΙΟΙΚΟΥΝΤΟΣ ΛΟΓΟΥ καὶ θεοῦ*, procedere dicuntur. Hinc Marcus Antoninus [6]), qui deum simpliciter vocat *τὸν τὰ ὅλα διοικοῦντα*, eum quoque nuncupat [7]) *τὸν ΔΙΟΙΚΟΥΝΤΑ λόγον* et [8]) *τὸν διὰ τῆς οὐσίας ΔΙΗΚΟΝΤΑ ΛΟΓΟΝ*. Iste autem *ΛΟΓΟΣ διὰ τῆς οὐσίας ΔΙΗΚΩΝ*, apud Heraclitum et Marcum An-

---

sas, Syros et Indos arcana sua et mysteria religiosarum fabularum specie involvere, sed haec facile sapientes in unaquaque gente evolvere et perspicere, quid sub illo delitescat cortice, cui soli vulgus rude et crassum inhaeret.

1) Pag. 94. [Londini 1668.] 2) Plac. philos. I, 28. p. 885.

3) Eclog. phys. c. I. p. 2.

4) In dissertatione posteriore, de rerum *γενέσει* ex mente Heracliti p. 860. Histor. philos. Stanleii.

5) Strom. V. p. 712 ed. Potter. p. 599 ed. Colon.

6) VI, 42. 7) IV, 46.

8) V, 32.

toninum haud alius est ab illa ratione, quam per omnium naturam rerum *pertinentem* (*ΔΙΗΚΟΥΣΑΝ*) *ut divinam* [recte nunc vulg. *vi divina*] *esse affectam* in suis putabat libris Zeno, teste Cicerone [1]). Sic et Cleanthes apud eundem ibidem Ciceronem, nihil *ratione* censet esse divinius, et Chrysippus [2]) vim divinam in *ratione* esse positam, et principatum dei in mente et *ratione* versari contendit. Eandem Sinensibus sententiam tribuit Claudius Visdelou [3]).

Porro apud Stoicos dei, qui, ut supra declaravimus, idem est ac *ΛΟΓΟΣ*, vis ad *rationem* pertinens dicitur Hercules. Cornutus [4]): *Ἡρακλῆς δέ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ὅλοις ΛΟΓΟΣ* (sic Antoninus habet *τὸν τοῦ ὅλου ΛΟΓΟΝ*) *καθ' ὃν ἡ φύσις ἰσχυρὰ καὶ κραταία ἐστιν, ἀνίκητος καὶ ἀπεριγέννητος οὖσα. μεταδοτικὸς ἰσχύος, καὶ τῆς κατὰ μέρος ἀλκῆς ὑπάρχων*, ubi pro *ἀπεριγέννητος* lege *ἀπεριγένητος* cum Codice Regio 3052.

At vero communius dicebatur Mercurius. Seneca [5]): *Hunc* (Iovem) *nostri putant Mercurium: quia ratio penes illum est, numerusque et ordo et scientia.* Sic Iustinus [6]) dicit Ethnicis *Ἑρμῆν* esse *ΛΟΓΟΝ τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον*. Hinc Theodoretus [7]) et alii bene multi Mercurium vocant *λόγιον*. Clemens Alexandrinus [8]): *οἱ τῶν παρ' Ἕλλησι λογιώτατοι τῷ Ἑρμῇ, ὃν δὴ λόγον εἶναί φασι διὰ τὴν ἑρμηνείαν, καθιεροῦσι τῆς ῥοιᾶς τὸν καρπόν· πολυκευθὴς γὰρ ὁ ΛΟΓΟΣ.* Cornutus [9]) *τυγχάνει δὲ Ἑρμῆς ὁ ΛΟΓΟΣ.* Idem Cornutus [10]) dicit hunc Mercurium, sive *ΛΟΓΟΝ*, *communem* esse diis et

---

1) De N. D. I, 14. 2) Ibid. I, 15.

3) Pag. 412. Notice de l' Y-King subiectae versioni gallicae Chouking.

4) Cap. 31. p. 221. 5) De benef. IV, 8.

6) Apolog. I. p. 56 [B. Io. Diaconus ad Hesiodi Theog. 943 hunc refert versum Orphicum: *Ἑρμῆς δ' ἑρμηνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐστι.*]

7) Serm. VII. p. 183.

8) Strom. VI. p. 806. [p. 679 ed. Sylb.]

9) Cap. 16. p. 164. 10) Cap. 16. p. 168.

hominibus, *κοινὸν ἐν ἀνθρώποις πᾶσι καὶ πᾶσι τοῖς θεοῖς.* Similiter Seneca [1]): *ratio diis hominibusque communis: haec in illis consummata est, in nobis consummabilis.* Epictetus apud Arrianum [2]): *ὁ ΛΟΓΟΣ καὶ ἡ γνώμη κοινὸν πρὸς θεούς.* Balbus Stoicus apud Ciceronem [3]): *Sequitur, ut eadem sit in iis, quae in genere humano, ratio, eademque veritas utrobique sit.* Idem alibi Cicero [4]): *quoniam nihil est ratione melius, eaque et in homine, et in deo, prima homini cum deo rationis societas inter quos autem ratio, inter eos etiam recta ratio communis est.* Et [5]): *ratio . . . . . certe est communis . . . . . . interpresque mentis est oratio,* ut supra laudatus Iustinus dixit Ethnicis *Ἑρμῆν* esse *ΛΟΓΟΝ τὸν ἑρμηνευτικόν.* Antoninus [6]) habet: *τὸν κοινὸν τοῖς θεοῖς καὶ ἀνθρώποις ΛΟΓΟΝ,* et *τὸν τῆς κοινῆς φύσεως λόγον,* et *μίαν τῶν λογικῶν ψυχήν,* et [7]) *ΛΟΓΟΝ ΚΟΙΝΟΝ πάντων τῶν νοερῶν ζώων.* Idem [8]) egregie: *οὐ δεινὸν εἰ ὁ ἀρχιτέκτων καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσονται τὸν τῆς ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός ἐστι πρὸς τοὺς θεούς;* Vide eundem Antoninum alibi passim [9]). Cleanthes in suo celeberrimo hymno praedicat,

. . . . . κοινὸν λόγον, ὃς διὰ πάντων
φοιτᾷ μιγνύμενος,

quem eandem ob causam *τὸν ἐν τοῖς ὅλοις λόγοις* Cornutus supra laudatus vocavit. Rationem quandam per omnium naturam rerum pertinentem (*διήκοντα*) vi divina esse affectam putat Zeno apud Ciceronem [10]). Ibidem Cleanthes nihil ratione censet esse divinius.

Suum *κοινὸν λόγον* debent Stoici Heraclito, qui apud Sextum [11]) habet: *ΚΟΙΝΟΝ ΛΟΓΟΝ, καὶ οὐ κατὰ ΜΕΤΟΧΗΝ γινόμεθα νοεροί, κριτήριον ἀληθείας,* et supra ibidem dixit: *τὸν θεῖον ΛΟΓΟΝ δ' ἀναπνοῆς σπά-*

1) Epistol. 93.
2) III, 3. p. 20. ed. Upton.
3) De N. D. II, 31.
4) De legib. I, 7.
5) De legib. I, 11.
6) VII, 53.
7) VII, 9.
8) VI, 35.
9) IV, 4. V, 30. VII, 53. IX, 8. XII, 30.
10) De N. D. I, 14.
11) VII adv. Mathem. p. 398.

σαντες, νοεροὶ γινόμεθα [1]). Confer autem illud Heracliti *οὐ κατὰ ΜΕΤΟΧΗΝ* etc. cum verbis Iustini supra laudatis, *οὐ πᾶν γένος ἀνθρώπων ΜΕΤΕΣΧΕΝ*. Infra idem Sextus Empiricus [2]): (*Ἡράκλειτος*) *ῥητῶς παραστήσας ὅτι κατὰ μετοχὴν τοῦ θείου λόγου πάντα πράττομέν τε καὶ νοοῦμεν, ὀλίγα προδιελθὼν, ἐπιφέρει· διὸ δεῖ ἕπεσθαι τῷ κοινῷ*. (quod prorsus Stoicum est et passim apud Antoninum [3]) observatur) *ξυνὸς γὰρ ὁ κοινός· τοῦ λόγου δὲ ἐόντος ξυνοῦ, ζώουσιν οἱ πολλοὶ ὡς ἰδίαν ἔχοντες φρόνησιν*.

In hoc igitur Stoicos vides cum Christianis consentire, quod deum nihil aliud esse quam *ΛΟΓΟΝ*, id est, rationem et verbum putant. Unde Minucius Felix [4]): *quid aliud et a nobis* (Christianis) *deus, quam mens, et ratio, et spiritus praedicatur?* Sic et Epictetus apud Arrianum [5]): *οὐσία θεοῦ, νοῦς, ἐπιστήμη, ΛΟΓΟΣ ὀρθός*, ubi obiter observa *τὸ ὀρθὸς* non semel hoc sensu cum *ΛΟΓΟΣ* coniungi, ut Antoninus [6]) dixit, *ἑπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ*. Igitur ex Epicteti mente dei natura, *οὐσία θεοῦ*, ex intelligentia, scientia et ratione perfecta constat, cum, ut a Zenone et Posidonio dictum est apud Stobaeum [7]), deus sit *πνεῦμα νοερόν*, et *νοῦς* vocetur apud Laertium [8]), dicentem Stoicis unum et idem esse *θεὸν καὶ νοῦν*.

---

1) Hinc idem Heraclitus apud eundem Sextum Empiricum adv. Logicos VIII. p. 512. *ῥητῶς φησι τὸ μὴ εἶναι λογικὸν τὸν ἄνθρωπον, μόνου δ' ὑπάρχειν φρενῆρες τὸ περιέχον.* Sententiam Heracliti sic expressit Antoninus VIII, 54: *Μηκέτι μόνον συμπνεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλὰ ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ. οὐ γὰρ ἧττον ἡ νοερὰ δύναμις πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ, ἤπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ*, et IX, 8: *Εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα μία ψυχὴ διῄρηται· εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται, ὥςπερ καὶ μία γῆ ἐστὶν ἁπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν, ὅσα ὁρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα.*

2) VII. adv. Logic. p. 399.

3) Ubique apud Stoicos legere est *ἕπεσθαι*, seu *ἀκολουθεῖν θεῷ*, seu *φύσει*, ut apud Antoninum XII, 31: *ἕπεσθαι τῷ ΛΟΓΩι καὶ τῷ θεῷ.*

4) Octav. c. 19.

5) II, 8. p. 155.

6) III, 12.

7) Eclog. phys. I, 1, p. 2.

8) Pag. 196.

Sic deus appellatur *νοῦς* ab Anaxagora, qui hinc et ipse dictus est *νοῦς* ab Archelao, Democrito, Critolao, Diodoro Tyrio, Seusippo etc. apud Stobaeum [1]). Cum Epicteto autem supra laudato sic consonat Seneca [2]): *quid ergo interest*, inquit, *inter naturam dei, et nostram? Nostri melior pars animus est: in illo nulla pars extra animum; totus ratio est*, ubi vides mentem mundi, id est, deum, qui totus *ratio* est, et in quo nulla pars extra *animum*, distingui a mundo, quod erat dei corpus. Sic et Plinius [3]), interdum Stoicissans: *quisquis est deus . . . . . totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animae, totus animi, totus sui.* Epictetus autem deum dicit esse scientiam, prorsus ut Indi, teste Auctore libri manuscripti, qui inscribitur, Relation des erreurs du Malabare et de la côte du Coromandel: unum deum esse contendunt, quem vocant *parama bruma*, id est, perfectam et supremam scientiam.

Et primo quidem aspectu ab Epicteto et Seneca, dei naturam ex mente, scientia et *recta* ratione constare affirmantibus, discedere videntur Zeno, Chrysippus et Posidonius, qui, apud Laertium [4]), dei naturam, *οὐσίαν θεοῦ*, ex universo mundo ac coelo constare volunt. Sed haec horumce Stoicorum verba eodem recidunt, ac si deus ex animo, corpore et membris constare diceretur; nam cum, ut supra e Lactantio, Varrone, Augustino, Eusebio, Orphicisque abunde probavimus, mundus sit corpus dei, coelum illius caput, aether illius mens et anima, in coelo, tanquam in capite, hinc scite dici potest, dei, qui totus sit ratio, totus mens, naturam ex illo coelo constare, in quo ratio suprema seposita sit, et in quo vigeat, docente Cornuto [5]), praecipua pars animae mundi, *τὸ κυριώτατον μέρος τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς*. Unde Laertius [6]) docet in coelo a Stoicis collocari quidquid divinum est, *οὐρανὸς δέ ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον*. Praeter-

1) Eclog. phys. c. I. p. 2.
2) Praefat. quaest. nat.
3) H. N. II, 7.
4) Pag. 199.
5) Cap. 1. p. 142.
6) Pag. 197.

ea ut dei sic et coeli natura ignea est, teste Cornuto [1]). Unde et Boethus Stoicus in libro de natura apud eundem Laertium [2]) dei naturam nihil aliud esse dicit, quam astrorum inerrantium sphaeram, οὐσίαν θεοῦ, τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν. Et hoc quidem sensu Stoico verissimum est, et cum Zenonis, Posidonii, Chrysippi, Epicteti et Senecae sententia mire congruit. Nam Stoici, teste eodem Laertio [3]), illum ignem, quem supremum deum, supremam mentem et rationem et aethera appellabant, in supremo collocabant coelo, ibique primum siderum inerrantium globum generatum esse opinabantur, ἀνωτάτω εἶναι τὸ πῦρ, ὃν δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι. Itaque cum deus haud alius esset ab aethere, in quo divinae mentis principatus dominabatur, cumque ex aethere pariter constaret astrorum inerrantium globus, hinc dei et astrorum inerrantium globi utpote ex eodem aethere constantium natura eadem esse necessario debebat. Neque his adversantur Zeno, Chrysippus et Posidonius ex universo mundo, non autem ex solo aethere, dei naturam constare affirmantes. Nam cum praeter alios innumeros doceat Augustinus [4]), doctissimum Varronem, cui plurimum merito tribuit, in sua fateri Theologia naturali, animam mundi (aethera) ac partes eius (ex quibus constat universus mundus) veros deos esse, cumque nihil in universitate rerum non sit apud Stoicos pars dei deificata, seu divini particula animi, ut sol, luna, stellae etc., seu divini pars corporis, ut terra, mare etc., hinc recte Zeno, Chrysippus et Posidonius in hisce omnibus dei naturam reponunt. Unde et Seneca [5]): *deus est totum, quod videtur*, et [6]): *quid est deus? quod vides totum, et quod non vides totum.* Eiusdem et gentis et sectae Lucanus [7]) Stoicum Catonem sic Stoice loquentem inducit:

Estne dei sedes, nisi terra, et pontus, et aër,

1) Cap. 1. pag. 140.
2) Pag. 199.
3) Pag. 197. [VII, 137.]
4) De civ. Dei VII, 6.
5) Quaest. nat. II, 45.
6) Praef. quaest. nat.
7) Phars. IX, 578 sq.

et coelum, et virtus? superos quid quaerimus ultra?
Iuppiter est quocumque vides, quodcumque moveris.

Ut divus Paulus, ethnicum poëtam describens: *in ipso sumus, vivimus et movemur.* Sed haec non obstant, quominus cum Epicteto et eodem Seneca dicamus, partem dei diviniorem, id est, eius animum et mentem, totam esse scientiam et rationem, cum tota sit ignea, et in supremo aetheris igne haec omnia dominentur. Hinc sequitur, Stoicos, vel cum maxime discordes videantur, secum tamen concordes esse, et eandem quidem sententiam, sed diversis efferre verbis, cum dei naturam modo ex ratione et animo, modo ex mundo et coelo, modo ex astrorum inerrantium sphaera, modo ex toto, quodcunque vides, et quocunque moveris, modo etiam ex aëre constantem dicant. Enimvero quod Antipater in septimo de mundo dei naturam aëriam facit apud eundem Laertium [1]), ἀεροειδῆ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, hoc quoque aliorum Stoicorum opinionibus non adversatur. Nam, ut animae, sic et deo, corpus aërium tribuebant Stoici. Tertullianus [2]): *corporalem statuunt deum Stoici.* Pseudo-Origenes [3]) dicit eis deum esse corpus purissimum, σῶμα τὸ καθαρώτατον. Clemens Alexandrinus [4]): οἱ Στωϊκοὶ σῶμα ὄντα τὸν θεὸν διὰ τῆς ἀτιμοτάτης ὕλης πεφοιτηκέναι λέγουσι. Seneca apud Augustinum [5]): *Ego feram aut Platonem aut Peripateticum Stratonem, quorum alter fecit deum sine corpore, alter sine animo.* Eusebius [6]) demonstrat necesse esse, ut Orphicorum et Stoicorum deus, quem aethera esse putant, sit corporeus.

Plutarchus [7]): οὗτοι (οἱ Στωϊκοὶ) τὸν θεὸν, ΑΡΧΗΝ ὄντα, σῶμα νοερὸν καὶ νοῦν ἐν ὕλῃ ποιοῦντες etc. Aristocles apud Eusebium [8]) duo dicit, ut Platoni, sic etiam Stoicis *principia* (ἀρχάς), deum et materiam, quorum unum

---

1) Pag. 199. 2) Apolog. 47.
3) Philosophum. p. 143.
4) Stromat. I. p. 346 [p. 295 ed. Sylb.]
5) De civ. Dei VI, 10.
6) Praepar. evang. III, 11. p. 108 et III, 9. p. 102.
7) Adv. Stoicos. p. 1085. 8) Praep. evang. XV, 14. p. 816.

erat *agens*, alterum vero *patiens*: sed Platoni primum principium, id est, deum videri incorporeum, Stoicis vero utrumque corporeum: *ἀρχὰς ὕλην καὶ θεόν, ὡς Πλάτων. ἀλλ' οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον, ἐκείνου πρῶτον ποιοῦν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντος.* Recte igitur Laertius [1]), discrimen ponens inter *ΑΡΧΑΣ* [2]), *principia*, et *ΣΤΟΙΧΕΙΑ*, *elementa*, dixit Stoicis principia esse corporea et formae expertia, elementa vero forma gaudere, *ΣΩΜΑΤΑ εἶναι τὰς ΑΡΧΑΣ, καὶ ἀμόρφους, τὰ δὲ μεμορφᾶσθαι*, ubi male Aldobrandinus legit *ΑΣΩΜΑΤΑ εἶναι τὰς ΑΡΧΑΣ*, id est, *incorporea esse principia*, et Casaubonus, *ἀλλὰ καὶ ΣΩΜΑΤΑ εἶναι* (nempe *τὰ ΣΤΟΙΧΕΙΑ*, non autem *τὰς ΑΡΧΑΣ*) *τὰς δ' ΑΡΧΑΣ ΑΣΩΜΑΤΟΥΣ εἶναι καὶ ἀμόρφους*. Ad hunc locum, cuius lectio immerito ab Aldobrandino et Casaubono sollicitata fuit, Menagius [3]), quamvis fateatur Lipsium [4]) pluribus exemplis declaravisse, deum et materiam, quae duo erant principia, Stoicis corpora esse, et hinc *ΣΩΜΑΤΑ εἶναι τὰς ΑΡΧΑΣ*, pro *ΑΣΩΜΑΤΑ* legisse, male tamen addit Casauboni lectionem sibi magis placere, immo solam placere. Et hanc quidem Casaubonianam lectionem Menagius tuetur auctoritate Suidae [5]), qui haec ipsa Laertii verba, quae nempe in vitioso legerat codice, imprudens ita describit, ut dicat, *ΑΣΩΜΑΤΟΥΣ εἶναι τὰς ΑΡΧΑΣ*. Sed quod nec Menagius, nec Kusterus viderunt, ipse Suidas hic e Laertio corrigendus est, nedum eum corrigat, cum hanc et in Laertio lectionem, et in Suida emendationem firmet totius porticus consensus et gravissima auctoritas Plutarchi et Aristoclis supra laudatorum, quorum ille quidem dicit primum principium, id est, deum,

1) Pag. 196.

2) Christophorus Wolfius in Origenis Philosophum. p. 57. annotat, Anaximandrum primum fuisse, qui *ΑΡΧΑΣ* dixerit principia rerum naturalium, quemadmodum Plato, teste Laertio in eius vita III, 24, primus *ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ* elementi notione usurpavit.

3) Ad Laert. not. p. 183. 4) Phys. Stoic. II, 5.

5) V. *ἀρχὴ* T. I. p. 342.

esse corporeum, *θεὸν ΑΡΧΗΝ ὄντα εἶναι ΣΩΜΑ*, hic vero docet Stoicis duo principia, id est, deum et materiam esse corporea, dum contra Platoni deus, id est, primum principium, *corporeus* videtur. Clemens Alexandrinus [1]): *φασὶ ΣΩΜΑ εἶναι τὸν θεὸν οἱ Στωϊκοὶ, καὶ πνεῦμα κατ' οὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχήν.* Ex quo quidem Clementis loco intelligitur, Stoicis deum et animum, quamvis corporeos, esse tamen spiritus, *πνεῦμα κατ' οὐσίαν*, quo prorsus modo Chrysippus apud Laertium [2]) semen vocat *πνεῦμα κατ' οὐσίαν*. Immo et, quod mirum videri poterit, ideo corporei deus et animus, quod spiritus essent. Sic Laertius [3]) diserte dixit animum Stoicis videri spiritum, et idcirco esse corpus, *διὸ καὶ σῶμα εἶναι.*

Bruckerus [4]): „vocat quidem Seneca deum incorporalem rationem, sed id corpori tantum crassiori opponitur, quidquid enim est, Stoicis corpus est; nihilque incorporale praeter infinitum, quod extra mundum est vacuum, animus corporeus, vox corporea, et ita deus quoque." In haec autem Bruckeri verba observandum est, non ex sua opinione sic Senecam dixisse, nec pro se ipso et animi sui sensu deum vocavisse *incorporalem rationem*, sed in hoc loco varias variorum philosophorum de deo deique natura opiniones ita recensuisse, ut de iis suum non interponeret iudicium. Sic enim loquitur [5]): *quisquis formator universi fuit, sive ille deus est potens omnium, sive incorporalis ratio ingentium operum artifex, sive divinus spiritus, per omnia maxima minima, aequali intentione diffusus, sive fatum* etc. In eundem ac Bruckerus lapsus erat errorem clar. Menagius ad Laertium [6]), ubi dicit Aldobrandino, qui in supra laudato Laertii loco pro *σώματα* emendabat *ἀλλὰ καὶ ΑΣΩΜΑΤΑ εἶναι τὰς ΑΡΧΑΣ*, favere huncce Senecae deum *incorporalem rationem* vocantis locum, quem tanquam propriam ac peculiarem Senecae et ideo Stoicorum sententiam immerito adducit. Accuratius

1) Strom. 5. p. 699. 2) Pag. 202.
3) Pag. 201. 4) Tom. I. p. 924.
5) Ad Helviam c. 8. 6) Pag. 183.

idem Bruckerus [1]): „deus, etsi corpus est, est tamen spiritus. Probe haec notanda sunt, ne a Stoicis, totam dicendi rationem philosophis receptam mutantibus novasque vocibus significationes inducentibus decipiamur; id quod illis accidit, qui *spiritus immaterialis* appellatione seducti, Stoicos deum (adde animum) rerum corporearum numero exemisse censuerunt." Sic S. Irenaeus, qui animam *flatum esse vitae* (πνεῦμα) dixerat, haec Stoice prorsus observat [2]): *sed incorporales animae, quantum ad comparationem mortalium corporum.* Cassianus [3]): *Licet enim pronunciemus nonnullas esse spiritales naturas, ut sunt Angeli, Archangeli, caeteraeque virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certe per se* (alii cum Fausto Regiensi legunt *aër iste*) *subtilis, tamen incorporeae nullatenus aestimanda* (alii cum Fausto Regiensi legunt *existimandae*) *sunt. Habent enim secundum se corpus quo subsistunt, licet multo tenuius, quam nos* [4]). *Nam sunt corpora secundum Apostoli sententiam ita dicentis: Et corpora coelestia, et terrestria. Et iterum, seminatur corpus animale, exurgit corpus spiritale.* Quem quidem Cassiani locum profert Faustus Regiensis [5]) in libro, qui inscribitur „De creaturis, quod illis incorporei nihil insit", ubi haec e S. Hieronymo adducit: *si angeli coelestia etiam corpora ad comparationem dei immunda esse dicuntur, quid, putas, homo aestimandus est?* Contra quem Faustum Regiensem Claudianus Mamercus, Mamerci Viennensium Galliae Episcopi frater, tres de incorporei animi statu libros conscripsit, qui in sexto Bibliothecae veterum Patrum tomo habentur. Cum Irenaeo, Cassiano et Fausto Regiensi consonant Hilarius [6]) et Ambrosius [7]) et Genna-

---

1) Tom. I. p. 924. 2) Lib. V. c. 7. p. 300.

3) Collat. VII. c. 13. p. 439 ed. Arras 1728. [p. 317 ed. Francof.]

4) Sic Velleius Epicureus apud Ciceronem de N. D. I, 19. loquens de forma aut specie deorum: *nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus.*

5) T. VI. p. 1043. Bibliothec. veterum Patrum, ed. Lugduni 1677.

6) Ad Matthaeum p. 633 ed. Paris. 1693.

7) De Abrahamo II, 8. n. 58. T. I. p. 338 ed. Benedict.

dius [1]), qui, ut Tertullianus, animam quoque corpoream crediderunt et dixerunt, nihil esse, quod non sit in substantia sua et creatione corporeum, nec quidquam putandum materialis compositionis immune ab eaque alienum, praeter SS. Trinitatis substantiam. *Nam*, ut ait Hilarius [2]), *et animorum species, sive obtinentium corpora, sive corporibus exulantium, corpoream tamen naturae per substantiam partiuntur.* Et hoc quidem sensu, scilicet quantum ad corporationem crassiorum corporum, ita *corpora*, dicta fuisse *incorporea*, ut a veteribus ipsa materia teste Porphyrio [3]) ideo dicta est *incorporea*, quod esset alia a corporibus, *τῆς ὕλης τὰ ἴδια, κατὰ τοὺς ἀρχαίους, τάδε ἀσώματα· ἕτερα γὰρ σωμάτων*, vide demonstratum apud clar. Beausobre [4]) et apud eruditissimum et omni doctrina excultum de Burigny [5]), cui plurima egregia debemus opera, quorum plurimis nomen suum praeponere neglexit.

Hoc patres Christiani retinuerunt e veteri, qua imbuti fuerant, Stoicorum philosophia. Nempe Stoici nihil, teste Pseudo-Origene [6]), praeter corpora dari opinabantur, *σώματα πάντα ὑπέθεντο*; unde et animas corporeas esse existimabant. Nemesius [7]): *Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος καὶ πᾶν τὸ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων σύστημα σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαίνονται* [8]). Apud eosdem Stoicos quidquid fa-

---

1) De Eccles. dogm. c. 11. append.

2) L. l. 3) Sentent. 21. p. 226 ed. Cantabrig.

4) Histoire du Manicheisme III, 2. T. I. p. 482.

5) Theologie Payenne, T. I. p. 311.

6) Philosophum. p. 147.

7) De nat. hom. c. 2, de anima p. 28 ed. Antwerp. 1565. [p. 67 ed. Matthaei.]

8) Tertullianus de anima c. 5. p. 267: *Stoicos allego, qui spiritum praedicantes animam, pene nobiscum, qua proxima inter se flatus et spiritus, tamen corpus, animam facile persuadebunt. Denique Zeno consitum spiritum definiens animam, hoc modo instruit: quo, inquit, digresso animal emoritur, corpus est; consito autem spiritu digresso, animal emoritur: ergo consitus spiritus corpus est; consitus autem spiritus anima est: ergo corpus est anima.* [Hinc illud Stoicorum dogma, cum corpore crescere animam et rursus simul minui.

cit, corpus est, et hinc deus *faciens*, ut vocat Seneca [1]), corporeus erat. Cicero [2]): *Zeno . . . . . nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea, quae expers esset corporis — cuius generis Xenocrates, et superiores etiam, animum esse dixerant — nec vero, aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse esse non corpus.* Quam ob causam et ipsam *vocem* corpus esse existimant Stoici apud Plutarchum [3]) sic loquentem: *Οἱ Στωϊκοὶ, σῶμα τὴν φωνήν. πᾶν γὰρ τὸ δρώμενον, ἢ καὶ ποιοῦν, σῶμα· ἡ δὲ φωνὴ ποιεῖ καὶ δρᾷ. ἀκούομεν γὰρ αὐτῆς, καὶ αἰσθανόμεθα προσπιπτούσης τῇ ἀκοῇ, καὶ ἐκτυπούσης, καθάπερ δακτύλιον εἰς κηρόν.* Sic et Seneca [4]) Lucilio declarat, Stoicis *bonum* corpus esse; *facere enim*, et *quod facit, corpus esse.* Idem [5]): *Primum exponam, quid Stoicis videatur, tum dicere sententiam audebo. Placet nostris, quod bonum est, esse corpus; quia quod bonum est, facit; quidquid facit, corpus est. Quod bonum est, prodest; faciat autem aliquid oportet, ut prosit; si facit, corpus est. Sapientiam bonum esse dicunt; sequitur, ut necesse sit illam corporalem quoque dicere.* Pariter contortis aculeatisque sophismatibus utens docet [6]), in porticu iustitiam, fortitudinem, caeterasque virtutes animalia esse et proinde corpora, idemque dicendum de animo, de virtute, de artibus, de vitiis, de affectibus, de sententiis et cogitationibus, imo et tacere et ambulare et coenare animalia esse; quod etiam testatur Plutarchus [7]), Stoicos irridens, qui non modo hisce rebus corpora tribuerent, sed etiam ea censerent esse animalia ratione praedita, nec virtutes tantum et vitia, ac motus animi, et iram, invidiam etc. et artes, quales sunt fabrorum, aerariorum, sutorum, dicerent esse animalia, sed ipsam etiam actionem, ambulationem puta, salutationem, compellationem

---

Schol. Leid. in Iliad. α, 115 (Valcken. Opusc. T. II. p. 132 ed. Lips.): *τοῦτο ἐκίνησε τοὺς Στωϊκοὺς, καὶ Ἀντίπατρον ἐν τῷ περὶ ψυχῆς δευτέρῳ, λέγειν, ὅτι συναύξεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ, καὶ πάλιν συμμειοῦται.*]

1) Epist. 65. 2) Acad. I, 11.
3) De plac. philos. IV, 20. p. 902.
4) Epist. 106. 5) Epist. 117.
6) Epist. 113. 7) Adv. Stoicos p. 1084.

etc. corporea esse, immo et animalia opinarentur, et sic tot animalium adducerent examen neque amicum neque mansuetum, ζώων τοσούτων σμῆνος οὐ φίλον, οὐδὲ ἥμερον, „un plat d'animaux malfaisants", ut vocat noster La Fontaine. De hoc autem Stoicorum dogmate vide Lipsium [1]). Tertullianus [2]): *bene autem quod et artes Stoici corporales adfirment.* Sextus Empiricus [3]) dicit, Stoicis veritatem esse corpus, verum autem incorporeum: ἡ μὲν ἀλήθεια σῶμά ἐστι, τὸ δ' ἀληθὲς, ἀσώματον ὑπῆρχε.

Et hoc quidem acceperant Stoici a quibusdam veteribus sophistis, qui apud Platonem [4]) dicunt, animam corpus quoddam habere, nec hanc solam, sed et iustitiam et sapientiam et virtutem quamlibet, et vitia his contraria, aut nihil omnino, aut corpora esse: ἢ μηδὲν τῶν ὄντων, ἢ πάντ' εἶναι σώματα. Hisce verborum praestigiis et captionibus delusus et ipse Tertullianus, qui dixit [5]): *nihil esse incorporale, nisi quod non est;* unde Stoice prorsus conclusit, animum et deum corporeos esse. Augustinus [6]): *Tertullianus, quia corpus esse animam credidit, non ob aliud nisi quod eam incorpoream cogitare non potuit, et ideo timuit ne nihil esset, si corpus non esset, nec de deo voluit aliter sapere.* Ipse Tertullianus [7]) de deo loquens: *quale est enim, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est? Ut inanis solida, et vacuus plena, et incorporalis corporalia sit operatus? Nam etsi potest aliquando quid fieri diversum eius, per quod fit, nihil tamen potest fieri per id, quod vacuum et inane est. Vacua et inanis res est sermo dei, qui filius dictus est, qui ipse deus cognominatus est, et sermo erat apud deum, et deus erat sermo? Scriptum est, non sumes nomen dei in vanum. Hic certe est qui in effigie dei constitutus, non rapinam existimavit esse se aequalem deo. In qua effigie dei? Utique in alia, non tamen in nulla. Quis enim negabit*

1) Physiol. Stoic. L. II. dissert. 4 et 5.

2) De anima c. 6. p. 268. 3) Adv. logicos L. VII. p. 377.

4) Sophista p. 173 ed. Francof. 1602.

5) De carne Christi l. II. p. 317. [Cf. Georg. ad Tertulliani Apologet. T. II. p. 157.]

6) De genes. ad Litt. X, 24. 7) Advers. Praxeam c. 7. p. 504.

deum corpus esse, etsi deus spiritus est? Spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Quo fere modo et Epicurum et Indos veteres corpus deo tribuisse, suis locis docuisse se monet Bruckerus [1]); cum praeterea apud Pseudo-Origenem [2]) Brachmanes *τοῦτον τὸν ΛΟΓΟΝ, ὃν θεὸν ὀνομάζουσιν, ΣΩΜΑΤΙΚΟΝ εἶναι* existiment. A quo tamen errore abhorrent, qui inter Indos recentiores sapientia eminent, cum in Ezour Vedam [3]) multo consultius [4]) quam in ipso

---

1) Tom. III. p. 412. 2) Philosophum. p. 164.

3) Pag. 17. versionis Gallicae manuscriptae.

4) Clare autem Cicero, quid esset *spiritualitas*, ut vocant, seu *immaterialitas*, perspexit. Sic enim loquitur Tuscul. I, 27: *Nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur; nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat; quod et praeterita teneat, et futura provideat, et complecti possit praesentia; quae sola divina sunt, nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a deo. Singularis est igitur quaedam natura atque vis animi, seiuncta ab his visitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, coeleste et divinum, ob eamque rem aeternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno.* Et Tuscul. I, 29: *In animi autem cognitione, dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentum, nihil duplex. Magni autem ingenii est*, ut ipse ait Tusc. I, 16, *revocare mentem a sensibus, et cogitationem a consuetudine abducere.* Apud eundem de N. D. I, 11. Velleius Epicureus: *Anaxagoras, si mentem istam quasi animal aliquod esse voluit, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur: quid autem interius mente? Cingatur igitur corpore externo. Quod quoniam non placet, aperta simplexque mens, nulla re adiuncta, quae sentire possit* (Olivetus legit *qua sentire posset*, ut apud S. Augustinum Ep. 118. no. 25. ego autem *quae sentire possit*), *fugere intelligentiae nostrae vim et notionem videtur.* Idem Velleius Epicureus ibidem I, 12: *Quod vero sine corpore ullo deum vult esse, ut Graeci dicunt, ἀσώματον; id quale esse possit, intelligi non potest; careat enim sensu necesse est, careat etiam prudentia, careat etiam voluptate.* Idem apud eundem infra c. 13: *Cum autem sine corpore*

legatur Tertulliano, „que l'être suprême n'a ni corps, ni figure", et [1]) „que dieu est pur esprit de sa nature", et in Baga Vedam [2]): „ce dieu, qui est invisible et sans corps, tout puissant et immense". Ad hunc errorem *περὶ τοῦ ἐνσωμάτου θεοῦ* confirmandum peculiare opus conscripsit Melito in secundo post Christum natum saeculo, de quo vide Eusebium [3]). Et hoc quidem quinto saeculo tenebant plerique Aegyptiorum monachorum, qui Theophilum Alexandriae episcopum ab ipsis dissidentem convenientes, ei mortem minati sunt, nisi deum corporeum profiteretur, quod metu mortis ipsis concessit Patriarcha.

Stoicorum autem de corporea anima opinionem confutavisse Longinum et Plotinum in scripto, *ὅτι οὐ δύναται σωματικὴ εἶναι ψυχή*, cuius reliquias in Eusebio [4]) habemus, post Lipsium [5]) observavit Menagius [6]); quemadmodum et ab eodem Eusebio [7]) laudantur Excerpta ex libro, qui inscribebatur, *ὅτι οὐκ ἂν εἴη σῶμα τὸ ὂν κατὰ τοὺς Στωϊκούς*, cuius libri meminit etiam Nemesius [8]). Animis corpore solutis rotundam formam tribuit Chrysippus, teste Eustathio [9]).

Ex hisce dictis facile colligitur, Stoicos per hoc ipsum *οὐσίας* vocabulum, quod deo accommodabant, non id quod substantiam vel, ut Scholastici loqui amant, *realitatem existentiae et essentiae* habet, sed corpus proprie dictum intellexisse. Sextus Empiricus [10]) sic habet de Stoicis: *ὂν καλοῦντες τὸ σῶμα,* contra quam opinionem Numenium scripsisse vidimus. Et sic explicari potest, quomodo essen-

---

idem (Aristoteles) *vult esse deum, omni illum sensu privat, etiam prudentia. Quo porro modo mundum movere carens corpore, aut quomodo semper se movens esse quietus et beatus potest?* In quiete enim vitam beatam reponebant Epicurei.

1) Ibidem p. 28.

2) Pag. 185. versionis Gallicae manuscr.

3) Hist. eccles. VI, 7.

4) Praep. evang. XV, 21 et 22.

5) Phys. Stoic. III. diss. 3.

6) Ad Laert. p. 191.

7) Praep. evang. XV, 17.

8) De nat. hom. 2. p. 29.

9) Ad Iliad. ψ, 65.

10) Adv. physicos X. p. 634.

tiam [1]) dei aëriam vocaverit Antipater, quam contra Epictetus ex mente, scientia et recta ratione constare dicit, quae quidem hoc uno modo apprime conciliari poterunt, si meminerimus, e Stoicorum mente supremum illum ignem, id est, deum, principium quidem esse intellectuale et animans sed corporeum tamen, quod mundo tanquam corpori praeest, ut secundum eosdem noster animus, quem et corporeum censebant, et corpus regere, animare et continere.

At vero corpus, quod deo tribuebant Stoici, erat subtilius, tenuius atque *aërium, ἀεροειδές*, quod ex unico Boethi loco apud Laertium [2]) cognosci potest, quodque diligentius a Lipsio et Menagio observari debuisset. Sic apud Stobaeum [3]) et Plutarchum [4]) Heraclitus, quem *κατὰ πόδα* secuti sunt Stoici, tribuit *ΑΙΘΕΡΙΟΝ ΣΩΜΑ* fato, quod idem esse ac deum apud Stoicos constat, cuiusque *οὐσίαν δύναμιν πνευματικὴν* ibidem vocavit Chrysippus. Ut autem intelligatur, quid sit illud fati *ΑΙΘΕΡΙΟΝ ΣΩΜΑ* apud Heraclitum, haec tenenda sunt Eusebii [5]) de Orphicis Orpheoque: *ἀνωτέρω μὲν ἐδήλου τὰ ἔπη, τὸν νοῦν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν αἰθέρα· νυνὶ δὲ ὁ λόγος τί ποτέ ἐστι ὁ*

1) De hoc vocabulo (*essentia*) haec notanda habet Seneca Epist. 58 init.: *Quanta verborum nobis paupertas, immo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae nomina desiderarent, nec haberent: quaedam vero cum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium* etc. (quod apprime in linguam gallicam superbo interdum inopem fastidio cadere posset)? *Quid, inquis, sibi ista vult praeparatio? quo spectat? Non celabo te; cupio, si fieri potest propitiis auribus tuis, essentiam dicere; sin minus, dicam et iratis. Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem; si recentiorem quaeris, Fabianum, disertum et elegantem, orationis etiam ad nostrum fastidium nitidae. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur οὐσία res necessaria, naturam continens, fundamentum omnium?* De quo vide omnino elegantissimum et eruditissimum Muretum Variar. Lect. XV, 20. et magnum illum Salmasium de Hellenistica p. p. 117 et 118. [De voce *essentia* alibi dicam.]

2) Pag. 199. 3) Eclog. phys. p. 12.

4) De plac. philos. I, 28. p. 886.

5) Praep. evang. XV, 14. III, 11. p. 108.

αἰθὴρ διορίζεται, ἀέρα λέγων εἶναι αὐτὸν λεπτομερέστατον· σῶμα δὲ ὁ ἀὴρ, καὶ πολὺ πρότερον ὁ αἰθήρ· ὁ δὴ νοῦς ἄρα τοῦ Διὸς ἤλεγκται σῶμα τυγχάνων, εἰ καὶ τὸ πάντων λεπτομερέστατον. Prorsus ut Pseudo-Origenes [1]) supra laudatus dicit, Stoicis deum esse corpus purissimum, *σῶμα τὸ καθαρώτατον*, quod idem sit ac corpus *λεπτομερέστατον* et *αἰθέριον*, seu *ἀεροειδές*, quod Orpheus Orphicique, Heraclitus et Boethus dei proprium esse censebant. Sic iidem Stoici, qui teste eodem Pseudo-Origene [2]) animam corpus esse existimant, hoc corpus tenuissimum et exilibus ac minutis constare partibus dicunt. Seneca [3]): *Robora in rectum, quamvis flexa, revocabis; curvatas trabes calor explicat; et aliter natae, in id finguntur, quod usus noster exigit; quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, et omni humore obsequentior? Quid enim aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus? Vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est.* Chrysippus apud Plutarchum [4]) animam vocat *ἀραιότερον πνεῦμα τῆς φύσεως καὶ λεπτομερέστερον*; de quo vide Nemesium [5]) et Spinozam [6]), qui huiusce Stoici erroris fontem indagavit. Hoc Stoici a veteribus acceperant philosophis. Sic Aristoteles [7]) dicit, quibusdam videri animum esse *σῶμά τι λεπτομερές*, unde, inquit, *ἀναγκαῖον ἐν τῷ αὐτῷ δύο εἶναι σώματα, εἰ σῶμα ἡ ψυχή*. Stobaeus [8]): *τινὲς μὲν τῶν Ἀριστοτελικῶν ΑΙΘΕΡΙΟΝ ΣΩΜΑ τὴν ψυχὴν τίθενται.* Anaximeni apud Plutarchum [9]) anima nostra est aër, et Anaxagorei, teste eodem Plutarcho [10]), animam dixerunt aëriam et corpoream, *ἀεροειδῆ καὶ σῶμα*. Idem sensisse Archelaum et Diogenem, auctor est Stobaeus [11]).

1) Philosophum. p. 143. 2) Ibid. p. 145.
3) Epist. 50. 4) De Stoic. repugn. p. 1052.
5) De nat. hom. c. 2. p. 29.
6) Tractat. de intellectus emendat. p. 380. oper. posth. ed. 1677.
7) De anima I, 6. T. 1. p. 626 ed. 1629.
8) Eclog. phys. p. 108. 9) De plac. philos. I, 3. p. 876.
10) De plac. philos. IV, 3. p. 898.
11) Ecl. phys. p. 93.

Horum et praesertim Stoicorum de anima corporea et aëria opinionem ex parte secutus est Tertullianus [1]): *quem igitur alium animae aestimabis colorem, quam aërium et lucidum? non ut aër sit ipsa substantia eius, etsi hoc Aenesidemo visum est et Anaximeni;* et ibidem narrat calculoque suo comprobat visum mulierculae obiectum, quae animam sibi apparuisse sic referebat: *inter cetera ostensa est mihi anima corporaliter, et spiritus videbatur; sed non inanis et vacuae qualitatis; immo quae etiam teneri repromitteret, tenera et lucida et aerii coloris* [2]). Prorsus Stoice autem de subtili animarum corpore et de earum in deum, unde profectae fuerant, reversione sic loquitur Auctor Indicus Baga Vedam [3]): „Visnou créoit des particules de sa propre substance les ames, auxquelles il donnoit d'abord des corps fort subtils; ensuite il les joignoit avec d'autres corps fort épais. La substance de l'ame et la connoissance, qu'elle a, ne sont autre chose, que Visnou lui-même, et à la fin de la carrière elle rentre dans Visnou."

At vero Stoicorum deus, quamvis corporeus, humana tamen non praeditus erat forma. Laertius [4]) eorum deum non esse ἀνθρωπόμορφον diserte dicit: in quo Epicureis

---

1) De anima c. 9. p. 270.

2) Ibidem addit Tertullianus, hanc animam fuisse forma per omnia humana; unde concludit, effigiem *non aliam animae humanae deputandam praeter humanam, et quidem eius corporis, quod unaquaeque circumtulit;* effigiem igitur animae dat, et corporales illi inscribit lineas, *non tantum*, ut inquit, *ex fiducia corporalitatis per aestimationem, verum et ex constantia gratiae per revelationem.* Idem ibidem c. 22. p. 280. definit animam corporalem, effigiatam, et teste Augustino Haeres. 86. animam vocat corpus effigiatum. Sic Irenaeus dixit II, 94. animas habere etiam hominis figuram, ut cognoscantur. Sic et apud Reimannum Histor. Atheismi p. 377. videbis Antonium Roccum statuentem, animas omnes, adeoque rationalem, commensurari corpori, ut pars animae parti corporis respondeat. Eandem etiam nunc Siamensibus opinionem tribuit La Loubière Du Royaume de Siam T. I. p. 361.

3) Versionis Gallicae manuscr. p. 24.

4) Pag. 199.

adversabantur, quos humanam deo speciem et formam affinxisse passim apud Ciceronem de natura deorum et alibi videre est. Non solum autem non humana, sed ne ulla quidem alia indutus erat forma Stoicorum deus; quod e Lactantio [1], dicente, a Stoicis negari ullam formam habere deum, recte probat Lipsius [2]. Laertius [3] supra laudatus docet, secundum Stoicos, *ἀρχὰς*, principia, quae sunt deus et materia, esse quidem corpora, *σώματα*, sed *ἀμόρφους*, id est, forma carentia: quemadmodum Timaeus Locrus [4] unum ex illis principiis, scilicet materiam, dicit: *ἄμορφον δὲ καθ' αὑτάν, καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν.* Sic Stoicus deus, cum nulla propria gauderet forma, in omnes sese versabat flectebatque docilis Proteus. Posidonius apud Stobaeum [5] deum vocat *πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, οὐκ ἔχον μὲν μορφήν, μεταβάλλον δὲ εἰς ὃ βούλεται, καὶ συνεξομοιούμενον πᾶσι.*

Neque iis, quae de dei forma experte diximus, adversantur quae primo adspectu repugnare videantur, haec Senecae [6] verba: *si rotundam illis, qualem deo, dederint formam Stoici*, aut quae dicit idem Seneca [7], Claudium Caesarem illudens: *dic nobis, qualem deum istum fieri velis? Stoicus? quomodo potest rotundus esse (ut ait Varro) sine capite, sine praeputio? Iam video, nec cor, nec caput habet.* Quae ut in deum forma carentem cadere possint, observandum est nomine dei, seu mundi, ut supra demonstravimus, modo deum mundi animum, modo mundum sic proprie dictum, id est, dei corpus, significari. In Seneca autem haec rotunda tribuitur forma non deo, seu dei animo, forma carenti, sed mundo, quod erat dei corpus, quique a deo, scilicet a principio animanti quidem, sed et ipso corporeo, accurate distinguendus est. Sic enim Stoici teste Laertio [8] dicunt,

---

1) De ira dei 8.
2) Phys. Stoic. I. diss. 7. p. 32.
3) Pag. 196.
4) Pag. 544 ed. Gale.
5) Ecl. phys. 1. p. 2. [T. I. p. 58 ed. Heeren.]
6) Epist. 113.
7) De morte Claudii Caesaris.
8) Pag. 197. [VII, 140.]

mundum esse forma praeditum rotunda: hanc enim omnium formarum ad motum aptissimam a Posidonio et Antipatro existimari: *ἕνα τὸν κόσμον εἶναι, καὶ τοῦτον πεπερασμένον, σχῆμα ἔχοντα σφαιροειδές· πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ τοιοῦτον*. De quo loco vide Menagium [1]) ad Laertium, ubi e Plutarcho [2]) et Cyrillo [3]) Plutarchum describente, et e Cicerone in libro de Universo Platonis Timaeum convertente, probat veteribus philosophis, et praesertim Stoicis, mundum esse *σφαιροειδῆ*, rotundum, globosum fabricatu. Menagii diligentiam effugit locus Ciceronis [4]), in quo Velleius Epicureus, cum Laertio mire consonans, dicit mundum Stoicis esse animo et sensibus praeditum, *rotundum*, ardentem, volubilem, deum. Hic autem mundus, dei corpus, dicitur rotundus et ardens, ut Chrysippus apud Plutarchum [5]) *κόσμον πυρώδη* appellat. Idem apud eundem Ciceronem [6]) Velleius eorum tarditatem admirari se dicit, qui (ut Stoici) sapientem, animantem, immortalem et beatum et rotundum esse velint deum, quod, inquit, ea forma ullam neget esse pulchriorem Plato. Et infra ibidem: *quae vero tribuitur vita isti rotundo deo? nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit.* At contra Balbus Stoicus apud eundem Ciceronem [7]) dicit, Velleium prae se ferre, Epicureos plane expertes esse doctrinae, novum oculorum iudicium habere, neque unquam eruditum pulverem attigisse, neque in physica versatos esse; qui contenderent quidquam pulchrius esse posse forma rotunda, quae omnes alias figuras contineat, et sine qua aequalitas motus constantiaque ordinum non potuisset servari. Ex quo sequi putat, nihil posse esse indoctius, quam quod ab Epicureis affirmari soleat, qui non hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicerent, sed posse fieri censerent, ut sit alia figura, innumerabilesque mundos alios

---

1) Ad Laert. p. 184.
2) De plac. philos. II, 2. p. 886.
3) Contra Iulian. II.
4) De N. D. I, 8.
5) De Stoic. repugn. p. 1053.
6) De N. D. I, 10.
7) De N. D. II, 18.

aliarum esse formarum. Idem supra dixerat [1]), per se non obstare, quin hic *quam volet Epicurus iocetur, homo, non aptissimus ad iocandum, minimeque resipiens patriam, et dicat se non posse intelligere, qualis sit volubilis et rotundus deus.* Balbus Stoicus apud Ciceronem [2]): *mundum, id est, deum globosum esse.* Et astra rotunda esse dicit [3]), *quibus formis,* inquit, *minime nosci potest.* Incertus vitae Homeri auctor [4]): *ΣΦΑΙΡΟΕΙΔΟΥΣ ὄντος τοῦ κόσμου.*

Liquido igitur constat, deum hisce in locis nihil aliud esse quam mundum, cuius rotundam formam Stoici acceperant a Platone, quem vide in Timaeo [5]), ubi coelum rotundum esse docet. Hinc Achilles Tatius [6]): *σχῆμα κόσμου οἱ μὲν κωνοειδὲς εἶπον, οἱ δὲ ΣΦΑΙΡΟΕΙΔΕΣ, οἱ δὲ ᾠοειδές· ἧς δόξης ἔχονται οἱ τὰ Ὀρφικὰ μυστήρια τελοῦντες.* Hoc ipse Plato mutuatus fuerat e Timaeo [7]) Locro, quem vide de anima mundi; ut hoc ipsum Timaeus ipse debet Pythagorae mundum vocanti, apud Laertium [8]): *ἔμψυχον, νοερὸν, σφαιροειδὲς, μέσην περιέχοντα τὴν γῆν:* quae omnia sunt prorsus Stoica. Pythagoras autem hoc sumpserat ab Aegyptiis, qui, apud eundem Laertium [9]), volunt, mundum esse *γεννητὸν καὶ φθαρτὸν καὶ ΣΦΑΙΡΟΕΙΔΗ· τοὺς ἀστέρας πῦρ εἶναι;* ut supra docet Laertius, iisdem Aegyptiis *θεοὺς εἶναι ἥλιον καὶ σελήνην· τὸν μὲν Ὄσιριν· τὴν δ' Ἶσιν,* et mox: *σελήνην ἐκλείπειν, εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν. τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδιαμένειν καὶ μετεμβαίνειν.* Quae quidem omnia a porticus doctrina haud aliena, immo ei affinia sunt. Sic et Megasthenes apud Strabonem [10]) dicit Indos *περὶ πολλῶν τοῖς Ἕλλησι ὁμοδοξεῖν. ὅτι γὰρ γεννητὸς ὁ κόσμος, καὶ φθαρτὸς λέγειν κἀκείνους, καὶ ὅτι σφαιροειδής, ὅ, τε διοικῶν αὐτὸν, καὶ ποιῶν θεὸς δι' ὅλου διαπεφοίτηκεν αὐτοῦ.*

---

1) De N. D. II, 17. 2) Ibid. II, 45.
3) Ibid. II, 46. 4) Pag. 324 ed. Gale Op. myth.
5) Pag. 1049 et pag. 1068. 6) Isagog. in Arati Phaenomena.
7) De anima mundi p. 546—548.
8) Pag. 220. [VIII, 25.] 9) Prooem. p. 3. [Sect. II. p. 8.]
10) Lib. XV. p. 1039 et 1040. [p. 677 ed. Basil.]

Sic Plinius [1]): *formam eius* (mundi) *in speciem orbis absoluti globosam esse, nomen inprimis, et consensus in eo mortalium, orbem appellantium, sed et argumenta rerum docent.* Idem infra dicit, hanc figuram *ad motum, quo subinde verti debeat,* aptissimam esse, ut eam *πρὸς τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον* vocat Laertius supra laudatus. Mundum quoque globosum et rotundum dixerunt Leucippus et Democritus apud Stobaeum [2]). Auctor libri de mundo [3]), quem Stoicum fuisse semper credam: *τοῦ δὲ σύμπαντος οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου σφαιροειδοῦς ὄντος.* Ecphantus Pythagoricus mundum vocat *σφαιροειδῆ* apud Pseudo-Origenem [4]), ut apud eundem [5]) Parmenides *ἓν τὸ πᾶν ὑποτίθεται, ἀΐδιον καὶ οὐ γενόμενον καὶ σφαιροειδές,* quod et alibi legitur in eodem Pseudo-Origene [6]) et in Stobaeo [7]). Xenophanes apud eundem Pseudo-Origenem [8]) *φησὶ θεὸν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἕνα, καὶ ὅμοιον πάντῃ, καὶ πεπερασμένον, καὶ σφαιροειδῆ, καὶ πᾶσι τοῖς μορίοις αἰσθητικόν.* Quae omnia ad porticus doctrinam proxime accedunt. Idem Xenophanes apud Sextum Empiricum [9]) dicit: *ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι· εἶναι δὲ σφαιροειδῆ καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀμετάβλητον, καὶ λογικόν.* Idem ad verbum apud Ciceronem [10]): *Xenophanes unum esse omnia, neque esse mutabile, et id esse deum, neque natum usquam et sempiternum, conglobata figura.* Eadem fere leges apud Theodoretum [11]).

Hoc igitur manet fixum atque immotum, porticus deum, quamvis corporeum, nullius tamen esse formae, et totum ex sensu, intelligentia, scientia et ratione, seu *ΛΟΓΩΙ*, constare.

Hic autem deus seu *θεὸς δημιουργὸς* vocatur et *ΛΟΓΟΣ ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΣ*, id est, causa seminalis. Laer-

---

1) H. N. II, 2.
2) Ecl. phys. p. 34.
3) C. 2. Tom. I. p. 601. Operum Aristotelis.
4) Philosophum. p. 103 [T. IV. p. 252 ed. Wirzeburg.]
5) Pag. 86. [T. IV. p. 246.]
6) Philosophum. p. 88.
7) Ecl. phys. c. 1. p. 2.
8) Philosophum. p. 96.
9) Pyrrhon. Hypotyp. I, 33. p. 59.
10) Lucullo c. 35.
11) Therap. Serm. 4. p. 528.

tius [1]) dicit Stoicis deum esse *ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΝ ΛΟΓΟΝ τοῦ κόσμου*. Sic Pythagoricis *μονάς*, id est deus, ut docte probat e Nicomacho Meursius [2]), dicitur *ὁ ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ*, teste eodem Nicomacho Geraseno, cuius excerpta exstant apud Photium. Hinc Seneca [3]): *redit ad aeternam rationem toti inditam, et vim omnium seminum singula proprie figurantem.* Inde Meursius [4]) e Capella declarat hunc numerum omnium aliorum seminarium esse, ut Laertius [5]) dixit, secundum Stoicos, *τὸ σπέρμα ἔχειν ἐν αὑτῷ πάντας τοὺς ΛΟΓΟΥΣ τῆς ζωῆς*. Sic et Aristocles apud Eusebium [6]) docet, Stoicis *τὸ πρῶτον πῦρ εἶναι, καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων.* Hoc Stoici hauserant ab Heraclito, qui apud Stobaeum [7]) *ΛΟΓΟΝ τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα*, quem idem esse vult ac fatum et deum, *ΣΠΕΡΜΑ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως* vocat. Hinc Zeno, apud eundem Stobaeum [8]) dicit: *διὰ τῆς ὕλης διαθεῖν — γονῇ τὸ σπέρμα.* Sic et Sextus Empiricus [9]): *Ζήνων ὁ Κιττιεύς, ἀπὸ Ξενοφῶντος τὴν ἀφορμὴν λαβών, οὑτωσὶ συνερωτᾷ· τὸ προϊέμενον σπέρμα λογικοῦ, καὶ αὐτὸ λογικόν ἐστιν· ὁ δὲ κόσμος προΐεται σπέρμα λογικοῦ, λογικὸν ἄρα ἐστὶν ὁ κόσμος. ᾧ συνεισάγεται καὶ ἡ τούτου ὕπαρξις. καί ἐστιν ἡ τῆς συνερωτήσεως πιθανότης προῦπτος. πάσης γὰρ φύσεως καὶ ψυχῆς ἡ καταρχὴ τῆς κινήσεως γίνεσθαι δοκεῖ ἀπὸ ἡγεμονικοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐξαποστελλόμεναι δυνάμεις, ὡς ἀπό τινος πηγῆς τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐξαποστέλλονται· ὥστε πᾶσαν δύναμιν τὴν περὶ τὸ μέρος οὖσαν, καὶ περὶ τὸ ὅλον εἶναι, διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ἡγεμονικοῦ διαδίδοσθαι. ὅθεν, οἷόν ἐστι τὸ μέρος τῇ δυνάμει, τοιοῦτον*

1) Pag. 196.
2) Denar. Pythagor. c. 3. T. X. Thes. antiq. Graec. Gronovii.
3) Epist. 90.
4) Denar. Pythag. c. 3. p. 1349.
5) Pag. 511 ed. Meibom.
6) Praep. Evang. XV, 14. p. 817.
7) Ecl. phys. c. 6. p. 12.
8) Ecl. phys. p. 29.
9) Adv. Physicos IX. p. 575.

πολὺ πρότερόν ἐστι τὸ ὅλον. καὶ διὰ τοῦτο εἰ προΐεται λογικοῦ ζώου σπέρμα ὁ κόσμος, οὐχ ὡς τὸν ἄνθρωπον (ubi Fabricius annotat debere esse οὐχ ὡς ὁ ἄνθρωπος, vel subintelligendum λέγομενον) κατὰ ἀποβρασμὸν, ἀλλὰ καθὸ περιέχειν σπέρματα λογικῶν ζώων, περιέχει τὸ πᾶν; et infra ibidem: ΛΟΓΟΙ ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΙ λογικῶν ζώων ἐν αὐτῷ περιέχονται, et: ὁ δέ γε κόσμος περιέχει ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ [fortasse ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΥΣ] ΛΟΓΟΥΣ λογικῶν ζώων· λογικὸς ἄρα ἐστὶν ὁ κόσμος. Deus igitur proprie non erat ὁ ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ, sed in se omnes ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ complectebatur.

Recte Joachimus Kuhnius ad Laertium [1]) per σπερματικοὺς λόγους intelligit vim illam, quae instar seminarii continet in se causas rerum factarum, quae fiunt et quae futurae sunt, ut Aristocles supra laudatus dixit hoc semen ἔχειν τοὺς ΛΟΓΟΥΣ καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων καὶ τῶν ἐσομένων. Unde Joly Gallicus Marci Antonini interpres hos ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ eleganter vocat „la pepinière de la nature", ad Antoninum [2]), in quo haec vox non semel usurpatur, quique has seminales causas alibi [3]) vocat δυνάμεις γονίμους. Seneca [4]) *aeternam rationem toti inditam, et vim omnium seminum singula proprie figurantem* coniungit. De hocce autem σπερματικῶν λόγων vocabulo, quod saepissime in Stoicorum scriptis occurrit, vide Iacobum Thomasium [5]). Praeclare ad rem facit hic Athanasii [6]) de Christo ΛΟΓΩΙ loquentis locus, a Thomasio aliisque praetermissus: λόγον δέ φημι, οὐ τὸν ἐν ἑκάστῳ τῶν γενομένων συμπεπλεγμένον καὶ συμπεφυκότα, ὃν δὲ καὶ σπερματικόν τινες εἰώθασι καλεῖν, ἄψυχον ὄντα καὶ μηδὲν λογιζόμενον μήτε νοοῦντα· ἀλλὰ τῇ ἔξωθεν τέχνῃ μόνον ἐνεργοῦντα κατὰ

1) VII, 136. 2) Lib. IV, 14. 21 et VI, 24.

3) Lib. IX, 1.

4) Epist. 90. [Secundum Stoicos οἱ σπερματικοὶ λόγοι εἰσὶν ἄφθαρτοι, teste Proclo Opp. T. V. p. 135 ed. Cous.]

5) Dissert. 14. de deo formam mundi informante, a p. 191 ad p. 198.

6) Adv. gentes p. 39. [p. 44 ed. Colon. 1686.]

τὴν του ἐπιβάλλοντος αὐτὸν ἐπιστήμην. Suos autem Stoici habebant σπερματικοὺς λόγους, ut sua ψηγμάτια Heraclitus, sua σωμάτια et μονάδας Leucippus, sua ναστὰ et εἴδωλα Democritus, suas Anaxagoras ὁμοιομερείας, sua ἀδιαίρετα Metrodorus Chius, suas ἀτόμους Epicurus, sua semina rerum et genitalia corpora Lucretius [1]), sua Diodorus, cognomine Κρόνος, seu Saturnus, ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ σώματα, suos Bithynius Asclepiades ἀνάρμους ὄγκους, de quibus vide Sextum Empiricum [2]), suos ἀριθμοὺς Pythagoras, suas ἰδέας Plato, suas Aristoteles formas, suas Sinenses lineolas, vel potius suam vim, seu virtutem materiae insitam, quam *Ly* dicunt, et omnium rerum principium esse putant, suas, inter recentiores, formas plasticas Cudworth, suas denique immortalis Buffo partes, seu moleculas organicas, quarum semina fuerunt οἱ σπερματικοὶ λόγοι porticus.

Quod vero contendimus, deum in se omnes σπερματικοὺς λόγους continere, id confirmatur auctoritate Athenagorae [3]), cui Stoicorum deus dicitur esse πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφὸς ἅπαντας τοὺς ΣΠΕΡΜΑΤΙΚΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται. Pro ἐμπεριειληφὸς Plutarchus [4]), in quo eadem ad verbum, habet ἐμπεριειληφότος, ut referatur ad mundum, non autem ad deum. Sic Seneca [5]): *ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et legem barbae et canorum nondum natus infans habet; totius enim corporis, et sequentis aetatis in parvo occultoque lineamenta sunt. Sic origo mundi, non minus solem et lunam, et vices siderum, et animalium ortus, quam quibus mutarentur terrena, continuit.* Sic Balbus Stoicus apud Ciceronem [6]) dicit, mundum reliquas naturas omnes, earumque semina continere; et [7]): *omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor*

---

1) Lib. I. v. 52 et 53. 2) Adv. Physicos IX. p. 621.
3) Pag. 56 ed. Rechenberg. 4) De plac. phil. I, 7. p. 881.
5) Quaest. nat. III, 29. [Pro *canorum* fortasse legendum *capillorum*.]
6) De N. D. II, 33. 7) De N. D. II, 34.

est mundus, ut Plato [1]) naturam vocat *τροφὴν καὶ τιθήνην τοῦ παντός*. Laertius [2]): *ἔστι φύσις ἕξις κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους*. Augustinus [3]) pariter dicit a deo esse *semina* formarum, formas *seminum*, motus *seminum* atque formarum. Idem Augustinus [4]) sic habet: *In hanc sententiam etiam quosdam versus Valerii Sorani exponit idem Varro; . . . . . qui versus hi sunt:*

Iuppiter omnipotens, regum rex ipse deusque,
Progenitor, genitrixque deum, deus unus et omnis.

Exponuntur autem in eodem libro, ita ut eum marem existimarent, qui semen emitteret, foeminam, quae acciperet, Iovemque esse mundum, et eum omnia semina ex se emittere, et in se recipere: qua causa, inquit, scripsit Soranus, Iuppiter progenitor genitrixque. Soranus autem et Varro dicunt Iovem esse progenitorem et genitricem, marem et foeminam, ut Orpheus apud Eusebium [5]):

Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄφθιτος ἔπλετο νύμφη.

Ut Synesius [6]), deum alloquens:

Σὺ πατὴρ, σὺ δ' ἔσσι μάτηρ,
Σὺ δ' ἄῤῥην, σὺ δὲ θῆλυς,

et alibi [7]) eum vocat *σπέρμα τὸ πάντων θῆλυ καὶ ἄῤῥεν*. Varro dicit Iovem semen emittere, ut Seneca [8]): *Hunc* (Iovem) *et Liberum patrem, et Herculem, ac Mercurium nostri putant. Liberum patrem: quia omnium parens sit, quod ab eo primum inventa seminum vis est, consultura per voluptatem.* Qui quidem Senecae locus hisce illustratur Augustini [9]) verbis: *Ibi Liber, qui marem effuso semine liberat. Ibi Libera, quam et Venerem volunt, quae hoc idem beneficium conferat foeminae, ut etiam ipsa emisso semine liberetur.* Idem [10]): *confert selectus Saturnus semen ipsum: confert selectus Liber eiusdem seminis emissionem viris: confert hoc idem Libera, quae Ceres seu Venus*

---

1) Timaeo p. 1086. 2) Pag. 199.
3) De C. D. V, 11.
4) Ibid. VII, 9. [De hoc loco v. p. 420 monita.]
5) Praep. ev. III, 9. p. 100. 6) Hymn. 2.
7) Hymn. 3. 8) De benefic. IV, 8.
9) De C. D. VII, 2. 10) Ibid. c. 3.

est, foeminis; et ibidem infra docet omnium seminum emittendorum potestatem habere Liberum et Liberam. Et alibi [1]): *Liberum a liberamento appellatum volunt, quod mares in coëundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem in foeminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, quod et ipsas perhibeant semina emittere, et ab hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, foemineam Liberae.* Et hoc utique totum refertur ad mundum, id est, ad Iovem, qui propterea dictus est *progenitor genitrixque,* quod omnia semina ex se emitteret, et in se reciperet. Unde idem Augustinus [2]) de Iove: *ipse est igitur, penes quem sationum omnium dominatus est.*

Ita Chrysippus ut a Iove profluere et derivari seminales rationes significet, allegorice interpretatur obscoenam tabulam Sami publice expositam, in qua Iuno Iovi ore morigerans exhibebatur, referente Origene [3]), qui dicit Chrysippum *παρερμηνεύειν γραφὴν τὴν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾗ ἀῤῥητοποιοῦσα ἡ Ἥρα τὸν Δία ἐγέγραπτο. λέγει γὰρ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν ὁ σεμνὸς φιλόσοφος, ὅτι τοὺς σπερματικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη παραδεξαμένη ἔχει ἐν ἑαυτῇ εἰς κατακόσμησιν τῶν ὅλων. ὕλη γὰρ ἡ ἐν τῇ κατὰ τὴν Σάμον γραφῇ, ἡ Ἥρα, καὶ ὁ θεὸς ὁ Ζεύς.* Hunc quidem Chrysippi locum, ex eius *περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων συγγράμματι* decerptum, respiciunt Laertius [4]) in Chrysippi vita omnino videndus, et Theophilus [5]) ad Autolycum; quam quidem oris impurissimi Lesbiacam foeditatem et Iovi exprobraverat Orpheus apud Laertium [6]).

---

1) De C. D. VI, 9. 2) Ibid. VII, 13.

3) Contra Celsum. IV. p. 540. [T. I. p. 538 ed. Wirzeb.]

4) Pag. 209.

5) III. p. 267: *Χρύσιππος δὲ ὁ πολλὰ φλυαρήσας πῶς οὐχὶ εὑρίσκεται, σημαίνων τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ.* Idem dedecus supra p. 226 Iunoni exprobraverat Theophilus. [Iidem loci supra ad c. 32 aliam ob caussam allati fuere.]

6) Prooem. p. 2. [De hac pictura Samia cf. Lobeckii Aglaoph. Tom. I. p. 606 seq. Ceterum quum iam olim, Diogene Laertio VII, 188 teste, fuissent qui quod de illius picturae argumento Chry-

Haud absimiliter Pan, qui idem erat ac natura, apud Cornutum [1]) dicitur lascivus et libidinosus fingi, *διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐμπεριείληφε* (sic enim legendum probavimus) *σπερματικῶν λόγων, καὶ τῶν κατὰ σύμμιξιν ἐξ αὐτῶν γιγνομένων*, scilicet ob seminalium causarum, quibus turget; et eorum omnium, quae ex iis per commixtionem gignuntur, affluentem copiam. Sic Porphyrius apud Eusebium [2]): *ὁ δὲ ἐντεταμένος Ἑρμῆς δηλοῖ τὴν εὐτονίαν· δείκνυσι δὲ καὶ τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων*, ubi vides Mercurium ideo rigente Veneris percitum mysterio virilibusque arrectis effingi, ut per eum, quem idem esse ac rationem declaravimus, significetur seminalis ratio per omnia aeque pertinens et diffusa. Simile quid, quod mireris, vel apud Sinenses occurrit [3]), et apud Aegyptios [4]).

---

sippus tradidisset, ab ipso fictum esse contenderent, in promptu est adnotare, in ipsius argumenti certe foeditate non offendendum esse, quandoquidem in tabula a Parrhasio picta Atalantam Meleagro morigerantem exhibitam esse constat. V. Raoul-Rochette Peintures antiques inédites p. 256, et de illa ipsa pictura et omnino de toto hoc genere *πορνογραφίας* consulendum. Quibus addendum, ab hac nefanda libidine modo plane viperino (v. Physiologum in Maii Auct. cl. T. VII. p. 595 et Placidum ibid. T. VI. p. 574) exercenda, nullo adeo sexus discrimine habito, veteres omnino non abstinuisse, quod non uno potest demonstrari exemplo. V. Priap. 12. 21. 75. Polyb. XII, 13. Sueton. de ill. gramm. 23 fin. Unum locum instar omnium (nam quos modo laudavi non plane eosdem irrumationis modos enarrantes excutiat, qui eiusmodi deliciarum amator fuerit) exscribam Iuvenalis VI, 300:

Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis et capitis quae sint discrimina, nescit.]

1) Cap. 27. p. 203. 2) Praep. evang. III, 11. [p. 114.]

3) Claud. Visdelou p. 433. annotationum subiectarum *notice de l'Yking*, quam cum versione gallica Chouking a patre hausit confecta Paris. 1770. edidit Clar. de Guignes. [Huius verba sunt, alibi a Villoisono sic apposita: ,,Tout ce qui anime le corps, est souvent appellé du nom de *Chin*, surtout lorsqu'au terme de *Chin* on ajoute celui de *tsing*, c'est à dire *semen*, pour faire de ces deux termes le *Tsing-chin*, qui veut dire *semen et spiritus rationalis:* manière de

Hosce *spiritus rationales*, haec *insita rerum* semina Cornutus [1]), de Atlante loquens, quem idem esse ac mundum opinatur, τοὺς ἐμπεριεχομένους ἐν αὐτῷ (κόσμῳ) λόγους vocat, ut alibi [2]), τοὺς ἐν αὐτῷ ΛΟΓΟΥΣ τῆς φύσεως, atque Iohannes Diaconus ὁ Γαληνὸς [3]) eosdem spiritus dicit τοὺς τοῦ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ΛΟΓΟΥΣ. Clemens autem Alexandrinus [4]) τῆς φύσεως, non ΛΟΓΟΥΣ, sed ΛΟΓΙΣΜΟΥΣ habet. At Philo [5]): οὐ μόνον ἦσαν οἱ καρποὶ τροφαὶ ζώοις, ἀλλὰ καὶ παρασκευαὶ πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων ἀεὶ γένεσιν, τὰς σπερματικὰς οὐσίας περιέχουσαι, ἐν αἷς ἄδηλοι μὲν καὶ ἀφανεῖς οἱ λόγοι τῶν ὅλων εἰσίν. Quod prorsus Stoicum esse non negabit, qui quae superius a nobis dicta sunt, ea attente legerit.

Porro haec eadem suprema ratio, ὁ ΛΟΓΟΣ, sive deus, a Stoicis ac peculiariter a Zenone appellatur *divina naturalisque lex*, teste Lactantio [6]), docente hanc legem idem esse Stoicis ac naturalem vim divina ratione praeditam, et perinde esse, sive ratio, sive divina lex dicatur, cum semper idem per hasce varias appellationes intelligatur deus. Sic idem Zeno apud Ciceronem [7]) *naturalem legem* divinam esse censet, et Chrysippus apud eundem Ciceronem [8]) legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Iovem dicit esse. Auctor libri de mundo [9]): νόμος μὲν γὰρ ἡμῖν ἰσοκλινὴς, ὁ θεὸς, οὐδεμίαν ὑποδεχόμενος διόρθωσιν, ἢ μετάθεσιν· κρείττων δὲ, οἶμαι, καὶ βεβαιότερος τῶν ἐν κύρβεσιν ἀναγεγραμμένων.

---

parler, qui est communément en usage pour signifier l'état du corps vigoureux, plein de suc, semineque et spiritibus turgentem, quomodo Pana vocat Cornutus [p. 203]"].

4) Liber de divina sapientia secundum Aegyptios X, 17. p. 647. Tomi quarti Operum Aristotelis ed. Paris. 1654.

1) Cap. 26. p. 202. 2) Cap. 5. p. 145.

3) Initio Allegor. in Hesiod. Theogon. p. 230. col. 1.

4) Paedag. II, 10. p. 220.

5) De mundi opificio p. 9. [T. I. p. 26 ed. Pfeiffer.]

6) Inst. div. I, 5. 7) De N. D. I, 14.

8) De N. D. I, 15. 9) Cap. 6. p. 615.

Hinc illa divina naturalisque lex ita prorsus dicebatur *communis hominum deorumque*, ut rationem, quam eandem esse atque illam legem constat, deorum hominumque communem esse supra declaravimus. Cleanthes in suo hymno:

— ἐπεὶ οὔτε βροτοῖς κέρας ἄλλο τι μεῖζον,
οὔτε θεοῖς, ἢ κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν δίκῃ ὑμνεῖν.

Marcus Antoninus [1]): *θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων* (quod et alibi [2]) usurpat) *καὶ ἀλήθεια μία.* Cicero [3]): *est igitur* (*quoniam nihil est ratione melius, eaque et in homine et in deo*), *prima homini cum deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est.* Balbus Stoicus apud eundem Ciceronem [4]): *sequitur, ut eadem sit in iis, quae in genere humano, ratio, eademque veritas* (prorsus ut in Antonino supra laudato) *utrobique sit eademque lex: quae est recti praeceptio pravique depulsio.*

Enimvero haec lex a Stoicis definiebatur *recta praecipiens et prava vetans.* Idem Cicero [5]) dicit a doctissimis viris, scilicet, a Stoicis, legem definiri rationem summam, insitam in natura, *quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria. Arbitrantur,* inquit, *prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, ut recte facere iubeat, vetet delinquere.* Et infra [6]): *Lex est recta ratio imperandi atque prohibendi.* Et alibi [7]) eam definit *rectam rationem in iubendo et vetando*, et alio loco [8]): *hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis dei. Ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, recte est laudanda: est enim ratio mensque sapientis, ad iubendum et ad deterrendum idonea.* Et infra: *quamobrem lex vera*

---

1) Lib. VII, 9.
2) Lib. VII, 53. IV, 4.
3) De legibus I, 7.
4) De N. D. II, 31.
5) De leg. I, 6.
6) Ibid. I, 15.
7) Ibid. I, 12.
8) Ibid. II, 4.

atque princeps, apta ad iubendum et ad vetandum, ratio est recta summa Iovis. Idem Tullius apud Lactantium [1]): *Est vera lex, recta ratio, naturae congruens, diffusa in omnes* (ut eam *κοινὸν νόμον* vocat Cleanthes supra laudatus), *constans, sempiterna, quae vocet ad officium, iubendo; vetando, a fraude deterreat.* Apud Cornutum [2]) Mercurius, quem idem esse cum Iove supra e Seneca probavimus, dicitur *ἐπανορθώσει* (lege divisim *ἐπ' ἀνορθώσει*), *νόμος προστακτικὸς τῶν ὡς ἐν κοινωνίᾳ ποιητέων*, ubi adde cum codd. Regiis 2720 et 3076. *καὶ ἀπαγορευτικὸς τῶν οὐ ποιητέων*, vel *μὴ ποιητέων* cum codd. Regiis 3052 et 2551: quae verba revocanda iam viderat *ὁ πάνυ* Salmasius, quod et annotaverat in codice Regio 3078, ubi e quodam codice manuscripto Cornuti excerptas lectionum varietates exhibet. Enimvero cum de hac lege naturali divinaque verba faciunt Stoici, semper docent eam esse non solum *recti praeceptionem*, sed etiam *pravi depulsionem*, quod e Cicerone Graecos *κατὰ πόδα* sequente declaravimus [3]). Sic loquebatur Chrysippus, qui fulcire dicitur porticum, de quo haec habes in Digestis [4]): *Philosophus summae Stoicae sapientiae Chrysippus sic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου· ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων·* (ut iam Pindarus dixerat, *νόμον πάντων βασιλέα θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων εἶναι*) *δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέων.* Plutarchus [5]): *τὸ κατόρθωμά φασι νόμου πρόσταγμα εἶναι· τὸ δ' ἁμάρτημα,*

---

1) Institut. div. VI, 8. 2) Cap. 16. p. 170. [ubi v. not.]

3) Cicero de N. D. I, 14: *Zeno naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere, recta imperantem prohibentemque contraria.* Apud eundem II, 31. Balbus Stoicus: *sequitur, ut eadem sit in iis, quae in genere humano, ratio, eademque veritas utrobique sit eademque lex, quae est recti praeceptio pravique depulsio.*

4) Lib. I. Tit. 3, 12. 5) De Stoic. repugn. p. 1037.

νόμου *ΑΠΑΓΟΡΕΥΜΑ*. Clemens Alexandrinus [1]): *τινὲς* (Stoici) *λόγον ὀρθὸν* (ut eam Cicero vocat *rectam rationem*) *τὸν νόμον ἔφασαν· προστακτικὸν μὲν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον.* Quae verba et in Stobaeo [2]) leguntur. Antoninus [3]): *εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινόν, καὶ ὁ λόγος, καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν, κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν ποιητέων, ἢ μή, λόγος κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός:* quae quidem verba sunt eorum, quae iam supra diximus, veluti *ἀνακεφαλαίωσις*. Unde haec recte annotat Abbas d'Olivet [4]): „la raison, l'intelligence etc." Sic Philo [5]), quem interdum stoicissare declaravimus, dicit *πρόσταξιν τῶν πρακτέων καὶ ἀπαγόρευσιν τῶν οὐ πρακτέων ἴδιον νόμον*, et alibi [6]) legem contendit *προστάττειν ἃ δεῖ, καὶ ἀπαγορεύειν ἃ μὴ χρή*, et alibi [7]): *τῶν γὰρ ἐν ταῖς προστάξεσι καὶ ἀπαγορεύσεσι νόμων, οἳ δὴ κυρίως εἰσὶ νόμοι*, et [8]): *νόμος δὲ οὐδέν ἐστιν ἕτερον, ἢ λόγος προστάττων ἃ χρὴ καὶ ἀπαγορεύων ἃ μὴ χρή.* Similia et Iamblichus [9]).

Porro apud Stoicos ille deus, seu *ΛΟΓΟΣ*, non solum *lex naturalis divinaque*, sed etiam et *fatum* appellatur et

---

1) Strom. I. p. 420. [p. 350. B.]

2) Hic quoniam legis et Stobaei mentio incidit, iuvat vocem *νόμον* elapsam revocare et restituere Diotogeni in libro de regno apud Stobaeum Serm. 46. p. 329. ubi sic legitur: *βασιλεὺς κ' εἴη ὁ δικαιότατος· δικαιότατος δὲ, ὁ νομιμώτατος. ἄνευ δὲ νόμω, δικαιοσύνα* (subauditur *οὐδεμία.*) *τὸ μὲν γὰρ δίκαιον νόμῳ ἐντὶ* (forte *ἐκ νόμω ἐντὶ*), *ὁ δὲ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ αἴτιος τῶ δικαίω*, ubi lege *ὁ δέ γε νόμος* pro *ὁ δὲ γενόμενος*. Mendum hinc ortum est, quod in veteribus codicibus legeretur *ΟΔΕΓΕΝΟΜ*, per quod compendium pariter designatur *ὁ δέ γε νόμος* et *ὁ δὲ γενόμενος;* de quo vide Tabulam septimam terminationum et compendiorum nostrae Apollonii editioni praefixam.

3) IV, 4.

4) Ad primum Ciceronis librum de N. D. p. 73. T. I. version. Gallicae.

5) Lib. II. de vita Mosis p. 654.

6) De migr. Abrah. p. 408.

7) Tractat. quod deus sit immutabilis p. 301.

8) De praemiis et poenis p. 918.

9) In epistola ad Agrippam ap. Stob. Serm. 44. p. 315.

necessitas omnium rerum. Supra vidimus apud Tertullianum [1], *ΛΟΓΟΝ*, id est, sermonem atque rationem, quem apud gentilium sapientes constat artificem videri universitatis, et *fatum* vocari, et *deum*, et *animum Iovis*, et *necessitatem omnium rerum.* Ubi animus *Iovis* nihil aliud est, quam ὁ τοῦ Διὸς λόγος, quem Chrysippus apud Plutarchum [2]) cum *fato* unum idemque esse contendit, τῇ *ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΙ* τὸν αὐτὸν εἶναι; ut idem Plutarchus [3]) dicit Platonis fatum nihil aliud esse, quam universam mundi animam, quae erat ὁ τοῦ *ΔΙΟΣ ΛΟΓΟΣ*. Idem quoque significat ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, quem ab omnibus Stoicis cum Iove et fato confundi sic docet Plutarchus [4]): ὅτι δ' ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε. πανταχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν. Sic Zeno apud Stobaeum [5]) supra laudatum, dicit διὰ ὕλης διαθεῖν τὸν τοῦ παντὸς *ΛΟΓΟΝ*, ὃν ἔνιοι εἱμαρμένην καλοῦσιν. *Nam*, ut ait Lactantius [6]), *sive natura, sive aether, sive ratio, sive mens, sive fatalis necessitas, sive divina lex, sive quid aliud dixeris: idem est, quod a nobis dicitur deus; nec obstat appellationum diversitas, cum ipsa significatione ad unum omnia revolvantur.* Sic Seneca [7]): *quisquis formator universi fuit, sive ille deus est potens omnium, sive incorporalis ratio ingentium operum artifex, sive divinus spiritus, per omnia maxima minima, aequali intentione diffusus, sive fatum et immutabilis causarum inter se cohaerentium series.* Revera diserte dicit Laertius [8]), Stoicis unum idemque esse et deum, et mentem, et fatum, et Iovem, et aliis praeterea cognominibus gaudere numen: ἕν τε εἶναι θεὸν καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία, πολλαῖς τε ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι. Apud Stobaeum [9]) legitur: Ἀντίπατος ὁ Στωϊκὸς θεὸν ἀπεφαίνετο

---

1) Apolog. c. 21. 2) De Stoic. repugn. p. 1056.
3) De fato p. 568. 4) De Stoic. repugn. p. 1050.
5) Ecl. phys. p. 29. 6) Instit. div. I, 5. p. 18 et 19.
7) Cons. ad Helv. c. 8. 8) Pag. 196. [VII, 135.]
9) Eclog. phys. p. 12. [T. I. p. 178 ed. Heeren., apud quem *Ἀντίπατρος*, quod unice verum, nunc e codd. repositum legitur.]

τὴν εἱμαρμένην, ubi pro corrupta *ΕΝΤΙΠΑΤΟΣ Panaetium* habet interpres Latinus; ego potius legerim *ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ*, cuius Stoici libros de natura et de mundo laudat Laertius [1]), qui eum Tyrium dicit.

Fatum autem et Iovem, seu supremum deum, idem esse apud Stoicos, sic clare docet Seneca [2]): *vis illum fatum vocare? non errabis; hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum*, et alibi [3]): *hunc eundem et fatum si dixeris, non mentieris; nam cum fatum nihil aliud sit, quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua ceterae pendent*, et infra [4]): *sic hanc naturam voca fatum* etc. Idem [5]): *sive ille deus est potens omnium, sive incorporalis ratio ingentium operum artifex, sive divinus spiritus, per omnia maxima minima, aequali intentione diffusus, sive fatum et immutabilis causarum inter se cohaerentium series.* Cornutus [6]) de Iove sic loquitur: *Εἱμαρμένη δέ ἐστιν* (ὁ *Ζεύς*), *καθ' ἣν μέμαρται* (sic enim e codd. mss. emendavimus) *καὶ συνείληπται πάντα ἐν τάξει καὶ στοίχῳ μὴ ἔχοντι πέρας γινόμενα* (sic legendum pro absurdo et inepto *στοιχείου μὴ ἔχοντος*, codices mss. monstrant) *ἅπερ ἡ πρώτη συλλαβὴ περιέχει, καθάπερ καὶ ἐν τῷ εἱρμῷ.* Quae esse ipsamet Chrysippi et placita et verba, a Gellio [7]) servata, vere monuit Bruckerus [8]). Cicero [9]) de ratione (*ΛΟΓΩΙ*) perfecta et sempiterna sic loquitur: *quam vim animam esse dicunt mundi* (ut eundem animum vocant *τὸν τοῦ Διὸς ΛΟΓΟΝ, τὸν κοινὸν τῆς φύσεως ΛΟΓΟΝ*) *eandemque esse mentem sapientiamque perfectam: quem deum appellant* (ut supra Laertius *ἓν εἶναι θεὸν καὶ νοῦν*) *omniumque rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam, procurantem caelestia maxime; deinde in terris ea, quae pertinent ad homines; quam interdum eandem necessitatem appellant; quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem et immutabilem continuationem or-*

---

1) Pag. 197. 198 et 200.
2) Quaest. nat. II, 45.
3) De beneficiis IV, 7.
4) Ibidem IV, 8.
5) Cons. ad Helv. c. 8.
6) Cap. 13. p. 155. [ubi v. not.]
7) VI, 2.
8) Tom. II. p. 540.
9) Acad. quaest. I, 7.

dinis supremi. Eleganter Seneca [1]): *qualem dicimus esse seriem causarum, ex quibus nectitur fatum, talem et cupiditatum; altera ex fine alterius nascitur.* Apud Ciceronem [2]) Velleius sic Stoicos alloquitur: *Hinc vobis exstitit primum illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην dicitis, ut, quidquid accidat, id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis.* Seneca [3]): *quid fles? quid optas? perdis operam.*

Desine fata deum flecti sperare precando:

rata et fixa sunt, atque magna et aeterna necessitate ducuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi novum est? ad hanc legem natus es; hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, et nulla mutabilis ope, illigat ac trahit cuncta. Quod hic quidem de morte, de omnibus aliis dicebant Stoici. Antoninus [4]): *ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαρτο, καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον,* et [5]): *ἑκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδου, παρέχων συννῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βούλεται,* et [6]): *συνεχῶς ἐπινοεῖν· καὶ πῶς εἰς αἴσθησιν μίαν τὴν τούτου, πάντα ἀναδίδοται. καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα πράσσει· καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων συναίτια· καὶ οἷά τις ἡ σύννησις καὶ συμμήρυσις.* Sic habet [7]): *τὰ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα.* Haud aliter dicunt Sinenses, teste Claudio Visdelou [8]): „Les destinées sont marquées etc." in quo quidem Sinenses mire consentiunt cum Stoicis semper praedicantibus necesse esse, ut homines deum, fatum, rectam rationem sequantur. Ut Sinenses, sic noster Chrysippus fatum semper vocavit *ΛΟΓΟΝ.* Apud Stobaeum [9]) et apud Plutarchum [10]), *Χρύσιππος δύναμιν πνευματικὴν* (ut Heraclitus ibidem *αἰθέριον σῶμα*) *τὴν οὐσίαν τῆς εἱμαρμένης τάξιν τοῦ παντὸς διοικητικὴν* appellat. Sic Antoninus [11]) deum vocat *τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον,*

---

1) Epist. 19.
2) De N. D. I, 20.
3) Epist. 77.
4) IV, 26.
5) IV, 34.
6) IV, 40.
7) III, 4.
8) Pag. 418. not. subiect. notic. Y-king.
9) Ecl. phys. c. 6. p. 12.
10) De plac. philos. I, 28. p. 885.
11) Lib. V, 32.

καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν: quemadmodum et Heraclitus apud Stobaeum [1]) fatum vocaverat *περιόδου μέτρον τεταγμένης*. Iidem, Stobaeus et Plutarchus, in loco supra laudato, sic pergunt: *καὶ πάλιν (ὁ Χρύσιππος) ἐν τοῖς ὅροις· εἱμαρμένη ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου ΛΟΓΟΣ, ἢ ΛΟΓΟΣ* (Plutarchus habet *ΝΟΜΟΣ*, quod idem esse probavimus) *τῶν ὄντων ἐν τῷ κόσμῳ, προνοίᾳ διοικουμένων, ἢ λόγος, καθ' ὃν τὰ μὲν γεγονότα γέγονε· τὰ δὲ γινόμενα γίνεται· τὰ δὲ γενησόμενα γενήσεται.* Hoc Antoninus [2]) vocat *σύγκλωσιν καὶ ἐπιπλοκὴν τῶν προνοίᾳ διοικουμένων*, et [3]) *λόγῳ τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντι.* Sic Aristocles in septimo de philosophia libro apud Eusebium [4]) dicit, Stoicis videri *τὸ μέντοι πρῶτον πῦρ εἶναι καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γιγνομένων, καὶ τῶν ἐσομένων· τὴν δὲ τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ νόμον εἶναι τῶν ὄντων ἀδιάδραστόν τινα καὶ ἄφυκτον. ταύτῃ δὲ πάντως διοικεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν κόσμον ὑπέρευ, καθάπερ ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ τινὶ πολιτείᾳ.*

Laertius [5]) de iisdem Stoicis loquens dicit *τὴν εἱμαρμένην* esse *ΛΟΓΟΝ, καθ' ὃν ὁ κόσμος ΔΙΕΞΑΓΕΤΑΙ*, ut Damascenus a Lipsio [6]) laudatus: *πρόνοιά ἐστι βούλησις θεοῦ, δι' ἣν πάντα τὰ ὄντα τὴν πρόσφορον διεξαγωγὴν λαμβάνει*; quod ad verbum habet Nemesius [7]). Plato in Timaeo, laudante Plutarcho [8]), dicit fatum esse *ΝΟΜΟΝ ἀκόλουθον τῇ τοῦ παντὸς φύσει, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα*, ut Nemesius [9]), Platonis de mundi anima sententiam explicans, dicit *δημιουργὸν*, id est, creatorem, animae mundi *ΝΟΜΟΥΣ δεδωκέναι, καθ' οὓς ΔΙΕΞΑΓΕΙΝ ὀφείλει τοῦτο τὸ πᾶν, οὓς καὶ εἱμαρμένην καλεῖ*, et alibi [10]),

---

1) Ecl. phys. p. 12.
2) II, 3.
3) IV, 46.
4) Praep. ev. XV, 14. p. 817.
5) Pag. 200.
6) Phys. Stoic. I. diss. 11. p. 54.
7) De nat. hom. c. 42. p. 166.
8) De fato p. 568.
9) De nat. hom. c. 2. p. 48.
10) Ibid. c. 38. p. 144.

de eodem Platone loquens, illi videri docet *τοῦτον δὲ τὸν ΝΟΜΟΝ* (id est *θεῖον νόμον*, seu *᾿Αδράστειαν* et *εἱμαρμένην*) *δίδοσθαι παρὰ τοῦ πρώτου καὶ ἀνωτάτου θεοῦ τὸν παντὸς* (lege *τῇ τοῦ παντὸς* [1])) *ψυχῇ εἰς διακόσμησιν τῶν ὅλων, καθ᾽ ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα;* qua voce, scilicet *ΔΙΕΞΑΓΕΣΘΑΙ*, eodem sensu idem Nemesius alibi [2]) usus est.

Plutarchus [3]): *Πλάτων ἐν τῇ Πολιτείᾳ* [4]) *᾿Ανάγκης θυγατρὸς Κόρης Λαχέσεως λόγον φησὶν εἶναι τὴν εἱμαρμένην, οὐ τραγικῶς, ἀλλὰ θεολογικῶς* [5]) *τὸ ἀρέσκον αὐτῷ ἀποφαινόμενος. εἰ δὲ κοινότερον ἐθέλοι τις ταῦτα μεταλαβὼν ὑπογράψαι, ὡς μὲν ἐν Φαίδρῳ, λέγοιτ᾽ ἂν ἡ εἱμαρμένη, λόγος θεῖος ἀπαράβατος δι᾽ αἰτίαν ἀνεμπόδιστον.* Sic Nemesius [6]), de Platone loquens: *Πλάτων δὲ διχῶς λέγει τὴν εἱμαρμένην· τὴν μὲν κατ᾽ οὐσίαν τὴν δὲ κατ᾽ ἐνέργειαν· κατ᾽ οὐσίαν μὲν, τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν·*

---

1) [Ita nunc e codd. repositum legitur in ed. Matthaei p. 304.]

2) De nat. hom. c. 42. p. 161. 3) De fato [p. 568.]

4) X. p. 763.

5) [Chalcidius in Plat. Timaeum fol. XXXVIII. b. ed. Ascens. *porro in Politia Lacheseos appellat orationem non tragice, sed more theologorum.*]

6) [De nat. hom. c. 38. init. Malit aliquis Plutarcho restituere *ἀναπόδραστον* pro *ἀνεμπόδιστον.* Quam suspicionem firmare videtur locus de fato simillimus, nescio unde descriptus apud Manuelem Moschopulum Gramm. ed. Titze p. 51: *Εἱμαρμένη, γένεσις αἰτία τῶν ὅλων· ἢ λόγος, καθ᾽ ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται, ἢ εἱρμός τις καὶ ἐπισύνδεσμος ἀπαράβατος, δι᾽ αἰτίαν ἀναπόδραστον· ἢ δύναμις κινητικὴ τῆς ὕλης.* Quibus verbis bonus magister de se addit: *ἡμεῖς δὲ Χριστὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα.* Nihil tamen mutandum esse docent Chrysippi apud Plutarchum de Stoic. repugn. p. 1056 de fato dissentis verba: *οὐδὲ γὰρ ἅπαξ, ἢ δὶς, ἀλλὰ πανταχοῦ, μᾶλλον δ᾽ ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς, γέγραφε, ταῖς μὲν κατὰ μέρος φύσεσι καὶ κινήσεσιν ἐνστήματα πολλὰ γίνεσθαι καὶ κωλύματα, τῇ δὲ τῶν ὅλων, μηδέν. καὶ πῶς εἰς τὰς κατὰ μέρος ἡ τῶν ὅλων διατείνουσα κίνησις, ἐμποδιζομένων καὶ κωλυομένων ἐκείνων, ἀνεμπόδιστος αὐτὴ καὶ ἀκώλυτός ἐστιν;* Rursus tamen Plutarchus apud Stobaeum Ecl. phys. T. I. p. 188 ed. Heeren. *εἱμαρμένην* appellat *ἀναπόδραστον;* neque aliter Auctor libri de mundo c. 7.]

κατ' ἐνέργειαν δὲ, θεῖον νόμον ἀπαράβατον δι' αἰτίαν ἀναπόδραστον. καλεῖ δὲ τοῦτον θεσμὸν Ἀδράστειαν. Idem Plato apud Stobaeum [1]) dicit *ΛΟΓΟΝ ἀΐδιον τὴν οὐσίαν τῆς εἱμαρμένης, καὶ νόμον ἀΐδιον τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.*

Stoici vero et ante eos Platonici fatum vocantes *ΛΟΓΟΝ*, in hoc imitati sunt Heraclitum dicentem apud Stobaeum [2]), *εἱμαρμένην* esse *ΛΟΓΟΝ ἐκ τῆς ἐναντιοδρομῆς δημιουργὸν τῶν ὄντων.* Idem Heraclitus apud eundem alibi Stobaeum [3]), ut et apud Plutarchum [4]), docet fatum esse *ΛΟΓΟΝ τὸν διὰ τῆς οὐσίας τοῦ παντὸς διήκοντα. Αὕτη δ' ἐστὶ τὸ αἰθέριον σῶμα, σπέρμα τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως, καὶ περιόδου μέτρον τεταγμένης.* Idem ibidem addit omnia fato fieri et hoc fatum idem esse ac necessitatem: *πάντα δὲ καθ' εἱμαρμένην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν ΑΝΑΓΚΗΝ.* Idem fere sentiebat Leucippus, qui fatum ipse vocabat *ΛΟΓΟΝ*, illudque cum necessitate confundebat; quod sic legis apud Stobaeum [5]): *Λευκίππου· πάντα κατ' ἀνάγκην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν εἱμαρμένην· λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ νοῦ· οὐδὲν χρῆμα μάτην γίγνεται, ἀλλὰ πάντα ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης*, ubi haec verba *ΕΚ ΛΟΓΟΥ* ita intelligi possunt quasi haberetur *ἐξ εἱμαρμένης*, cum *τὸν λόγον* et *τὴν εἱμαρμένην* idem esse probaverimus.

In hoc quoque Heraclitum secuti sunt Stoici, quod *εἱμαρμένην* pariter vocaverint *ἀνάγκην*, necessitatem, et pro uno eodemque habuerint. Apud Stobaeum [6]) Chrysippus fatum modo *ΛΟΓΟΝ*, modo veritatem, modo causam, modo naturam, modo *necessitatem* appellavit: *μεταλαμβάνει δ' ἀντὶ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν, τὴν αἰτίαν, τὴν φύσιν, τὴν ἀνάγκην.* Sic idem Chrysippus apud Ciceronem [7])

---

1) Ecl. phys. I, 6. p. 12. [T. I. p. 178 ed. Heeren.]
2) Ibid. c. 1. p. 2.
3) Ibid. c. 6. p. 12. [T. I. p. 178 ed. Heeren.]
4) De plac. philos. I, 28. p. 885.
5) Ecl. phys. c. 5. p. 10. [T. I. p. 160 ed. Heeren. quem vide.]
6) Ibid. c. 6. p. 12. [T. I. p. 180 ed. Heeren.]
7) De N. D. I, 15.

deum dicit esse *fatalem umbram et necessitatem rerum futurarum*, et infra ibidem: *idem etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Iovem dicit esse, eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem.* Supra apud Tertullianum [1]) et Lactantium [2]) vidimus deum modo rationem, modo divinam naturalemque legem, modo fatum, modo necessitatem omnium rerum, modo divinam fatalemque necessitatem promiscue appellari. E Cicerone [3]) declaravimus, rationem perfectam et sempiternam, vim animumque mundi, mentem sapientiamque perfectam, id est, deum, interdum et *necessitatem* vocari; *quia*, inquit Tullius, *nihil aliter esse possit atque ab ea constitutum sit.* Seneca [4]) fatum existimat necessitatem rerum omnium et sententiam dei esse. Plutarchus [5]): *Εὐριπίδης δ' οὐκ ὀρθῶς ἀντὶ τοῦ συμπλεκτικοῦ τῷ διαζευκτικῷ κέχρηται· Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν. καὶ γὰρ ἀνάγκη καὶ νοῦς ἐστὶν ἡ διήκουσα διὰ πάντων δύναμις.* Versus autem Euripidis, quem hic affert Plutarchus, legitur in Troadibus [6]):

Ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι
Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν.

Sic et Auctor libri de mundo [7]) saepius Stoicissans: *οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι, πλὴν τοῦτον* (Iovem), *οἱονεὶ ἀκίνητον οὐσίαν*, ubi pro *ΑΚΙΝΗΤΟΝ* legerem *ΑΝΙΚΗΤΟΝ*, quod propius accedit ad etymologiam, ad quam allusit Cornutus [8]), qui, docens Iovem esse *ΑΝΑΓΚΗΝ*, sic loquitur: *ἀνάγκη δέ ἐστιν, ἣν ἄξαι καὶ ἧς ΠΕΡΙΓΕΝΕΣΘΑΙ οὐκ ἐστίν.* Stobaeus [9]), qui haec ipsa Pseudo-Aristotelis verba laudat, pessime hic habet *ἀοίκητον οἰκίαν*, quod magis tamen cum *ΑΝΙΚΗΤΟΝ* οὐ-

1) Apolog. c. 21. 2) Instit. div. I, 5.
3) Quaest. acad. I, 7. 4) Quaest. nat. II, 36.
5) De animae procreat. p. 1026. 6) Vers. 884.
7) Cap. 7. p. 869. T. I. ed. Paris. 1654.
8) Cap. 13. p. 155.
9) Ecl. phys. c. 6. p. 14. [T. I. p. 188 ed. Heeren. ubi nunc *ἀνίκητον* repositum.]

σίαν, quam cum *ἀκίνητον οὐσίαν* convenit. Hanc nostram emendationem, quae ex levissima pendet litterarum inversione, confirmare videtur Chrysippus apud Plutarchum [1]), ubi *τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν ΑΝΙΚΗΤΟΝ καὶ ἀκώλυτον καὶ ἄτρεπτον ἀποφαίνων, αὐτὸς ἄτρεπτον καλεῖ καὶ ἀδράστειαν καὶ ἀνάγκην καὶ πεπρωμένην, ὡς πέρας ἅπασιν ἐπιτιθεῖσαν*; prorsus ut Cornutus [2]) ostendit, Iovem simul esse *μοῖραν, αἶσαν, εἱμαρμένην, ἀνάγκην*, Parcarum *δύναμιν, Ἀδράστειαν, Νέμεσιν* et *ὄπιν*. Hanc eandem Chrysippi, et Cornuti, qui Chrysippum descripsit, sententiam fusius expositam et iisdem fere ac in nostro Cornuto verbis expressam omnino confer apud Theodoretum [3]) et apud Stobaeum [4]) et in septimo capite Libri de mundo, ubi Stoicam prorsus agnosces doctrinam. Plutarchus in tractatu, an futurorum scientia sit utilis, cuius fragmentum nobis servavit Stobaeus [5]): *τὸ εἱμαρμένον ἄτρεπτον καὶ ἀπαράβατον, χ' ὅσπερ* (lege *χ' ὅπερ*) *μόνον ὀφρύσι νεύσει, καρτερὰ* (forte *κρατερὰ*) *τούτῳ κέκλωτ'* (lege *τοῦτο κέκληται*) *ΑΝΑΓΚΑ καὶ πεπραγμένη* (lege *πεπρωμένη*). *Διὰ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ ἀδράστειαν καλοῦσιν, ὅτι πέρας ταῖς αἰτίαις ἠναγκασμένον ἐπιτίθησιν, ἀνέκφευκτος οὖσα καὶ ἀναπόδραστος*. Didymus apud Eusebium [6]): *Ζεὺς λέγεται ὁ κόσμος, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν αἴτιος ἡμῖν ἐστι. καθόσον δὲ εἱρομένῳ λόγῳ πάντα διοικεῖ ἀπαραβάτως ἐξ ἀϊδίου, προσονομάζεσθαι εἱμαρμένην· Ἀδράστειαν δὲ, ὅτι οὐδέν ἐστιν αὐτὸν ἀποδιδράσκειν· Πρόνοιαν δ', ὅτι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα.*

Nec ulla fuit peculiaris de fato et necessitate Stoicorum sententia. Nam Theodoretus [7]): *οὐ μόνον δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Δημόκριτον, καὶ Χρύσιππον, καὶ Ἐπίκουρον, πάντα*

---

1) De Stoic. repugn. p. 1056. 2) Cap. 13. p. 156.
3) Serm. VI. p. 562. 4) Ecl. phys. p. 12 et 13.

5) Ecl. phys. p. 13. [T. I. p. 186 ed. Heeren. qui *χ' ὥπερ* e codd., ut videtur, edidit, sicuti etiam mox *πεπρωμένη*, quod Villoisonus proponebat.]

6) Praep. ev. XV, 15. p. 818.

7) Serm. VI. p. 562 et 563. [T. IV. p. 851 ed. Halens.]

κατὰ ἀνάγκην ἔφασαν γίγνεσθαι, Ἀνάγκην καλοῦντες τὴν εἱμαρμένην· ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας ὁ πολυθρύλλητος, ἀνάγκην εἶπε περικεῖσθαι τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ Παρμενίδης τὴν ἀνάγκην καὶ Δαίμονα κέκληκε, καὶ Δίκην, καὶ Πρόνοιαν. καὶ ὁ Ἡράκλειτος δὲ πάντα καθ' εἱμαρμένην εἴρηκε γίγνεσθαι. Ἀνάγκην δὲ τὴν εἱμαρμένην καὶ οὗτος ὠνόμασε. καὶ Χρύσιππος δὲ ὁ Στωϊκὸς μηδὲν διαφέρειν εἶπε τοῦ εἱμαρμένου τὸ κατηναγκασμένον· εἶναι δὲ τὴν εἱμαρμένην, κίνησιν ἀΐδιον, συνεχῆ καὶ τεταγμένην. Ζήνων δὲ ὁ Κιττιεὺς δύναμιν κέκληκε τὴν εἱμαρμένην κινητικὴν τῆς ὕλης· τὴν δὲ αὐτὴν καὶ Πρόνοιαν καὶ φύσιν ὠνόμασεν. Sic etiam Polus Pythagoricus in fragmentis Pythagoreorum apud Gale [1]), de iustitia: ἐν κόσμῳ μὲν ὦν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῖσα (ut supra apud Didymum πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα) (κέκληται) πρόνοιά τε καὶ ἁρμονία καὶ δίκα, γένους τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιζομένων, ubi legere tentarem, καὶ ΝΟΥΣ (pro ΓΕΝΟΥΣ) τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιζομένω, id est, vocatur et mens, deorum aliquo sic volente. Facile τὸ ΓΕΝΟΥΣ in textum irrepere potuit pro ΚΑΙ ΝΟΥΣ, quod gamma et kappa sint litterae valde affines et secundum recentiorum Graecorum pronunciationem et τὸ καὶ efferatur et τὸ κὲ. Anaxagorae apud Platonem [2]): ΝΟΥΣ ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ut Polo τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγεῖν et Didymo οἰκονομεῖν ἕκαστα dicitur. Chaldaei apud Philonem [3]), τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπετόπησαν εἶναι μόνον ἢ θεὸν ὄντα αὐτὸν, ἢ ἐν αὑτῷ θεὸν περιέχοντα τὴν τῶν ὅλων ψυχὴν, εἱμαρμένην τε καὶ ἀνάγκην θεοπλαστήσαντες.

Haec *necessitas* dicebatur et αἰτία, causa, ut eam πάντων ΑΙΤΙΑΝ et ΑΙΤΙΑΝ ἀνίκητον vocavit Chrysippus apud Plutarchum [4]), qui et apud Stobaeum [5]) supra laudatum μεταλαμβάνει ἀντὶ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν, τὴν

---

1) Graec. Mythol. p. 703. 2) Phaedone p. 260. ed. Forster.
3) De migr. Abrah. p. 415. 4) De Stoic. repugn. p. 1056.
5) Eccl. phys. c. 6. p. 12. [T. I. p. 180 ed. Heeren.]

αἰτίαν, τὴν φύσιν, τὴν ΑΝΑΓΚΗΝ. Enimvero, ut ait Seneca [1]), qui deum alio loco [2]) *causam primam et generalem vocaverat, cum fatum nihil aliud sit, quam series implexa causarum, ille est prima omnium causa, ex qua caeterae pendent.* Et [3]): *hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum.* Laertio [4]) fatum Stoicum est *ΑΙΤΙΑ τῶν νόμων ΕΙΡΟΜΕΝΗ*, ut Senecae *series implexa causarum.* Pariter Antonino [5]) deus dicitur *ἡ ΑΙΤΙΑ*, et [6]) *πρώτη ΑΙΤΙΑ* et [7]) *θεία ΑΙΤΙΑ, ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσιν πάντα.* Idem [8]): *συμβαίνει τι μοί; δέχομαι, ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρων, καὶ τὴν πάντων πηγὴν, ἀφ' ἧς πάντα τὰ γινόμενα ΣΥΜΜΗΡΥΕΤΑΙ*, ubi *ΑΙΤΙΑΝ ΕΙΡΟΜΕΝΗΝ* agnoscis; et [9]): *ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται.* Cicero [10]): *fatum id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, quum causa causae nexa rem ex se gignat. Ea est ex omni aeternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit; eodemque modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat.* Sic Augustinus [11]): *Iovem autem, qui etiam Iupiter dicitur, quem velint intelligi, exponant. Deus est, inquiunt, habens potestatem causarum, quibus aliquid fit in mundo. Hoc quam magnum sit, nobilissimus Vergilii versus ille testatur:*

Felix qui potuit rerum cognoscere causas;

et: *Hunc sane deum, penes quem sunt omnes causae factarum*

---

1) De benefic. IV, 7. 2) Epist. 65.

3) Quaest. nat. II, 45.

4) Pag. 200. [Chalcidius in Plat. Timaeum fol. XXXIX. a. ed. Ascens. *Quippe providentiam dei esse voluntatem. Voluntatem porro eius seriem esse causarum: et ex eo quidem quia voluntas, providentia: porro quia eadem series causarum est, fatum cognominatum. Ex quo fieri, ut quae secundum fatum sunt, etiam ex providentia sint; eodemque modo, quae secundum providentiam, ex fato, ut putat Chrysippus.*]

5) IX, 6. 6) IX, 1. [Cf. Sallust. de mundo 5.]

7) VIII, 27. 8) VIII, 23.

9) V, 8. 10) De divinat. I, 55.

11) De C. D. VII, 9.

omnium naturarum, naturaliumque rerum, si Iovem populi appellant. Seneca [1]): *causa autem, id est, ratio, materiam format, et quocumque vult, versat.* Idem non ita multis interiectis verbis: *Stoicis placet unam causam esse, id quod facit.*

Sic Anaxagorae apud Platonem [2]) deus dicitur *πάντων ΑΙΤΙΟΣ. Ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς, ὡς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστὶν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος.* Pythagorae apud Laertium [3]) *εἱμαρμένη* est *ΑΙΤΙΑ τῆς διοικήσεως*, ut in Ezour Vedam [4]) ab Indis deus dicitur primum omnium principium et prima omnium causa. Plato, apud Laertium [5]), *δύο τῶν πάντων ἀπέφηνεν ἀρχὰς, θεὸν καὶ ὕλην, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει καὶ αἴτιον,* ubi fortasse Laertius Platonis de Anaxagora loquentis locum supra laudatum respicit. Aristocles supra excitatus apud Eusebium [6]) dicit, Stoicis *τὸ πρῶτον πῦρ* (id est summum deum) *εἶναι καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων* (vide Augustinum supra laudatum) et addit, harumce causarum continuationem, seriem implexam non solum fatum et legem, sed etiam scientiam et veritatem appellari, *τὴν δὲ τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ νόμον εἶναι τῶν ὄντων.* Pariter Velleius apud Ciceronem [7]) docet, secundum Stoicos exstitisse illam fatalem necessitatem, quam *εἱμαρμένην* dicunt, *ut,* inquit, *quidquid accidat, id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicant.* Quemadmodum Cicero [8]) supra laudatus ordinem seriemque causarum ex omni aeternitate fluentem veritatem sempiternam esse profitetur.

Hinc fatum dicebatur et *veritas.* Cotta apud Cicero-

1) Epist. 65.
2) Phaedon. p. 260 ed. Forster. [p. 97. B.]
3) Pag. 220.
4) Pag. 18. vers. Gallic. mss.
5) Pag. 85. [III, 69.]
6) Praep. evang. XV, 14. p. 817.
7) De N. D. I, 20.
8) De divinat. I, 55.

nem [1]), quod semper ex omni aeternitate *verum* fuerit, id Stoicis esse fatum observat. Apud eundem Ciceronem [2]) Chrysippus *legis perpetuae et aeternae vim, quae quasi dux vitae et magistra officiorum sit, Iovem dicit esse, eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem*, ut idem Chrysippus apud Stobaeum [3]) supra laudatum, deum modo vocat *λόγον*, modo *αἰτίαν*, modo *φύσιν*, modo *ΑΛΗΘΕΙΑΝ*, ut Antoninus [4]): *ἡ τῶν ὅλων φύσις .... ἔτι δὲ καὶ ἀλήθεια αὕτη ὀνομάζεται, καὶ τῶν ἀληθῶν ἁπάντων πρώτη αἰτία ἐστίν*, et alibi [5]): *θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ΑΛΗΘΕΙΑ μία.* Cicero [6]) rationem perfectam, mentem, vim animumque mundi, ac deum, dicit interdum necessitatem appellari, interdum quasi fatalem et immutabilem continuationem ordinis sempiterni (ut Aristocles habet *τὴν αἰτίων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν*), interdum quoque et vocem, omnium rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam, ut Aristocles supra laudatus observat *τὴν τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν καὶ εἱμαρμένην καὶ ΕΠΙΣΤΗΜΗΝ* (scientiam) *καὶ ἀλήθειαν* nuncupari. Sic et Spinoza [7]) dixit, dei existentiam, sicut eius essentiam, aeternam esse veritatem.

Addit Cicero hanc eandem sapientiam perfectam fatalemque et immutabilem continuationem ordinis sempiterni nonnunquam et *fortunam* nominari, *quod*, inquit, *efficiat multa improvisa haec, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignorationemque causarum*, non autem, quod fortuito et temere et casu omnia regat, cum nec sine ratione quamvis fortuita accidant, teste Seneca [8]); cumque nihil sine causa fiat, *hoc ipsum*, inquit Cicero [9]), *est fortunae eventus, obscura causa, quae latenter efficit.* Seneca [10]): *si hunc* (deum) *naturam vo-*

1) De N. D. III, 6.
2) Ibid. I, 15.
3) Ecl. phys. c. 6. p. 12.
4) IX, 1.
5) VII, 9.
6) Acad. Quaest. I, 7.
7) Ethica pars I. in Coron. I. propos. 20. p. 20 et 21. Oper. posth.
8) De providentia c. 1.
9) Topic. c. 17.
10) De benefic. IV, 8.

cas, fatum, fortunam: omnia eiusdem dei nomina sunt, varie utentis sua potestate. Est iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas, unius animi bona sunt: quidquid horum tibi placuit, animus placet. Igitur ut de poetis affirmat Plutarchus [1]), *εἰδέναι δεῖ καὶ μνημονεύειν, ὅτι καὶ τῷ τοῦ Διὸς καὶ Ζηνὸς ὀνόματι ποτὲ μὲν τὸν θεὸν, ποτὲ δὲ τὴν ΤΥΧΗΝ, πολλάκις δὲ τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσι*, quae quidem omnia apud Stoicos, ut apud poetas, unum idemque sunt, immo et cum ipsa confunduntur providentia.

Seneca, qui docuerat [2]) Iovem posse vocari fatum, fortunamque, haec observat [3]): *vis illum providentiam dicere? recte dices. Est enim, cuius consilio huic mundo providetur, ut inconfusus eat et actus suos explicet*, ut Laertius [4]) dicit, Stoicis deum esse *προνοητικὸν κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ* et alibi [5]), *τὸν κόσμον οἰκεῖσθαι* (lege *διοικεῖσθαι*) *κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν*. Quod acceperunt Stoici a Pythagora, qui apud eundem Laertium [6]) docet, *ἀνθρώπων εἶναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν, κατὰ τὸ μετέχειν ἄνθρωπον θερμοῦ. διὸ καὶ προνοεῖσθαι τὸν θεὸν ἡμῶν*. Cicero [7]), qui dixerat vim animumque mundi nonnunquam appellari *fortunam*, observat hanc eandem esse omnium rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam: ubi per *prudentiam* intellige providentiam. Balbus enim Stoicus apud Ciceronem [8]): *talis igitur mens mundi cum sit ob eamque causam vel prudentia vel providentia appellari recte possit, Graece enim πρόνοια dicitur, haec potissimum providet et in his maxime est oc-*

---

1) De audiend. poetis. p. 23. 2) De benef. IV, 8.
3) Nat. Quaest. II, 45. 4) Pag. 199.
5) Pag. 197. [Propria huic rei est vox *διοικεῖσθαι*. Sallust. de mundo 9: *διοικεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα*. Phalaris Epist. 40: *ἡ διοικοῦσα πρόνοια*, ubi Lennepius p. 158 seq. ed. Lips. multa de Stoicorum providentia confert, comparanda cum iis, quae editores ad Sall. l. l. p. 123 ed. Orell. de providentia philosophorum omnis aetatis et scholis congesserunt. Varias v. *πρόνοια* significationes exponit Stephanus Schol. in Hippocr. p. 60 ed. Dietz.]
6) Pag. 200. [VIII, 27.] 7) Quaest. acad. I, 7.
8) De N. D. II, 22.

cupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat [1]). Idem [2]): *nec anum fatidicam, Stoicorum πρόνοιαν, quam Latine licet providentiam dicere*; unde liquet hoc vocabulum a Tullio fictum fuisse, qui ibidem et infra c. 9 habet *pronoea*.

Didymus apud Eusebium [3]) observat Stoicis Iovem, *καθόσον δὲ εἱρομένῳ λόγῳ πάντα διοικεῖ ἀπαραβάτως ἐξ ἀϊδίου, προσονομάζεσθαι εἱμαρμένην· Ἀδράστειαν δὲ, ὅτι οὐδέν ἐστιν αὐτὸν ἀποδιδράσκειν· Πρόνοιαν δ', ὅτι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα.* Plutarchus [4]) ne minimum quidem aliter fieri posse dicit, quam secundum communem naturam et eius rationem. Idem autem ibidem affirmat, ne antipodibus quidem ignotum esse, communem naturam, communem naturae rationem, Iovem, fatum, providentiam, idem esse apud Stoicos, et haec ubique ab illis praedicari: *οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλως τῶν κατὰ μέρος γίνεσθαι, οὐδὲ τοὐλάχιστον, ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν καὶ κατὰ τὸν ἐκείνης λόγον. ὅτι δ' ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος εἱμαρμένη καὶ πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε. πανταχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν· καὶ· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή· τὸν Ὅμηρον εἰρηκέναι φησὶν (ὁ Χρύσιππος) ὀρθῶς ἐπὶ τὴν εἱμαρμένην ἀναφέροντα, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν, καθ' ἣν πάντα διοικεῖται.* Idem Plutarchus [5]) hunc eundem Chrysippum tradit omnibus suis moralibus praemittere quaestionibus *τὸν Δία, τὴν εἱμαρμένην, τὴν πρόνοιαν, τὸ συνέχεσθαι μιᾷ δυνάμει, τὸν κόσμον ἕνα ὄντα καὶ πεπερασμένον.* Hic quoque vides a Chrysippo Iovem, providentiam, fatum et communem naturam coniungi et pro

---

1) Sic quoque Spinoza, quem in multis cum porticu de fato, providentia et libero arbitrio consonare infra ostendemus, fateri cogitur Propos. 24. Ethic. Part. I. p. 23 deum non tantum esse causam, ut res incipiant existere, sed etiam ut in existendo perseverent, sive, inquit, „ut termino scholastico utar, deum esse causam essendi rerum."

2) De N. D. I, 8. 3) Praep. ev. XV, 15. [p. 818.]

4) De Stoic. repugn. p. 1050. 5) Ibid. p. 1035.

uno eodemque haberi deo. Theodoretus [1]) docet secundum hunc Chrysippum, *πεπρωμένην, εἱμαρμένην, μοίρας, χρέων* etc. unum idemque esse et haec addit: *τὴν δὲ πρόνοιαν τοῦτο κεκλήκασι, διότι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα*, ut supra Didymum audivimus dicentem, Iovem esse *τὴν εἱμαρμένην* et *πρόνοιαν ὅτι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα*. Chrysippi magister Zeno apud eundem ibidem Theodoretum *τὴν αὐτὴν εἱμαρμένην καὶ πρόνοιαν καὶ φύσιν ὠνόμασεν*, et alibi [2]) in eodem opere, ut apud Stobaeum [3]) in libro *περὶ φύσεων*, fatum vocat *δύναμιν κινητικὴν τῆς ὕλης* (quod dei et *λόγου δημιουργοῦ* proprium est) et addit apud Stobaeum, parum interesse, utrum illud fatum providentiam appelles, an naturam: *ἥντινα (εἱμαρμένην) μὴ διάφορον πρόνοιαν καὶ φύσιν καλεῖν*. Sic Parmenides apud Theodoretum [4]) *τὴν ἀναγκὴν καὶ δαίμονα κέκληκε, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν*. Zeno autem providentiam vocat *κινητικὴν τῆς ὕλης*, ut Cotta apud Ciceronem [5]), e Stoicorum mente loquens, eandem appellat materiae universae fictricem atque moderatricem. Sic Cornutus habet [6]): *τὴν ἐν τῇ τῶν ὅλων ψυχῇ κυρίαν, ἣν ἐκάλεσαν οἱ νεώτεροι πρόνοιαν*, et per quam omnia condita fuisse observat. Sic Parmenides et Democritus apud Plutarchum [7]) et Stobaeum [8]) dicunt, omnia fieri ex necessitate, eamque necessitatem eandem esse ac iustitiam, fatum et providentiam et mundi fictricem existimandam, *πάντα κατ᾽ ἀνάκην· τὴν αὐτὴν δ᾽ εἶναι καὶ εἱμαρμένην, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν, καὶ κοσμοποιόν*, ubi quis forte post *πρόνοιαν* delendum coniiciat *τὸ καὶ*, ut *κοσμοποιὸν* sit *προνοίας* epithetum. Haud absimiliter Auctori hymnorum, qui Orpheo male tribuuntur, natura, fatum et providentia unum idemque sunt. Sic enim habet [9]):

1) Therap. 6. p. 566. [T. IV. p. 851 ed. Halens.]
2) Serm. 6. p. 563.
3) Ecl. phys. c. 6. p. 12.
4) Therap. 6. p. 562.
5) De N. D. III, 39.
6) Cap. 18. p. 179.
7) De plac. philos. I, 26, p. 884.
8) Eclog. phys. c. 5. p. 10.
9) Pseudo-Orpheus hymn. in natur. vs. 26 et 27.

Ἄιρομε, παντομάτειρα, πεπρωμένη, αἶσα, πυρίπνους, ἀΐδιος ζωή, ἠδ' ἀθανάτη τε ΠΡΟΝΟΙΑ.

Sic et Chaldaei, teste Philone [1]), in hoc cum Stoicis consentiunt, quod mundum, aut, quae eo continetur, universi animam, solum et unicum crediderint esse deum, quodque fatum et necessitatem cum deo commiscuerint: *οὗτοι Χαλδαῖοι τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπετόπησαν εἶναι μόνον ἢ θεὸν ὄντα αὐτὸν, ἢ ἐν αὑτῷ θεὸν περιέχοντα τὴν τῶν ὅλων ψυχὴν, εἱμαρμένην τε καὶ ἀνάγκην θεοπλαστήσαντες.* Nemesius [2]) Platonis de fato et de providentia sententiam sic explicat: *αὐτὸς δὲ ὁ θεῖος νόμος, ὅν φησιν πρόνοιαν εἶναι ὁμοῦ καὶ εἱμαρμένην, πάντα ἐν ἑαυτῷ περιέχει*, et supra [3]), quid inter *εἱμαρμένην κατ' οὐσίαν* et *εἱμαρμένην κατ' ἐνέργειαν* discriminis intersit, declarat: *ταύτην δὲ τὴν κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένην καὶ κατὰ πρόνοιαν λέγει.* (ubi forte quis post *τὸ καὶ* tollendum censeret *τὸ κατὰ*) *ἀπὸ γὰρ τῆς προνοίας ἐμπεριέχεσθαι τὴν εἱμαρμένην· πᾶν γὰρ τὸ καθ' εἱμαρμένην, καὶ κατὰ πρόνοιαν γίνεσθαι.*

In hac autem divina providentia praedicanda multi sunt Stoici, eamque ad omnia pertinere dicunt, *διὰ πάντων διήκειν πρόνοιαν θεοῦ*, inquit Pseudo-Origenes [4]), ut Laertius [5]), *εἰς ἅπαν κόσμου μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ.* Hinc, teste Lactantio [6]), Stoici prae caeteris philosophis maxime et acerrime eos retuderunt, qui providentiam tollerent, ac docuerunt, nec fieri mundum sine divina ratione potuisse, nec constare, nisi summa ratione regeretur. *Non ignoro, quanti eius* (providentiae) *nomen putetis*, inquit Cotta, Stoicos alloquens, apud Ciceronem [7]). Merito igitur apud eundem [8]) Balbus Stoicus Stoicorum rationem de providentia deorum sanctissime et providentissime constitutam esse affirmat. Idem apud eundem Ciceronem [9]) Balbus dicit, Stoi-

---

1) De migrat. Abrah. p. 415.
2) De nat. hom. c. 38. p. 145.
3) De nat. hom. c. 38. p. 144.
4) Philosophum. p. 143.
5) Pag. 197.
6) Instit. div. I, 2. p. 8.
7) De N. D. III, 31.
8) De N. D. III, 40.
9) Ibid. II, 1.

eos primum docere esse deos, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari; postremo consulere eos rebus humanis; et infra [1]) in eo totus est, ut doceat, deorum providentia mundum administrari, nec a Stoicis, quod falso putabant Epicurei, qui Stoicos, ut hodie bene multi, causa incognita condemnabant, providentiam fingi quasi quandam deam singularem, quae mundum omnem gubernet et regat; sed, ut dicunt providentia mundum administrari, et ut alio loco [2]) habet, omnia regi divina mente atque providentia, et [3]) providentia deorum mundum et omnes mundi partes et initio constitutas esse, et omni tempore administrari; unde, ut supra dictum, Cotta e Stoicorum mente loquens [4]), divinam providentiam materiae universae fictricem atque moderatricem vocat; quod quidem in sequentibus secundi libri capitibus usque ad eiusdem finem fusius persequitur Balbus, et post Balbum praestitit Seneca in aureo suo de providentia libro, ubi [5]) probandum suscipit, praeesse universis providentiam atque interesse nobis deum, et, ut ibidem addit, facit rem non difficilem, causam deorum agit, et homines in gratiam reducere vult cum diis adversus optimos optimis. Vide et eundem Senecam sub finem praefationis Quaestionum naturalium. Egregrie M. Antoninus [6]): *εἰ οὐκ εἰσὶν θεοὶ, ἢ οὐ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων, τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ; ἀλλὰ καὶ εἰσὶ καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων.* Unde monet [7]) *τὸ μέλλον ἐπιτρέπειν τῇ προνοίᾳ.* Idem alibi [8]) sic fortunam providentiae subiecit, et ex eius legum nexu aptum suspensumque facit *τὰ τῶν προνοίας μεστά. τὰ δὲ τῆς τύχης, οὐκ ἄνευ φύσεως, ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ,* prorsus ut Chrysippus fatum ipsum providentiae subiicit, cum dicit apud Plutarchum [9]) et Stobaeum [10]): *εἱμαρμένη λό-*

1) De N. D. II, 29 et 30.
2) Ibid. II, 31.
3) Ibid. II, 30.
4) Ibid. III, 39.
5) De provid. c. 1.
6) II, 11.
7) XII, 1.
8) III, 2. et VI, 44.
9) De plac. phil. I, 28. p. 885.
10) Ecl. phys. c. 6. p. 12.

γος (aut *νόμος*, ut habet Plutarchus) *τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προνοίᾳ διοικουμένων*, scilicet fatum esse eorum rationem, vel legem, quae providentia administrentur. Anteriorem causam, scilicet providentiam, hic vides, et istam, scilicet fatum, ex ea natam aut subsequentem, inquit Lipsius [1], qui supra monuerat [2]), fatum et providentiam quamvis saepe a Stoicis confundantur, sic tamen discerni posse, ut providentia in ipso deo sit scientia, vel sententia omnium, fatum autem distinctius lex ipsa et decretum singulis datum, quod a deo est magis, quam in ipso deo. Providentiam comparat Lipsius cum proconsule, qui decernit et statuit, fatum vero cum lictore, qui sententiam illam fato promit et omnibus propalat. At Pseudo-Hermes ad Ammonem apud Stobaeum [3]) necessitatem et fatum a providentia sic distinguit, et ex ea derivat: *πάντα δὲ γίγνεται φύσει καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ οὐκ ἔστι τόπος ἔρημος προνοίας. Προνοία δ' ἐστὶ αὐτοτελὴς λόγος τοῦ ἐπουρανίου θεοῦ. Δύο δὲ τούτου αὐτοφυεῖς δυνάμεις, ἀνάγκη καὶ εἱμαρμένη. Ἡ δὲ εἱμαρμένη ὑπηρετεῖ προνοίᾳ καὶ ἀνάγκῃ*, ubi *τὸ αὐτοτελὲς* illustrandum est ope Plutarchi [4]) dicentis, quibusdam videri fatum Chrysippeum non esse *αὐτοτελῆ αἰτίαν, ἀλλὰ μόνον προκαταρκτικήν*, ut Timaeus Locrus [5]) *τὰ ἑπόμενά τε καὶ συναίτια ἐς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι* observat. Videbis apud Ciceronem [6]) Chrysippum causarum genera distinxisse, ut necessitatem effugeret, et retineret fatum, et causarum alias perfectas et principales, alias adiuvantes et proximas admisisse. *Quamobrem*, inquit idem Cicero, *cum dicimus omnia fato fieri, causis antecedentibus non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis adiuvantibus antecedentibus et proximis.* Nemesius [7]), de Platone loquens: *καλεῖ* (*ὁ Πλάτων*) *θεοῦ διάταξιν καὶ βούλησιν τὴν εἱμαρμένην, καὶ τὴν εἱμαρμένην ὑπάγει τῇ*

---

1) Phys. Stoic. Lib. I. diss. 12. p. 60.
2) Ibid. p. 57.
3) Ecl. phys. p. 13.
4) De Stoic. repugn. p. 1056.
5) Pag. 544 ed. Gale.
6) De fato 18.
7) De nat. hom. c. 38. p. 146.

προνοία. Vide omnino Gellium [1]), Hieroclem apud Photium [2]), et Plutarchum de fato [3]).

Augustinus [4]) docet in Stoicorum philosophia nec causarum aliarum ex aliis aptarum et inter se nexarum serie, nec ipsamet necessitate ullo modo tolli providentiam, aut dei praescientiam, aut humanam divinamve libertatem, nec sic, ut ait Cicero [5]), mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciri; nam primo fatum, secundum Senecam [6]), nihil aliud est, nisi sententia dei et apud Ciceronem [7]) et Augustinum [8]) fatum est iussum et dictum dei. Et, ut observat idem Augustinus [9]), causarum ordinem non usitato, sed suo more Stoici fatum appellant; unde et haec habet [10]): *qui omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne, quod fit, fati nomine* (ut Stoici) *appellant, non multum cum iis de verbi controversia laborandum atque certandum est; quandoquidem ipsum causarum ordinem et quandam connexionem dei summi tribuunt voluntati et potestati, qui optime et veracissime creditur et cuncta scire, antequam et fiunt, et nihil inordinatum relinquere: a quo sunt omnes potestates, quamvis ab illo,* inquit, *non sint omnium voluntates.* Idem ibidem probat, a Stoicis ipsam praecipue dei summi voluntatem appellari fatum, et *quid sentiant esse fatum, eos apertissime declarare, quoniam Iovem appellant, quem summum deum putant, a quo connexionem dicunt pendere fatorum.* Et, ut ait Seneca [11]), quamvis necesse sit ei eadem placere, cui nisi optima placere non possunt, ob hoc minus liber et potens non est: ipse enim est necessitas sua: nec iis subiicitur, nisi quae

---

1) VI, 2. 2) Bibl. cod. 251.

3) Vide praesertim ac saepius relege Plutarchum in vita Coriolani p. 229, quo nullus theologus sapientiora et meliora attulit ad conciliandum liberum hominis arbitrium cum gratia dei, ut vocant, efficaci, et *cum actione dei in creaturas*, ut Scholasticorum verba usurpem.

4) De C. D. V, 8. 9 et 10. 5) De fato 9.

6) Quaest. nat. II, 36. 7) De divin. I, 10.

8) De C. D. V, 9. 9) De C. D. V, 9.

10) Ibid. V, 8. 11) Praef. Quaest. nat.

ipse praecepit. Et, ut ait idem Seneca [1]), omnium conditor ac rector ea tantummodo sequitur fata, quae scripsit. Unde haec addit: *semper paret legibus, quae semel ei prudentissimo placuerunt, et semper eidem, utpote immutabili et propositorum tenaci, optimae, ut sunt, sic et videbuntur.* Quo sensu dixit et Lucanus [2]):

Fixit [3]) *in aeternum causas, qua cuncta coercet,*
se quoque lege tenens, et saecula iussa ferentem
fatorum immoto divisit limite mundum.

Adiice, inquit Seneca [4]), *quod non externa cogunt deos, sed sua illis in legem aeterna voluntas est; statuerunt, quae non mutarent. Itaque non possunt videri facturi aliquid, quamvis nolint: quia quidquid desinere non possunt, perseverare voluerunt: nec unquam primi consilii deos poenitet. Sine dubio stare illis et desciscere in contrarium non licet, sed non ob aliud, quam quia vis sua illos in proposito tenet; nec imbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis aberrare, et sic ire decretum est.* Diis aeterna voluntas est, ut nec omne ius fato traditum est, quod praeclare docet Seneca omnino videndus [5]), qui contendit immerito Stoicis fatum opponi solere, ut probetur nihil voluntati nostrae relictum, et, cum de ista re agetur, pollicetur se dicturum quemadmodum manente fato aliquid sit in hominis arbitrio [6]). Seneca [7]): *dicet aliquis: quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam et mutari certa non possunt, et nihil praeparari potest adversus incerta; si aut consilium meum deus occupavit, decrevitque, quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quidquid est ex his, Lucili, vel si omnia haec*

1) De provid. c. 5. 2) Phars. II, 10.
3) Alii *finxit*. 4) De benefic. VI, 23.
5) Quaest. nat. II, 37 et 38.
6) Confer Auctorem Vitae Homeri eadem fere tradentem p. 339, et sqq. ed. Galii. Bailius in Chrysippo T. I. p. 946. „il n'y a point eu de philosophes, qui ayent parlé plus fortement de la fatale necessité des choses, ni plus magnifiquement de la liberté de l'homme, que les Stoiciens."
7) Epist. 16.

sunt, philosophandum est: sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter deus universi cuncta disponit, sive casus res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Haec adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter resistamus: haec docebit, ut deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri, si providentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina, aut subita dominantur. Cicero [1]) prorsus Stoice loquitur: *exsistit illa a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat, coniunctamque cum divina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur; ipsa enim cogitatio de vi et natura deorum studium incendit illius aeternitatis imitandae, neque se in brevitate vitae collocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt. Quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum, ratio tamen mensque moderatur.* Balbus Stoicus apud Ciceronem [2]), postquam dixit deorum consilio mundum administrari, haec subiungit: *quod si aliter est, aliquid profecto sit necesse est melius, et maiore vi praeditum, quam deos, quale id cunque est, sive inanima natura, sive necessitas vi magna incitata, haec pulcherrima opera efficiens, quae videmus. Non est igitur natura deorum praepotens, neque excellens, siquidem ea subiecta est ei vel necessitati, vel naturae, qua coelum, maria terraeque regantur. Nihil autem est praestantius deo; ab eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est naturae obediens, aut subiectus deus. Omnem ergo regit ipse naturam; etenim si concedimus, intelligentes esse deos, concedimus etiam providentes, et rerum quidem maximarum.*

Paulo severius igitur et fortasse iniquius adversus Stoicorum providentiam invectus est Bruckerus [3]), qui, contra Augustini sententiam, cuius loca sibi contraria silentio praetermittit, Stoicorum providentiam nihil aliud esse affirmat [4]), nisi aeternam atque indeclinabilem seriem rerum, cui ordini et immutabili legi necessario deus ipse subiiciebatur; nec,

1) Tusc. V, 25.
2) De N. D. II, 30.
3) T. I. p. 909.
4) T. I. p. 910.

ut Bruckeri verba usurpem, liberam esse dei voluntatem, aut determinationem bonitate et sapientia nixam, sed necessariam causarum et eventuum catenam, et ex interna combinatione nexuque effectam sequelam nec nisi post Christum natum Stoicos in doctrina de providentia dei verbis suis attemperavisse propius disciplinae Christianorum, ac fatum in providentiam mutavisse, et eleganter de ea commentatos esse, nihil tamen, inquit, quoad rem ipsam in Stoico systemate mutantes, sed providentiae voce et libertatis assertione eandem quam Chrysippus necessitatem universi incalcantes, cum viderent, impiam et absurdam suam de necessitate doctrinam a doctoribus Christianis facile eversam fuisse. Sed vel Ciceronis tempore, e Balbi verbis in secundo de natura deorum libro satis apparet, non tam impiam et absurdam fuisse eorum de providentia doctrinam, quod pluribus exsequi possemus, nisi instituti ratio obstaret, et prudentes declinare vellemus scopulos illos naufragiis infames, et illas divini decreti et liberi hominis arbitrii Scyllam et Charybdim, ad quorum alterutrum, dum alterum vitare cupiunt, fere semper corruunt praecipites et colliduntur mentes humanae in pelago immenso, inter opacas tenebras et densae noctis horrorem ventis discordibus iactatae, nisi fides amicam praeferat facem.

Immerito Plutarchus [1]) in hoc a semet ipsis dissidentes et discrepantes videre sibi visus est Stoicos, quod, qui dicerent res nostras divina administrari providentia, iidem tamen haud ignorarent, nos in iis degere malis, ut, si dii, mutata sententia, nobis malum ac perniciem afferre vellent, nos adeo funditus evertere, ac pessumdare, nihil aliis occurreret, quod nostris possent adiicere miseriis, cum ipse Chrysippus nihil ad huiusce vitae, quam vivimus, mala et infelicitatem accedere iam posse confiteatur. Sic cum idem Chrysippus dicat, quod Christiano homine indignissimum est, nihil, ne minimum quidem aliter fieri posse quam secundum dei rationem et providentiam, cuius constituto se-

1) De Stoic. repugn. p. 1048.

mel ordini nulla res adversari possit, quod iam docuerant Plato in decimo de legibus libro, nec non in Epinomide, ac Epictetus apud Arrianum [1]); hinc Plutarchus effici opinatur, deum a Chrysippo omnium peccatorum, quorum tamen ipse rursus poenas repetit, auctorem constitui; nam, inquit Plutarchus, cum omnia, quae fiunt, diis adscribenda sint, hinc turpia et impia facta diis pariter adscribi debeant, neque a diis, eorum auctoribus, punienda sint. Sed, ut egregie observat Bailius [2]) in Chrysippo omnino videndus: „si Plutarque n'avoit reproché aux Stoiciens, que de s'être contredits dans la doctrine de la destinée, et dans celle de la liberté de l'homme, il n'auroit pas remporté sur eux tant d'avantage; car on répondroit, pour justifier Chrysippe, les mêmes choses, que l'on répond aujourd'hui en faveur de ceux, qui ne peuvent accorder les décrets de Dieu avec notre franc arbitre, et qui ne sauroient choisir des termes, quand ils parlent de la prédestination, qui ne semblent être opposés aux phrases, dont ils se servent en exhortant l'homme à la vertu, et en le censurant de ses vices." Et hoc quidem responsum valeat etiam adversus Bruckerum, Stoicos hoc nomine reprehendentem, quod parum accurate de fato coniunctim ac de providentia locuti, in lubrico ac salebroso minus firmi constiterint loco, qui pede suspenso adeundus erat. Enimvero qui libros veterum ac praesertim Plutarchi de Stoicorum repugnantiis opus perlegerit, interiores porticus angulos rimatus fuerit et varias Muhammedanorum sectas penitus cognitas habuerit, is procul dubio facile mecum fatebitur, easdem prorsus apud Stoicos et Muhammedanos, quas hodie apud nos Christianos de libero hominis arbitrio, ac dei praesentia et gratia, et, ut loqui amant scholastici, praedestinatione difficultates ortas fuisse, easdem opiniones pugnacissime, ut fere fit, defensas et acerrime oppugnatas, eadem in utramque partem argumenta fuisse allata: de quo vide Maraccium [3]) et Pocockium [4]),

1) I, 12. p. 55.
2) T. I. p. 946 sqq.
3) Prodrom. Alcoran.
4) Specim. hist. Arabic. p. 231 sqq.

ubi observabis vel Muhammedis tempore illas de dei decreto et de libera hominis ad bonum et malum voluntate motas fuisse quaestiones, quarum ambages torquent et eludunt aciem ingenii vel ipsorum diabolorum, quos in inferno de hisce rebus disputantes, utpote otio abundantes ac desidiose occupatos fingit ille Miltonius in suo immortali Paradiso deperdito. Sed manum de tabula. Invita enim in hoc loco difficili versatur oratio, ut Cottae de hac ipsa providentia apud Ciceronem [1]) disputantis verba usurpem: qui plura volet, is praeter alios innumeros, imprimis adeat Lipsium [2]) copiose et docte disserentem, nec non plurima afferentem, quibus adversus Plutarchum et Bruckerum Chrysippus omnesque adeo Stoici defendi possint.

Iam vero vidimus apud Stoicos unum eundemque deum pariter vocatum fuisse principium agens, Iovem, Iovis animum, *Διὸς λόγον*, mundi animam, vim animumque mundi, mentem sapientiamque perfectam et eiusdem animae mundi principatum, id est, aethera, ut Chrysippo, solem, ut Cleanthi placuit, ac proinde ignem et naturam, communem naturam, et in natura insitam materiaeque insertam rationem sempiternam, et rationem communem, et rationem seminalem, seu potius seminales causas in se continentem, ac legem divinam naturalemque, legem communem, legem recti praeceptricem, pravique depultricem, fatum, *εἱμαρμένην, αἶσαν, μοῖραν*, Parcarum *δύναμιν, ἀδραστείαν, νέμεσιν, ὄπιν,* necessitatem omnium rerum, divinam fatalemque necessitatem, causam primam et generalem, causam facientem, *πάντων αἰτίαν, αἰτίαν ἀνίκητον, τῶν ἀληθῶν αἰτίαν πρώτην,* scientiam et veritatem, omnium rerum, quae sunt ei subiectae, quasi prudentiam quandam, fatalem et immutabilem continuationem ordinis supremi, fortunam, et postremo providentiam, quae omnia unum idemque sunt, et id quod a nobis dicitur deus, inquit Lactantius [3]), cum non

1) De N. D. III, 35.
2) Stoic. phys. I. a dissert. 13 usque ad 18.
3) Inst. div. I, 5.

obstet appellationum diversitas, sed ipsa significatione ad unum revolvantur, non solum haec omnia cognomina, sed etiam et alia innumera, quae huic amico numini aptari possunt, et re vera aptantur. Nam, ut ait Seneca [1]): *quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare,* et infra ibidem: *quaecunque voles illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque coelestem continentia. Tot appellationes eius possunt esse quot munera.* Prorsus ut Iustinus [2]), de vero deo loquens: *τὸ δὲ πατὴρ, καὶ θεὸς, καὶ κτίστης, καὶ κύριος, καὶ δεσπότης, οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις.* Idem Seneca: *Sic hunc naturam voca, fatum fortunamque: omnia eiusdem dei nomina sunt, varie utentis sua potestate. Et iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas, unius animi bona sunt. Quidquid horum tibi placuit, animus placet.*

Et hoc quidem nomine Senecam immerito deridendum propinat Abbas d'Olivet [3]), quasi propria esset unius Senecae opinio, non autem communis omnium fere philosophorum ac praesertim Stoicorum, Zenonis, Cleanthis, Chrysippi et aliorum sententia, qui varia cognomina ad unum revocarent deum. Sic Chrysippus apud Stobaeum [4]) non solum numen modo fatum, modo veritatem, modo causam, modo naturam, modo necessitatem etc. vocat, sed etiam alias quoque ei appellationes, utpote uni eidemque deo diversis de causis accommodatas, tribuit: *μεταλαμβάνει δ' ἀντὶ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν, τὴν αἰτίαν, τὴν φύσιν, τὴν ἀνάγκην,*

---

1) De benefic. IV, 7. 2) Apolog. 2. p. 92.

3) Abbas d'Olivet Theologie des philosophes p. 296. Versionis Gallicae operis de natura dei; qui quidem huiusce de philosophorum theologia libelli vitium imprudens sic prodit in sui operis initio „je n'entreprends que d'expliquer la théologie des anciens . . . . . ce que Ciceron leur fait dire sur ce sujet," quasi vero ab uno auctore illustrari possit obscura veterum theologia philosophorum, aut etiam quilibet auctor a se ipso ita illustrari possit, ut non alii fere omnes in auxilium advocentur, quibuscum conferatur, et a quibus lucem ipse accipiat, mutuamque iis vicissim accommodet operam.

4) Ecl. phys. c. 6. p. 12. [T. I. p. 180 ed. Heeren.]

προστιθεὶς καὶ ἑτέρας ὀνομασίας, ὡς ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τασσομένας καθ' ἑτέρας καὶ ἑτέρας ἐπιβολάς. Ita Cornutus, qui semper Chrysippum sequitur, postquam varia Iovis nomina recensuit [1]), subiicit aliis quoque eundem appellationibus alias ob causas gaudere, *καὶ ἄλλως δὲ πολλαχῶς κατὰ διαφόρους ἐπινοίας*, et infra [2]) observat infinita ei esse nomina, quod aequaliter diffusus ad omnem potestatem et habitum pertineat, omniumque sit causa et inspector, *ἀπεριλήπτων ὅσων ὀνομασιῶν αὐτῷ τούτων* (lege *τοιούτων* cum codice regio 2720) *οὐσῶν, ἐπεὶ δὲ διατέτακεν εἰς πᾶσαν δύναμιν καὶ σχέσιν.* Sic Laertius [3]) dicit, Stoicis unum idemque esse deum, mentem, fatum, et Iovem, et multis aliis praeterea cognominibus designari deum: *ἓν εἶναι θεὸν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ Δία πολλαῖς τε ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι.* Pariter et Plutarchus [4]) dicit, deum a Stoicis vocari *πνεῦμα διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας λαμβάνον, διὰ τὰς ὕλης δι' ἧς κεχωρήκει παραλλάξεις;* in quo adsentientem habet Athenagoram [5]), qui monet porticus deum varia a variis materiae, per quam diffunditur, mutationibus nomina invenire, et hunc Stoicis unum eundemque esse, quamvis diversis appellationibus multiplicari videatur: *οἱ δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς, κἂν ταῖς προσηγορίαις κατὰ τὰς παραλλάξεις τῆς ὕλης, δι' ἧς φασι τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ θεοῦ πληθύνωσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνόμασι, τῷ γοῦν ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν θεόν.* Idem infra [6]) iis non esse nisi unum deum affirmat, qui *Ζεὺς* dicitur ab ebullientis materiae fervore, Iuno propter aërem, itemque in caeteris, pro unaquaque materiae, per quam discurrit, parte varie appellatur: *τὸ πνεῦμα αὐτοῦ διήκει δι' ὅλου τοῦ κόσμου, ὁ θεὸς εἷς κατ' αὐτούς. Ζεὺς μὲν κατὰ τὸ ζέον τῆς ὕλης ὀνομαζόμενος· Ἥρα δὲ, κατὰ τὸν ἀέρα· καὶ τὰ λοιπὰ καθ' ἕκαστον τῆς ὕλης μέρος, δι' ἧς κεχώρηκε, καλούμενος.* Notanda haec

---

1) Cap. 9. p. 150. 2) Cap. 9. p. 151.
3) Pag. 196. 4) De placit. philos. I, 7. p. 882.
5) Pag. 54 ed. Rechenberg. 6) Pag. 58.

Epicteti apud Arrianum [1]) verba: *εὐχάριστοι δ' ἄνθρωποι καὶ αἰδήμονες, εἰ μηδὲν ἄλλο καθ' ἡμέραν ἄρτους ἐσθίοντες, τολμῶσι λέγειν ὅτι οὐκ οἴδαμεν εἰ ἔστι τις Δημήτηρ, ἢ Κόρη, ἢ Πλούτων; ἵνα μὴ λέγω νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀπολαύοντες, καὶ μεταβολῶν τοῦ ἔτους, καὶ ἄστρων, καὶ θαλάσσης καὶ γῆς καὶ τῆς παρὰ ἀνθρώπων συνεργίας, ὑπ' οὐδενὸς τούτων οὐδὲ κατὰ ποσὸν ἐπιστρέφονται*, ubi vides, quid per numina civili et fabulosa theologia consecrata intellexerint Stoici, omnia ad allegoriam revocantes.

Sic Augustinus [2]), paganorum de deo doctrinam explicans: *Tot cognominibus unus Iupiter . . . . . in quibus omnibus vis multiplex esse dicitur ad unum deum, vel ad unam deam pertinens: non multitudo cognominum deorum etiam multitudinem faciens.* Et ibidem de variis Telluris cognominibus dicit: *unius sint ista multa nomina . . . . . . valde aliud est, unam deam nomina habere multa, aliud est deas multas. Sed potest,* inquit, *fieri, ut eadem res et una sit, et in ea quaedam res sint plures. Concedo, ut in uno homine esse res plures: numquid ideo et homines plures? Sic in una dea esse res plures, numquid ideo et deas plures?* Eadem similitudine usum fuisse Senecam [3]) vidimus, qui dicit: *et iustitia, probitas etc. unius animi bona sunt; quidquid horum tibi placuit, animus placet.* Idem Augustinus alibi [4]): *ipse in aethere sit Iupiter* etc. *Ipse sit Mutinus, qui apud Graecos est Priapus, si non pudet. Haec omnia, quae dixi, et quaecunque non dixi (non enim omnia dicenda arbitratus sum), hi omnes dii deaeque sint unus Iupiter: sive sint, ut quidam volunt, omnia ista partes eius, sive virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eum placet esse mundi animum: quae sententia velut magnorum multorumque doctorum est.* Idem alibi Augustinus [5]): *Ergo et Iovem, ut deus sit, et maxime ut rex deorum, non alium possunt existimare, quam mundum: ut in diis caeteris secundum istos suis partibus regnet. In hanc sententiam etiam quosdam versus Valerii Sorani exponit idem Varro*

1) II, 30. p. 301 ed. Upton. 2) De Civ. Dei VII, 24.
3) De benefic. IV, 8. 4) De Civ. Dei IV, 11.
5) De Civ. Dei VII, 9.

in eo libro, quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit: qui versus hi sunt:

Iuppiter omnipotens regum rex ipse, deusque,

Progenitor, genitrixque deûm, deus unus et omnis.

Non igitur, ut immerito Epicureus Velleius dixit apud Ciceronem [1]), Antisthenes sustulit vim et naturam deorum, quum naturalem unum esse dixit, ubi naturalem Lactantius [2]) interpretatus est summae totius artificem. Idem Augustinus alibi [3]): *Apollinem, quamvis divinatorem et medicum velint, tamen ut in aliqua parte mundi statuerent, ipsum etiam Solem esse dixerunt: Dianamque germanam similiter Lunam et viarum praesidem. Unde et virginem volunt, quia nihil pariat, et ideo ambos sagittas habere, quae ipsa duo sidera de coelo radios terras usque pertendant. Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc est Orcum, terrenam et infimam partem mundi. Liberum et Cererem praeponunt seminibus, vel illum masculinis, illam foemininis, vel illum liquori, illam vero ariditati seminum. Et hoc utique totum refertur ad mundum, id est, ad Iovem, quia propterea dictus est progenitor genitrixque, quae omnia semina ex se emitteret, et in se reciperet. Quandoquidem etiam matrem magnam eandem Cererem volunt, quam nihil aliud dicunt esse quam terram, eamque perhibent et Iunonem.* Et alibi [4]): *Mercurium vero et Martem quomodo referrent ad aliquas partes mundi, et opera dei, quae sunt in elementis, non invenerunt, et ideo eos saltem operibus hominum praeposuerunt, sermocinandi et belligerandi ministros.* Xenophon [5]): *Ζεὺς ὁ αὐτὸς δοκῶν εἶναι, πολλὰς ἐπωνυμίας ἔχει.*

Hinc recte Bruckerus [6]) affirmat, hunc morem Theogonias veterum ad rationes philosophicas applicandi et deos in rerum naturae partibus quaerendi in schola Stoicorum celeberrimum fuisse et ad Cornuti ac Sallustii libros pro-

1) De N. D. I, 13.
2) Instit. div. I, 5.
3) De Civ. Dei VII, 16.
4) De Civ. Dei VII, 14.
5) Sympos. c. 8.
6) T. I. p. 928.

vocat. Idem infra [1]) loquitur de Stoicorum more, quo munera, vel operationes potius per omnes mundi partes se diffundentis et eas agitantis animae divinae, sive rationis, in totidem deos mutaverunt (seu potius ut totidem naturae partes deificatas divino numine nuncupaverunt) sicque *πολυθεότητι* et vulgari religioni philosophicam larvam induerunt: ut ex iis videri posse docet, quae Sallustius et Phurnutus (Cornutus) de hoc argumento scripsere. Idem alibi [2]) monet, secundum Stoicos, inesse cunctis mundi partibus divinitatis radios partesque, et recte addit, hoc ex ipsa sequi mundi anima, multisque Stoicorum effatis constare, et peculiari libello a nostro fuisse Cornuto expositum.

Sic, referente Alberto Magno, quem Bailius in *Spinoza* laudat, Alexander Epicureus dixit deum esse materiam, vel non esse extra ipsum, et omnia essentialiter esse. Deum et formas esse accidentia imaginata, et non habere veram ensitatem, et ideo docuit omnia idem esse substantialiter, et hunc deum appellavit aliquando Iovem, aliquando Apollinem, et aliquando Palladem; et formas esse peplum Palladis, et vestem Iovis, et neminem sapientium aiebat ad plenum revelare posse ea, quae latebant sub peplo Palladis et sub veste Iovis. Sic et Auctor libri de mundo [3]), fere semper Stoicissans: *εἷς δὲ ὢν (ὁ Ζεὺς) πολυώνυμός ἐστι, κατονομαζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς νεοχμεῖ*, quod quidem infra fusius exponit et confirmat auctoritate Orphei, cuius insigne recitat fragmentum, et ab Apuleio [4]), Pseudo-Aristotelis interprete, et ab Eusebio [5]) et a Proclo [6]) aliisque innumeris servatum, et de quo vide Eschenbachium [7]). Enimvero hanc ego de uno eodemque numine, seu de una potius natura doctrinam non Stoicorum propriam, sed ex Orpheo, qui eam ipse Aegyptiis de-

1) T. I. p. 928. 2) T. I. p. 932.
3) Cap. 7.
4) De mundo p. 753 ed. Paris. 1688.
5) Praep. evang. III, 9. p. 100 et 101.
6) In Timaeum p. 96. 7) De poesi Orphica p. 68 sqq.

bebat, ita haustam puto, ut in Orphicis mysteriis, aliqua tamen Spinozismi tabe infectis, et ad pantheismum propius quam ad theismum accedentibus, id praecipue traderetur, quod iam supra observavimus, scilicet populares deos esse multos, naturalem unum, id est, unam eandemque naturam, quae diversis nominibus pro diversis suis partibus et potestatibus, gaudeat. Praecipua autem suae theologiae naturalis dogmata Orpheo sublegisse Stoicos, docet Eusebius [1]), pretiosissimum illud Orphei, seu potius auctoris, qui sub Orphei nomine delitescens, illius dogmata repraesentavit, fragmentum laudans [2]) et cum Stoica conferens doctrina. In hoc autem fragmento omnes dii sic ad unicum Iovem, ut in Macrobio [3]) ad unicum referuntur Solem: quibuscum sic consonat Hermesianax, vetus poeta Stoicis laudatus:

Πλούτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἔρωτες,
Ἄρτεμις, ἠδ' ἑκάεργος Ἀπόλλων, εἷς θεός ἐστι,

id est, *deus unus et omnis*, ut ait Valerius Soranus supra excitatus.

Iohannes Diaconus in Allegoriis Theologiae Hesiodi apud Eschenbachium [4]) alios Orphei versus *ἐκ τοῦ μεγάλου κρατῆρος* depromit, in quo opere docet Orpheus Mercurium esse interpretem et nuncium, *Ἑρμῆς Ἑρμηνεύς*, Nymphas aquam, Vulcanum ignem, Cererem frumentum, Neptunum mare, Martem bellum, Apollinem solem etc. Eusebius [5]) autem monet, Orphea totam suam hausisse theologiam ex Aegyptiis, qui similiter putarent mundum utique deum esse, ex pluribus diis, sui partibus, id est, ex partibus, quae in deorum numero reponebantur, constantem; et hoc unum, praetereaque nihil aliud, in Orphicis, quorum supra meminit, expressum fuisse versibus contendit Eusebius: *Αἰγυπτίων δὲ ὁ λόγος, παρ' ὧν καὶ Ὀρφεὺς τὴν θεολογίαν ἐκλαβὼν, τὸν κόσμον εἶναι τὸν θεὸν ᾤετο, ἐκ πλειόνων θεῶν τῶν αὐτοῦ μερῶν (ὅτι καὶ τὰ μέρη τοῦ*

1) Praep. evang. III, 9. 2) Ibid. p. 100 sqq.
3) Saturn. I, 17. 4) De poesi Orphica p. 75.
5) Praep. evang. p. 103. [Lib. III, 4.]

κόσμου θεολογοῦντες ἐν τοῖς πρόσθεν ἀπεδείχθησαν) συνεστῶτα. καὶ τούτου πλέον οὐδὲν τὰ παρατεθέντα τῶν ἐπῶν ῥήματα διεσάφησεν. Et hanc quidem doctrinam ab Orphicis, aut certe a' veteribus philosophis, ut observat Eusebius, ad Stoicos transmissam, origine Aegyptiacam e Nili fontibus fluxisse, facile persuaderent Aegyptiaca Isidis mysteria, quam loquentem et omnia numina, quamvis multiformi specie, ritu vario et nomine multiiugo in toto terrarum orbe culta ad se unum numen revocantem audi apud Apuleium in undecimo Metamorphoseon libro, et eiusdem ad eandem Isidem Apuleii precationem confer cum celeberrimo illo Orphei de dei seu potius de naturae unitate hymno, quem ab Eusebio et Clemente Alexandrino prolatum in mysteriis Eleusiniis et Hierophanta sub creatoris imagine apparente decantatum fuisse ita cum Warburtono [1]) existimamus, ut quod iam saepius inculcavimus, eum potius ad pantheismum, quam ad theismum et dei unitatem referendum opinemur.

Laertius [2]) dicit Stoicis deum esse *τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων. κοινῶς τε καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις. Δία μὲν γάρ φασι, δι᾽ ὃν τὰ πάντα·* (ut in Cornuto [3])) *Ζῆνα δὲ καλοῦσι, παρ᾽ ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν* (ut etiam in Cornuto [4])) *ἢ διὰ τοῦ ζῆν* [5]) *κεχώρηκεν. Ἀθηνᾶν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα*

---

1) Dissert. 5. T. I. p. 197.   2) Pag. 149.

3) Cap. 2. de Iove p. 41.   4) Ibid.

5) Forte hic in Laertio pro *διὰ τοῦ ζῆν* legendum *διὰ τοῦ ζεῖν*, ut Athenagoras p. 58 habet, *Ζεὺς μὲν, κατὰ τὸ ζέον τῆς ὕλης ὀνομαζόμενος*, et p. 186 *ἡ ζέουσα οὐσία κατὰ τοὺς Στωϊκούς.* Sic et Auctor allegoriarum Homericarum, qui vulgo Heraclides Ponticus vocatur, quemque Stoicum esse credo, hasce duas coniungit etymologias p. 441 [ed. Gale], ut in Laertio coniungendas puto: *εἴη δ᾽ ἂν, οἶμαι, τοῦτο Ζεὺς ἐπώνυμος; ἤτοι τὸ ζῆν παρεχόμενος ἀνθρώποις, ἢ παρὰ τὴν ἔμπυρον ζέσιν οὕτως ὠνομασμένος.* Idem fere in incerto auctore apud Stobaeum Ecl. phys. c. 1. p. 1. Praeterea cum paulo supra Laertius *τὸ Ζῆνα* derivaverit *ἀπὸ τοῦ ζῆν*, non hic quidem inculcare debuit, nec disiunctivam particulam praemisisset, *ἢ διὰ* etc. quae aliam promit-

διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ· (idem in Cornuto [1])) *Ἥραν δὲ, κατὰ τὴν εἰς ἀέρα.* (idem in Cornuto [2])) *καὶ Ἥφαιστον, κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ* (vide Cornutum [3])) *καὶ Ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρὸν* (idem in Cornuto [4])) *καὶ Δήμητραν, κατὰ τὴν εἰς γῆν·* (idem in Cornuto [5])) *ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοί τινος οἰκειότητος* [6]) *ἀπέδοσαν.* Itaque, ut ait Seneca, *Iovi nomen omne convenit*, et: *omnia eiusdem dei nomina sunt, varie utentis sua potestate.*

Et hic quidem Laertii locus eo magis notandus et diligenter illustrandus est, quod eo totius physicae Stoicorum theologiae compendium contineatur. Ac primo quidem in eo mirum videri poterit, quod *ignis* ad eam hic referatur dei partem, quae Vulcanus dicitur, dum contra aliis in locis non Iupiter, sed Vulcanus pro igne habetur. Sed hoc ut intelligatur et concilietur, observandum est, duos esse Stoicis ignes, eosque maxime diversos, unum quidem *artificiosum*, alterum vero *inartificiosum*, ut vocant; illum pellucidum et purum, *διαυγὲς καὶ καθαρόν*, hunc aëre permixtum, quem adhibemus in usum vitae, *τὸ δ' ἐν χρήσει καὶ*

---

tere videtur etymologiam. Et hanc quidem occupaverat emendationem Lipsius Physiol. Stoic. Lib. I. dissert. 9. p. 47. de quo tamen vide Menagium ad Laertium p. 187. Notandum autem hanc etymologiam, ut et multas alias, Platoni in Cratylo p. 273 debere Stoicos.

1) Cap. 20. de Minerva p. 184. 2) Cap. 3. de Iunone p. 143.

3) Cap. 19. de Vulcano p. 181.

4) Cap. 4. de Neptuno p. 144 et cap. 22. de eodem p. 192.

5) Cap. 28. de Cerere p. 206.

6) Seneca Quaestionum naturalium Lib. II, 45. *Vis illum fatum vocare? non errabis. Hic est, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum. Vis illum providentiam dicere? recte dices. Est enim, cuius consilio huic mundo providetur, ut inconcussus eat, et actus suos explicet. Vis illum naturam vocare? non peccabis. Est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu vivimus. Vis illum vocare mundum? non falleris. Ipse enim est, totum quod vides, totus suis partibus inditus, et se sustinens vi sua.* Cf. eiusdem de benef. IV, 7 et 8.

ἀερομιγές, ut pulchre distinguit Cornutus [1]), qui et inartificiosum vocat [2]): *πῦρ, ᾧ χρῶνται αἱ τέχναι.* Sic et Balbus Stoicus apud Ciceronem [3]) discernit ignem, quem adhibemus ad usum atque ad victum, ab eo, qui corporibus animantium continetur, *atque hic noster ignis*, inquit, *quem usus vitae requirit, confector est, et consumptor omnium, idemque, quocunque invasit, cuncta disturbat, ac dissipat. Contra ille corporeus* (id est, *qui corporibus animantium continetur*, ut supra explicavit) *vitalis et salutaris, omnia conservat, alit, auget, sustinet sensuque afficit.* Et idem [4]): *mundi ille fervor, purior, perlucidior, mobiliorque multo: ob easque causas aptior ad sensus commovendos, quam hic noster calor, quo haec, quae nota nobis sunt, retinentur et vigent.* Apud Stobaeum [5]) Zeno pariter dicit *δύο γένη πυρὸς εἶναι, τὸ μὲν ἄτεχνον καὶ μεταβάλλον εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφὴν, τὸ δὲ τεχνικὸν, αὐξητικόν τε καὶ τηρητικὸν, οἷον ἐν τοῖς φυτοῖς ἐστὶ καὶ ζώοις, ὃ δὴ φύσις ἐστὶ καὶ ψυχή· τούτου δὲ πυρὸς εἶναι τὴν τῶν ἄστρων οὐσίαν*, ut Balbus apud Ciceronem [6]) docet solem igneum, cum is efficiat, ut omnia floreant et in suo quoque genere pubescant, esse artificiosum et ei, qui corporibus animantium continetur, similem. Sic Plato [7]): *τοῦ μὲν πυρὸς ὅσον τὸ μὲν καίειν οὐκ ἔσχε, τὸ δὲ παρέχειν φῶς ἥμερον . . . . . τὸ γὰρ ἐντὸς ἡμῶν ἀδελφὸν ὂν τούτου πῦρ εἰλικρινές.* Re vera hanc a Platone distinctionem mutuati fuerant Stoici. Apud Platonem [8]) Socrates: *πῦρ ἐστὶ μέν που γὰρ ἡμῖν, ἔστι δὲ ἐν τῷ παντὶ . . . . . σμικρὸν μέν τι τὸ παρ' ἡμῖν καὶ ἀσθενὲς, καὶ φαῦλον· τὸ δ' ἐν τῷ παντὶ, πλήθει τε θαυμαστὸν, καὶ κάλλει, καὶ πάσῃ δυνάμει τῇ περὶ τὸ πῦρ οὔσῃ.* Rechenbergus [9]) Stoicos artificiosi vocabulum active usurpasse dicit, quod arte, id est, ratione, mensura et pondere, certis omnibus omnia faciat, ut, inquit, Plato alicubi scribit. Stoicis au-

---

1) Cap. 19. de Vulcano p. 181. 2) Ibid. p. 183.
3) De N. D. II, 15. 4) Ibid. II, 11.
5) Ecl. phys. p. 57. [T. II. p. 538 ed. Heeren.]
6) De N. D. II, 15. 7) Timaeo p. 1056.
8) Philebo p. 182. 9) Ad Athenagor. p. 57.

tem ignis ille *artificiosus* purus et pellucidus, id est, aether, erat Iupiter; ignis autem inartificiosus, quem usus vitae requirit, erat Vulcanus: quod sic clare docet Cornutus [1]): *ὁ μὲν αἰθὴρ καὶ τὸ διαυγὲς καὶ καθαρὸν πῦρ Ζεύς ἐστι· τὸ δ' ἐν χρήσει καὶ ἀερομιγὲς Ἥφαιστος.* Sic et Auctor allegoriarum Homericarum, Pseudo-Heraclides, qui procul dubio Stoicus erat [2]): *ἐπικαλεῖται (Ὅμηρος) τὸν ὀξύτατον αἰθέρα, τὴν ἀνωτάτω τάξιν εἰληχότα. πυρὸς δὲ εἰλικρινοῦς φύσις ἅτ' οἶμαι κουφοτάτη τὸν ὑψηλότατον ἀποκεκλήρωται χῶρον. εἴη δ' ἂν οἶμαι, τοῦτο Ζεὺς ἐπώνυμος* etc., et alibi [3]): *ἐπεὶ ἡ πυρὸς οὐσία διπλοῖ, καὶ τὸ μὲν αἰθέριον (ὡς ἔναγχος εἰρήκαμεν) ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω τοῦ παντὸς αἰώρας, οὐδὲν ὑστεροῦν ἔχει πρὸς τελειότητα. τοῦ δὲ παρ' ἡμῖν πυρὸς ἡ ὕλη πρόσγειος οὖσα, φθαρτή, καὶ διὰ τῆς ὑποστρεφούσης παρ' ἕκαστα ζωπυρουμένη. διὰ τοῦτο τὴν ὀξυτάτην φλόγα συνεχῶς, ἥλιόν τε καὶ Δία προσαγορεύει. τὸ δ' ἐπὶ γῆς πῦρ, Ἥφαιστον, ἑτοίμως ἁπτόμενόν τε καὶ σβεννύμενον. ὅθεν εἰκότως κατὰ σύγκρισιν ἐκείνου τοῦ ὁλοκλήρου, τοῦτο νενόμισται χωλὸν εἶναι τὸ πῦρ . . . . . τὸν γοῦν Ἥφαιστον οὐκ ἀλληγορικῶς ἐν ἑτέροις, ἀλλὰ διαῤῥήδην πῦρ φησὶν Ὅμηρος εἶναι.*

Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο [4]).

Idem Heraclides alibi [5]) Vulcanum vocat *θνητὸν πῦρ*, et opponit *οὐρανίῳ αἰθέρι καὶ ἀκηράτῳ ἡλίου φλογί*, ubi vides per solem et aethera ideo artificiosum ignem intelligi, quod, ut supra demonstravimus, alii quidem in aethere, ut Chrysippus, alii vero, ut Cleanthes, in sole purissimum ignem, mundi animam ac supremum deum collocarent.

Itaque cum constet, in porticu longe diversa esse ignem artificiosum, *πῦρ τεχνικόν*, id est, Iovem, et ignem inartificiosum, id est, Vulcanum, hinc sequitur, Laertium immerito dixisse, deum tunc Vulcanum appellari, cum pertineat

---

1) Cap. 19. de Vulcano p. 181.
2) Pag. 441 ed. Gale. 3) Pag. 445 ed. Gale.
4) Iliad. *β*, 426. ubi legitur *ἐμπείραντες*.
5) Pag. 483 ed. Gale.

ad ignem artificiosum, κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ. Nam, ut supra in aperta luce collocavimus, deus ad hunc artificiosum ignem pertinens non Vulcanus, sed Iupiter vocatur. In hoc autem lapsus est Laertius, quod non cum Heraclide, seu potius cum Cornuto et Stoico apud Tullium Balbo, immo cum ipsomet Zenone, distinxerit crassum istum ignem et cum aëre permixtum, inartificiosum dictum, quem usus vitae requirit, quemque Vulcanum esse putant, ab igni puro et pellucido atque artificioso, id est, ab aethere, quem Iovem Stoici nominant. Sicque male confudit Laertius duas illas ignei dei partes, quae ideo iam separandae erant, quod diversis gauderent et nominibus et affectibus.

Idem infra Laertius [1]) naturam definit πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον [2]) εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστίν, ut ibidem Laertius explicat, πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδές. Eandem deo, quem nihil aliud esse ac naturam probavimus, definitionem accommodant Plutarchus [3]) et Athenagoras [4]). Sed non vidit Laertius, non solum apud Stoicos inter se differre ignem artificiosum et inartificiosum, sed etiam aliud esse apud eosdem ignem *artificiosum*, aliud ignem *artificem*. Hoc postremum ab ipso Zenone observatum, nec a Plutarcho nec ab Athenagora commemoratum, uni debemus Balbo apud Ciceronem [5]) sic loquenti: *Zeno ita naturam definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. Censet enim*, inquit idem Balbus, *artis maxime proprium esse,*

---

1) Pag. 201.

2) Cornutus c. 19. p. 181 ed. Gale, quemadmodum e codicibus emendari debet, de Vulcano loquens: χωλὸς δὲ παραδίδοται, τάχα μὲν διὰ τὸ παχεῖαν τὴν διὰ τῆς ὕλης πορείαν ποιεῖσθαι, τοῖς ἐπισκάζουσιν ὁμοίαν. *Alii*, inquit Balbus Stoicus apud Ciceronem de N. D. II, 32, *naturam censent esse vim participem rationis, atque ordinis, tanquam via progredientem declarantemque, quid cuiusque rei causa efficiat, quid sequatur; cuius solertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando.*

3) De plac. phil. I, 7. p. 881.

4) Pag. 56 ed. Rechenberg. 5) De N. D. II, 22.

creare et gignere; quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum (ut Zeno supra laudatus apud Stobaeum [1]) dicit τὸ τεχνικὸν πῦρ esse φύσιν). *Atque hac quidem ratione,* inquit idem Balbus, *omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam, quam sequatur. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coërcet et continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix, et provida utilitatum opportunitatumque omnium.* Hic vides inter naturam artificiosam, habentem viam quandam et sectam, quam sequatur, et inter naturam mundi, id est, animae mundi, non artificiosam solum, sed quam sequatur natura artificiosa, idem discrimen statuere Zenonem, quod Spinoza inter naturam naturatam et naturam naturantem. Scilicet natura artificiosa est materia ita a deo affecta, ut creet et gignat; natura autem artifex est ὁ ἐν ὕλῃ λόγος, τὸ ποιοῦν, id est, ratio in materia insita, deus faciens et naturam artificiosam ita afficiens, ut possit creare et gignere. Qui quidem supremus deus haud alius est ab aethere, quem Iovem fuisse dictum supra declaravimus.

Deinde cum, ut ait Seneca [2]), permeet ab aethere lucidissimo aër, in terram usque diffusus, agilior quidem tenuiorque et altior terris, nec minus aquis, caeterum aethere spissior graviorque, cumque, ut ait idem ibidem Seneca, summa pars eius sit siccissima calidissimaque, et ob hoc etiam tenuissima propter viciniam aeternorum ignium, dum contra pars ima et vicina terris, densa et caliginosa est, hinc Stoici summam aëris partem, *Iunonem*, imam *Plutonem* vocabant; quamvis utraque pars ex eodem communi fonte, id est, communi natura proflueret. Unde Chrysippus apud Ciceronem [3]), postquam ignem et aethera deum dixit, idem quoque tribuit nomen aquae, terrae et aëri, quae dicit natura fluere atque manare. Sic et Cornutus [4]): ῥυεῖσα εἰς

1) Ecl. phys. p. 57.

2) Quaest. nat. II, 10.

3) De N. D. I, 15.

4) Cap. 3. de Iunone p. 143.

λεπτότητα ἡ οὐσία τό τε πῦρ (Iovem) καὶ τὸν ἀέρα (Iunonem) ὑφίστησιν. Idem ibidem supra de iisdem, Iove et Iunone: *γεγόνασιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς φύσεως*. Sic enim legendum pro *ἐπὶ τῆς αὐτῆς νεύσεως* probavimus. Apud Athenagoram [1]) Stoicorum dogma explicantem pars Iovis, seu dei supremi, quae pertinet ad aërem, dicitur *Ἥρα, κατὰ τὸν ἀέρα*, ubi latentem in voce *Ἥρα* ad *ΑΕΡΑ* allusionem, seu annominationem, ut vocat Auctor ad Herennium, sic indicat idem Athenagoras [2]): *Ἥρα, κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς], ὁ ἀὴρ, καὶ τοῦ ὀνόματος, εἰ αὐτὸ αὑτῷ ἐπισυνάπτοιτο συνεκφωνουμένου*, vel *συμφωνουμένου*, ut coniecit Gesnerus. Idem habes in Arnobio [3]) et in Servio [4]), citante ad Arnobium Elmenhorstio [5]). Vide et Menagium ad Laertium [6]), et observa, hanc Stoicam, ut multas etiam alias, e Platone in Cratylo [7]) petitam fuisse etymologiam. Idem Athenagoras [8]): *περὶ δὲ τοῦ Διός, εἰ μὲν ἀὴρ ἐστι γεγονὼς ἐκ Κρόνου, οὗ τὸ μὲν ἄρσεν* (aether) *ὁ Ζεὺς, τὸ δὲ θῆλυ* (aër) *Ἥρα, διὸ καὶ ἀδελφὴ καὶ γυνή*, prorsus ut Balbus Stoicus apud Ciceronem [9]): *aër autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et coelum, Iunonis nomine consecratur: quae est soror et coniux Iovis, quod ei similitudo est aetheris, et cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autem eum Iunonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius.* Augustinus [10]): *Cur illi etiam Iuno uxor adiungitur, quae dicitur soror et coniux? quia Iovem, inquiunt, in aethere accepimus, in aëre Iunonem, et haec duo elementa coniuncta sunt, alterum superius, alterum inferius.* Cornutus [11]): *γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ· παραδέδοται ἡ Ἥρα, ἥ τις ἐστὶν ἀήρ· συνῆπται γὰρ εὐθὺς αὐτῷ, καὶ κεκόλληται, αἰρομένη ἀπὸ τῆς γῆς, ἐκείνου αὐτῆς ἐπιβεβηκότος.* Auctor vitae Homeri, apud quem

1) Pag. 58.
2) Pag. 186.
3) Adv. gentes III. p. 118.
4) Ad Aeneid. I. fol. 171. [vs. 78.]
5) Pag. 181 ed. Arnobii.
6) Pag. 187 sq.
7) Pag. 278.
8) Pag. 192.
9) De N. D. II, 26.
10) De civ. dei IV, 10.
11) Cap. 3. p. 143.

non de illius poetae, sed de istorum philosophorum opinione tractatur, quod Augustinus [1]) de Stoicis quendam Homeri versum interpretantibus dixerat, sic habet [2]): *ἐν οἷς δέ φησιν ὁ ποιητὴς συνοικεῖν τῷ Διΐ τὴν Ἥραν οὖσαν ἀδελφήν, δοκεῖ ταῦτα ἀλληγορεῖσθαι, ὅτι Ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀήρ, ἥπερ ἐστὶν ὑγρὰ οὐσία, διὸ καὶ λέγει, — ἠέρα δ' Ἥρα Πότνια πρόσθε βαθεῖαν* [Il. φ, 7]. *Ζεὺς δὲ, ὁ αἰθήρ, τουτέστιν ἡ πυρώδης, καὶ ἔνθερμος οὐσία, Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν. ἀδελφοὶ μὲν οὖν ἔδοξαν διὰ τὴν συνάφειαν, καὶ τὴν κατά τι ὁμοιότητα, ὅτι ἄμφω κοῦφοι καὶ κινούμενοι· σύνοικοι δὲ καὶ ὁμόλεκτροι, ὅτι ἐξ αὐτῶν συνιόντων γεννᾶται τὰ πάντα.* Heraclides [3]): *διο γὰρ ὄντων κατὰ τοὺς φυσικοὺς τῶν πνευματικῶν στοιχείων, αἰθέρος τε καὶ ἀέρος, τὸν μὲν Δία, τὴν πυρώδη φαμὲν οὐσίαν· ἡ δὲ Ἥρα μετ' αὐτόν ἐστιν ἀήρ, μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ,* prorsus ut Balbus supra laudatus apud Ciceronem [4]): *effeminarunt autem eum Iunonique tribuerunt, quod nihil est co mollius.* Servius ad Aeneida [I, 47] a Iac. Tollio [5]) laudatus: *Physici Iovem aetherem, id est, ignem volunt intelligi; Iunonem vero aërem, et quoniam tenuitate paria sunt, dixerunt esse germana.* Et alibi: *interdum pro aëre Iuno, et pro aethere Iupiter accipitur.* Tertullianus [6]): *ipsa vulgaris superstitio communis idololatriae . . . . . figurans Iovem in substantiam fervidam, et Iunonem in aëriam, secundum sonum Graecorum vocabulorum.* Et hoc procul dubio respexit dogma Tertullianus, cum dixit [7]): *Zeno aërem et aetherem deos pronunciat.* Non hic autem omittenda quae de Iunone habet Iulius Firmicus [8]): *Assyrii et pars Afrorum aërem ducatum habere elementarium volunt, et hunc imaginata figuratione venerantur. Nam hunc eundem, nomine Iunonis, vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit ali-*

---

1) De civ. dei V, 8.
2) Pag. 325 et 326 ed. Gale.
3) Pag. 429 ed. Gale.
4) De N. D. II, 26.
5) Fort. p. 190.
6) Advers. Marcion. I, 13. p. 372.
7) Ibid. I, 12. p. 371.
8) De errore prof. rel. p. 6.

quando virginitas, consecrarunt. De quo vide Plutarchum [1]), in Crassi vita, ubi de dea Hierapolitana loquitur.

Pars autem aëris ima et vicina terris, densa et caliginosa, ut vocat Seneca [2]), Stoicis est Pluto, ut iam supra diximus. Cornutus [3]): *ἀδελφὸς δὲ αὐτῶν* (Iovis et Iunonis) *καὶ ὁ Ἅδης εἶναι λέγεται. οὗτος δέ ἐστιν ὁ παχυμερέστατος καὶ προσγειότατος ἀήρ.* Auctor vitae Homeri [4]): *Ζεύς μὲν ἔλαχε τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν.* Heraclides [5])', postquam docuit Iovem esse *πρῶτον αἰθέρα*, addit: *τὸν δ' ὑπένερθεν ἀΐδην ἀλληγορικῶς ἀέρα προσαγορεύει· μέλαν γὰρ τουτὶ στοιχεῖον, ὡς ἂν οἶμαι, παχυτέρας καὶ διύγρου λαχὸν μοίρας, δίχα γοῦν τῶν καταφωτίζειν δυναμένων, ἀλαμπής ἐστιν· ὅθεν εὐλόγως αὐτὸν ἀΐδην προσηγόρευσεν.* Et hanc quidem distinctionem Stoici videntur a Platone hausisse, qui sic habet in Timaeo [6]): *πῦρ μὲν εἰς ἅπαντα διελήλυθε μάλιστα, ἀὴρ δὲ δευτέρως, ὡς λεπτότητι δεύτερος ἔφυ, καὶ τἆλλα ταύτῃ, τὰ γὰρ ἐκ μεγίστων μερῶν γεγονότα μεγίστην κενότητα ἐν τῇ ξυστάσει παραλέλοιπε, τὰ δὲ σμικρότατα ἐλαχίστην. ἡ δὴ τῆς πιλήσεως ξύνοδος τὰ σμικρὰ εἰς τὰ τῶν μεγάλων διάκενα ξυνωθεῖ. σμικρῶν οὖν παρὰ μεγάλα τιθεμένων καὶ τῶν ἐλαττόνων τὰ μείζονα διακρινόντων, τῶν δὲ μειζόνων ἐκεῖνα συγκρινόντων, πάντ' ἄνω κάτω μεταφέρεται πρὸς τοὺς ἑαυτῶν τόπους· μεταβάλλον γὰρ τὸ μέγεθος ἕκαστον καὶ τὴν τῶν τόπων μεταβάλλει στάσιν. οὕτω δὴ διὰ ταῦτά τε ἡ τῆς ἀνωμαλότητος διασωζομένη γένεσις ἀεὶ τὴν κίνησιν τούτων οὖσαν ἐσομένην τε ἐνδελεχῶς παρέχεται. μετὰ δὴ ταῦτα δεῖ νοεῖν ὅτι πυρός τε γένη πολλὰ γέγονεν, οἷον φλὸξ τό τε ἀπὸ τῆς φλογὸς ἀπιόν, ὃ κάει μὲν οὔ, φῶς δὲ τοῖς ὄμμασι παρέχει, τό τε φλογὸς ἀποσβεσθείσης ἐν τοῖς διαπύροις καταλειπόμενον αὐτοῦ. κατὰ ταὐτὰ ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος, ὁ δὲ θολερώτατος, ὁμίχλη τε*

---

1) In Crasso p. 553.
2) Quaest. nat. II, 10.
3) Cap. 5. p. 144.
4) Pag. 326.
5) Pag. 442 ed. Gale.
6) Pag. 1063. [p. 58. HST.]

καὶ σκότος. Pythagoras apud Laertium [1]) dicit *διήκειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνα διὰ τοῦ αἰθέρος τοῦ τε ψυχροῦ καὶ παχέος. καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα, ψυχρὸν αἰθέρα· τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν, παχὺν αἰθέρα. ταύτην δὲ τὴν ἀκτῖνα καὶ εἰς τὰ βάθη δύεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο, ζωοποιεῖν πάντα.*

Idem deus seu Iupiter ad mare pertinens dicebatur Neptunus. Apud Cornutum [2]) Neptunus est *ἡ ἀπεργαστικὴ ἐν τῇ γῇ καὶ περὶ τὴν γῆν τοῦ ὑγροῦ δύναμις.* Et alibi [3]): *ὁ αὐτός ἐστι τῇ τεταγμένῃ κατὰ τὸ ὑγρὸν δυνάμει.* Augustinus [4]): *animam mundi et partes eius deos veros esse existimatis: partem animae mundi, quae mare permeat, deum Neptunum* etc. Apud Ciceronem [5]) Cotta Academicus Stoicum sic alloquitur Balbum: *Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pertinentem; idem de Cerere. Istam autem intelligentiam aut maris aut terrae non modo comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere.* Sed multo accuratius, quam Academicus Cotta dixit Laertius [6]): *εἰς ἅπαν κόσμου μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς. ἀλλ' ἤδη δι' ὧν μὲν μᾶλλον, δι' ὧν δὲ ἧττον. δι' ὧν μὲν γὰρ ὡς ἕξις κεχώρηκεν, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων· δι' ὧν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ.* Et infra [7]): *θεὸν λέγουσιν αἰσθητικῶς ὥσπερ κεχωρηκέναι διὰ τῶν ἐν ἀέρι, καὶ διὰ τῶν ζώων ἁπάντων καὶ φυτῶν· διὰ δὲ τῆς γῆς αὐτῆς καθ' ἕξιν.* Itaque, ut vides, deus non proprie *ὡς νοῦς*, et *αἰσθητικῶς*, id est, ut animus, *cum intelligentia*, ut male dixit Cotta, per mare et terram pertinet, sed potius *καθ' ἕξιν.* De significatione autem vocis *ἕξις* vide Salmasium [8]). Apud Philonem de mundo [9]): *ἕξις ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτό. ἄρχεται μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα τείνεσθαι· ψαῦσαν δὲ*

---

1) Pag. 220. [VIII, 27.]
2) Cap. 4. p. 144.
3) Cap. 22. p. 192.
4) De civ. dei VII, 22.
5) De N. D. II, 25.
6) Pag. 197. [VII, 138.]
7) [VII, 139.]
8) Ad Simplic. p. 130 et 131.
9) [Pag. 1154.]

ἄκρας ἐπιφανείας ἀνακάμπτει πάλιν ἄχρις ἂν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀφίκηται τόπον, ἀφ᾽ οὗ τὸ πρῶτον ὡρμήθη, ἕξεως ὁ συνεχὴς οὗτος δίαυλος, et ibidem: ἕξις ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς οὐκ ἄῤῥητος, ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος. Auctori definitionum apud Galenum ἕξις ἐστὶ πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη. Sentis igitur hanc ἕξιν, seu hunc πνευματικὸν τόνον, multo inferiorem esse intelligentia, quae dicitur νοῦς, et in aliis partibus, ut in ἡγεμονικῷ, habitat. Multo melius quam Cotta Academicus porticum noverat et de eo accuratius loquebatur Chrysippus, qui apud Ciceronem [1]) disputat, Neptunum esse aërem, qui per maria manaret, non autem, ut Cottae visum, animum cum intelligentia per mare pertinentem. Et hoc quidem, ut et multa alia, Stoici sublegerunt Xenocrati Chalcedonio, Agathenoris filio, de quo vide Stobaeum [2]), cui hanc observationem debemus.

Pars eiusdem Iovis pertinens ad providentiam dicitur *Thetis* apud Cornutum [3]) et Heraclidem [4]), et Prometheus quoque apud eundem Cornutum [5]), qui dicit Προμηθέα esse τὴν ἐν τῇ τῶν ὅλων ψυχῇ κυρίαν, ἣν ἐκάλεσαν οἱ νεώτεροι πρόνοιαν. Eadem providentia dicitur etiam Minerva, teste eodem Cornuto [6]), ἡ δ᾽ Ἀθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις, ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἐν αὐτῷ προνοίᾳ. Sic Laertius [7]) dicit, Stoicis Iovem vocatum fuisse Ἀθηνᾶν, κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ etc. et, ut ait Seneca [8]), *hunc et Liberum patrem, et Herculem ac Mercurium nostri putant: Liberum patrem, quia omnium parens sit, quod ab eo primum inventa seminum vis est consultura per voluptatem; Herculem, quia vis eius invicta sit, quumque lassata fuerit operibus editis, in ignem recessura; Mercurium, quia ratio penes illum est, numerusque et ordo et scientia,* et ut addit idem Seneca, *quocunque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi,*

---

1) De N. D. I, 15.
2) Ecl. phys. c. 3. p. 5.
3) Cap. 17. p. 178.
4) Pag. 444.
5) Cap. 18. p. 179.
6) Cap. 20. p. 184.
7) Pag. 199.
8) De benefic. IV, 8.

nihil ab illo vacat; opus suum ipse implet. Sic et Chrysippus, qui apud Ciceronem [1]), disputabat, *aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent, quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum, terramque eam esse, quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum* Et, ut Cornuti [2]) verbis utar, *οὕτω δὲ ἂν εἰδέναι καὶ τἄλλα τῶν μυθικῶς παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκούντων ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ παραδεδόμενα, ὦ παῖ, δύναιο· πεισθεὶς ὅτι οὐχ οἱ τυχόντες ἐγένοντο οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ καὶ συνιέναι τὴν τοῦ κόσμου φύσιν ἱκανοὶ, καὶ πρὸς τὰ διὰ συμβόλων καὶ αἰνιγμάτων φιλοσοφῆσαι περὶ αὐτῆς εὐεπίφοροι.* Enimvero probavimus, singula dei munera, singulos effectus coelestes dei nomine consecratos, et singulas huiusce dei, seu mundi partes deificatas fuisse.

Inter partes dei deificatas praecipuae, et ut ita dicam diviniores eminebant sol, luna et stellae, utpote ignea, ex aethere, supremo deo, delibata, et ideo sensu praedita. Igneam esse coeli naturam, inde apparere dicit Cornutus [3]), quod sol ac reliqua astra sint ignea: *ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἄστρων.* Sic et Aristoteles apud Stobaeum [4]) dicit *συνεστάναι τὰ ἄστρα καὶ τὸν οὐρανὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος.* Apud eundem Stobaeum [5]) Parmenides, Heraclitus et Strato igneum esse coelum affirmant; *ex aethere enim innumerabiles flammae siderum existunt, quorum est princeps sol, omnia clarissima luce collustrans. . . . . . . deinde reliqua sidera*, inquit Balbus Stoicus apud Ciceronem [6]). Atque, ut ordiamur a sole, quem Balbus Stoicus apud Ciceronem [7]) astrorum, Cleanthes autem non solum astrorum, sed etiam totius mundi eiusque animae principatum obtinere dicit, Chrysippus apud Plutarchum [8]) *ἔμψυχον ἡγεῖται τὸν ἥλιον, πυρινὸν ὄντα, καὶ γεγενημένον καὶ τῆς ἀναθυμιάσεως εἰς πῦρ μεταβαλούσης*, ubi vides *animan-*

---

1) De N. D. I, 15.
2) Pag. 235 et 236.
3) Cap. 1. p. 140.
4) Ecl. phys. p. 51.
5) Ecl. phys. p. 53.
6) De N. D. II, 36.
7) De N. D. II, 19.
8) De Stoic. repugn. p. 1053.

tem et igneum solem, quemadmodum apud Laertium a Posidonio Stoico vocatur *εἰλικρινὲς πῦρ*. Apud Stobaeum [1]) idem Chrysippus dicit solem esse *τὸ ἀθροισθὲν ἔξαμε νοερὸν ἐκ τοῦ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάματος, σφαιροειδῆ* [2]) *δὲ εἶναι τῷ σχήματι*, ubi pro portentoso *ἔξαμε* lege *ἄναμμα*, vel potius *ἔξαμμα* cum Lipsio [3]). Sic apud eundem Stobaeum [4]) dicit Cleanthes *ἔναλμα νοερὸν τὸ ἐκ θαλάσσης, τὸν ἥλιον*, ubi pariter pro *ἔναλμα* lege *ἄναμμα* vel *ἔξαμμα* cum eodem ibidem Lipsio, et cum Kustero, videndo ad Suidam [5]) haec laudantem e Laertio [6]): *τρέφεσθαι τὰ ἔμπυρα ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. τὸν μὲν ἥλιον ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης νοερὸν ὄντα ἄναμμα* etc. quae quidem verba e Plutarcho repetere Eusebium [7]) ibi-

1) Eclog. phys. p. 57. [T. II. p. 540 ed. Heeren, qui e codd. *ἔξαμμα* dedit.]

2) Stoicis sol dicitur *σφαιροειδὴς ἀναλογῶς τῷ κόσμῳ* apud Laertium p. 198, ut et Pythagoricis apud Stobaeum p. 55. Sic iisdem Stoicis luna *σφαιροειδής*, testibus Plutarcho de plac. phil. II, 27. p. 901 et Stobaeo Ecl. phys. p. 59. Sic omnibus fere Stoicis astra *σφαιροειδῆ* apud Laertium p. 199 et Ciceronem de N. D. II, 46. At *κωνοειδῆ* Cleanthi apud Stobaeum Ecl. phys. p. 54. Plutarchus de plac. phil. II, 14. p. 889: *οἱ Στωϊκοὶ σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ τὸν κόσμον καὶ ἥλιον καὶ σελήνην· Κλεάνθης, κωνοειδεῖς.* Figuram quoque rotundam terrae tribuebant Stoici, ut in nostris ad Cornutum notis declaravimus. [De daphnephoria est insignis locus apud Proclum Chrestom. p. 386 ed. Gaisford., e quo patet, rotundam solis, lunae astrorumque figuram artis quoque monumentis exhibitam fuisse: *ξύλον ἐλαίας*, inquit, *καταστέφουσι δάφναις καὶ ποικίλοις ἄνθεσι· καὶ ἐπ' ἄκρου μὲν χαλκῆ ἐφαρμόζεται σφαῖρα, ἐκ δὲ ταύτης μικροτέρας ἐξαρτῶσι· κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου, περιθέντες ἐλάσσονα τῆς ἐπ' ἄκρου σφαίρας· καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα· τὰ δὲ τελευταῖα τοῦ ξύλου περιστέλλουσι κροκωτῷ. Βούλεται δ' αὐτοῖς ἡ μὲν ἀνωτάτω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν· ἡ δὲ ὑποκειμένη, τὴν σελήνην· τὰ δὲ προσηρτημένα τῶν σφαιρίων, ἄστρα τε καὶ ἀστέρας· τὰ δέ γε στέμματα, τὸν ἐνιαύσιον δρόμον.*]

3) Physiol. Stoic. II. diss. 14. p. 206.

4) Ecl. phys. p. 56. [T. II. p. 532 ed. Heer., ubi e codd. nunc repositum *ἄναμμα*.]

5) Voce *ἄναμμα* T. I. p. 171. 6) Pag. 199.

7) Praep. evang. XV, 23.

dem ad Suidam monet Kusterus, suam praeterea confirmans emendationem et auctoritate Clementis Alexandrini [1]), apud quem pariter sol a Stoicis *ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλαττίων ὑδάτων* vocatur. Ut Eustathius [2]): *ἄναμμα γὰρ ἡλίου θάλασσά φασιν οἱ παλαιοὶ, προστιθέντες καὶ τὸ νοερὸν, ἐν τῷ εἰπεῖν ἄναμμα νοερὸν τὸ ἐκ θαλάττης ἀναπεμπόμενον.* Vide quae e Porphyrii de antro Nympharum libello affert Menagius ad Laertium [3]), in quibus Stoicis sol dici affirmatur *ἄμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης*, ubi mallem *ἄναμμα.* Sic et Heraclides [4]): *οἱ δεινοὶ τῶν φιλοσόφων περὶ ταῦτα ἀνάμματα πυρὸς εἶναι τὰς τῶν ἀστέρων περιόδους νομίζουσι.* In loco autem Stobaei [5]) supra laudato, ubi Chrysippus solem vocare *ἐξαμε* dicitur, potius cum Lipsio legerem *ἔξαμμα*, et confirmatur auctoritate eiusdem Chrysippi, qui apud eundem Stobaeum [6]) lunam vocat *τὸ ἀθροισθὲν ἔξαμμα μετὰ τὸν ἥλιον ἐκ τοῦ ἀπὸ τῶν ποτίμων ὑδάτων ἀναθυμιάματος.* Et hoc quidem dogma hauserunt Stoici ex Heracliti fontibus, qui, ut Hecataeus, apud Stobaeum [7]) dicit: *ἄναλμα νοερὸν τὸ ἐκ θαλάττης εἶναι τὸν ἥλιον,* ubi et lege *ἄναμμα.* Apud eundem Stobaeum [8]): *Θεόφραστος ἐν τοῖς φυσικοῖς γέγραφεν, ἐκ πυριδίων μὲν τῶν συναθροιζομένων τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον.* Quae quidem verba corruptissima emendanda sunt ope Plutarchi, qui hanc tamen opinionem non Theophrasto, sed Xenophani tribuit, et rectius sic habet: *Ξενοφάνης ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον.* Sic idem Xenophanes apud Pseudo-Origenem [9]) dicit *τὸν ἥλιον ἐκ μικρῶν πυριδίων ἀθροιζομένων γίνεσθαι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν.* Apud Theodoretum [10]) *τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ὁ Ξενοφάνης νέφη*

1) Strom. VIII. p. 552.
2) Ad Iliad. p. 985.
3) Pag. 186.
4) Pag. 457 ed. Gale.
5) Eccl. phys. p. 57.
6) Ecl. phys. p. 59.
7) Pag. 55. [T. II. p. 524, ubi Heeren *ἄναμμα.*]
8) Pag. 55. [T. II. p. 522.]
9) Philosophum. p. 96 et 97.
10) Therap. Serm. IV. p. 530.

εἶναι πεπυρωμένα φησίν, et ibidem Xenocrates contendit *ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων συνίστασθαι τοὺς ἀστέρας*. Plutarchus loco supra laudato [1]) addit, *ἢ νέφος πεπυρωμένον*. Mallem *ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων* [2]), ut Stobaeus [3]): *Ξενοφάνης ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων εἶναι τὸν ἥλιον*. Idem Xenophanes [4]) apud eundem Stobaeum [5]) astra quoque pariter putat esse *ἐκ νεφῶν ἐκπυρωμένων*. Sic et apud eundem Stobaeum Anaximenes et Antiphon *πυρινὸν πῦρ* dixerunt solem, et Xenocrates [6]) Chalcedonius, Agathenoris filius, cui multa sublegisse ibidem dicuntur Stoici, contendit, *θεῖον εἶναι καὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἀστέρας πυρώδεις Ὀλυμπίους θεούς*.

Vidimus igitur solem esse animantem, *ἔμψυχον*, ut ait apud Ciceronem [7]) Balbus Stoicus, qui supra ibidem eum

---

1) De plac. phil. II, 20. p. 889 et 890.

2) [Villoisoni coniecturam egregie firmat cod. Paris. Reg. 2847, de quo alibi dicam.]

3) Ecl. phys. p. 55.

4) Hic quoniam Xenophanis nomen occurrit, occasione data veram et genuinam illi sententiam, quae e Stobaei codicibus exciderat, quasi iure postliminii vindicatam reddamus, et sic eiusdem Stobaei lacunam expleamus ope cod. Reg. 2120, qui Stobaei Eclogas physicas ita continet, ut ad hunc utilissimum auctorem emendandum haud parum ab eo auxilii exspectandum sit. Apud Stobaeum legitur p. 26: [T. I. p. 294, ubi habes Villoisoniana ab Heerenio occupata.] *Ξενοφάνης συνεστάναι τὸ πᾶν ἐκ τοῦ ἑνὸς, καὶ τοῦ ἀενάου, ἀέναον τὴν ὕλην αἰνιττόμενος διὰ τοῦ πλήθους*. In hoc articulo pro *Ξενοφάνης*, ad quem nihil hic pertinet, lege *Ξενοκράτης* cum cod. Regio et alium subsequentem articulum, qui immediate infra librarium festinantem effugerat, sic revoca: *Ξενοφάνης ἀρχὴν τῶν πάντων εἶναι τὴν γῆν. γράφει γὰρ ἐν τῷ περὶ φύσεως·*

ἐκ γῆς γὰρ τὰ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ,

in quo versu, ut metrum constet, tolle *γάρ* seu potius *τά*. [Praestat Heerenii scriptura, codicum auctoritate, ut videtur, sustentata, *ἐκ γαίης τε τὰ πάντα*. Ceterum Xenophanis nomen passim a librariis corruptum fuit: exempla dabunt Dindorf. ad Herodian. *περὶ μον. λέξ.* p. XXI et Goettling. in Ephem. litt. Halens. 1824. no. 6. p. 44.]

5) Ecl. phys. p. 54.

6) Ibid. c. 4. p. 5.

7) De N. D. II, 15.

dicit igneum oceanique ali humoribus, quod Aniceris dixerit, *quia*, inquit Cicero, *nullus ignis sine pastu aliquo possi permanere.* Unde Balbum sic compellat Academicus Cotta apud Tullium [1]): *quid enim? non eisdem vobis placet, omnem ignem pastus indigere? non permanere ullo modo posse, nisi alatur; ali autem solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis? eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo.* Lucanus, poeta Stoicus, sic Achorea Aegyptium sacerdotem Stoice loquentem facit [2]):

Nec non oceano pasci Phoebumque polosque
credimus,

et supra [3]):

Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens.

Sic et Plinius [4]), saepius Stoicissans, ut dicitur a Menagio, eum, ut et Lucanum, adducente ad Laertium [5]): *Oceanus sidera ipsa tot et tantae magnitudinis pascens.* De quo vide omnino Lipsium [6]) et quae profert e Panegyrico, qui Constantino dictus est, ex Ambrosio [7]), e Macrobio [8]) etc. Ante hos omnes Anacreon [9])

πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν.

In quodam Lexico graeco inedito, quod servatur in bibliotheca Sorbonensi, haec legi: *ἥλιος . . . . . καὶ ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἠέλιος, παρὰ τὴν ἅλα, ἅλιος καὶ ἥλιος. ἔστι γὰρ, κατὰ Ζήνωνα τὸν Στωϊκὸν, ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης.*

At vero non solum maris, sed etiam aquarum dulcium vaporibus luna et terrae exhalationibus stellae pascuntur. Hoc sic diserte docet Laertius [10]): *τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα . . . . . . ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς* (ut apud Stobaeum [11])

1) De N. D. III, 14. 2) Phars. X, 268.
3) IX, 313. 4) H. N. II, 68. 5) Pag. 186.
6) Physiol. Stoic. Lib. II. dissert. 14. p. 204 et sqq.
7) Hexam. II, 3.
8) Saturn. I, 23. p. 253 et in Somn. Scipionis II, 10. p. 125.
9) Od. XIX. 10) Pag. 198 et 199. 11) Ecl. phys. p. 59.

Chrysippus lunam vocat *τὸ ἀθροισθὲν ἔξαμμα μετὰ τὸν ἥλιον ἐκ τοῦ ἀπὸ τῶν ποτίμων ὑδάτων ἀναθυμιάματος*). Hanc divisionem admittit Cotta apud Tullium [1]), dicens ali solem, lunam, reliquaque astra aquis, alia dulcibus, alia marinis. Plinius, qui docuerat [2]), in dulcibus aquis lunae alimentum esse, sicut in marinis solis, alibi [3]) observat, sidera haud dubie humore terreno pasci. Menagius, qui haec loca ad Laertium [4]) adducit, e Porphyrii de antro Nympharum libello probat, Stoicis videri *ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως· σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων· τὰ δ' ἄστρα ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως*. Hoc etiam Stoici sumserant ab Heraclito et a Parmenide. Plutarchus [5]): *Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωϊκοὶ, τρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάσεως*. Sic apud Stobaeum [6]) Parmenides et Heraclitus dicunt, *τρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἀπὸ γῆς ἀναθυμιάσεως*. Immo apud eundem [7]) haec ipsa et Thaleti tribuitur sententia: *αὐτὸ τὸ πῦρ ἡλίου καὶ τῶν ἄστρων ταῖς τῶν ὑδάτων ἀναθυμιάσεσι τρέφεται, καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος*.

Etenim minime existimandum est, astra solo terrenorum humorum pastu contenta, nullum praeterea alium requirere. Marinarum quoque et dulcium aquarum vaporibus, ut sol et luna, alebantur. Balbus Stoicus apud Ciceronem [8]): *probabile est praestantem intelligentiam in sideribus esse, quae et aethercam mundi partem incolant, et marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis alantur*. Idem ibidem [9]): *sunt autem stellae natura flammeae: quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis et ex aquis excitantur: quibus altae renovataeque stellae atque omnis aether refundunt eadem* [10]) *et rursum trahunt indi-*

1) De N. D. III, 14.
2) H. N. II, 1.
3) H. N. II, 9.
4) Pag. 86. [ad VII, 155.]
5) De placit. philos. II, 17. p. 889.
6) Ecl. phys. p. 53.
7) Ecl. phys. p. 26. [T. I. p. 292 ed. Heeren.]
8) De N. D. II, 16.
9) Ibid. II, 46.
10) Fuit cum legere tentarem *refundunt eodem* pro *eadem*, ut in his

dem. Vidimus Plinium [1]) dixisse, sidera ipsa tot et tantae magnitudinis oceano pasci, quod solis proprium erat, et alibi [2]) observasse, haec eadem sidera haud dubie humore terreno pasci, quo non solum astra, sed etiam sol et luna praecipue sustentabantur. Seneca [3]): *Totum hoc coelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae, quarum iniri non potest numerus, omnis hic coelestium coetus, et, ut alia praeteream, hic tam prope a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt, et inter se partiuntur, nec ullo alio scilicet, quam halitu terrarum sustinentur; hoc illis alimentum, hic pastus est.* Sic et Cornutus [4]) dicit, terram pro fundamento substratam fuisse, et ab hac nasci eaque ali omnia: *γινομένων καὶ τρεφομένων ἐντεῦθεν πάντων*, et alibi [5]) de hac eadem terra loquens: *τὰ πῦρα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἐντεῦθεν τρέφεται, καὶ διὰ ταύτην ὑφέστηκεν*, ubi quis forte legere tentaret *τὰ ἔμπυρα* cum Laertio dicente [6]), *τρέφεσθαι τὰ ἔμπυρα ταῦτα.* Denique idem Cornutus alibi [7]) hanc affert causam, cur sol Apollo dicatur: *καὶ γὰρ τὸν ἀπολλύντα ταύτην τὴν διακόσμησιν, τοιοῦτον εἶναι, διὰ τοῦτον διατμίζειν* (sic lege cum optimis codd. pro *διὰ τοῦ κομίζειν*) *ἀδιαλείπτως παντόθεν αὐτῆς τὸ ὑγρὸν, καὶ τῷ αἰθέρι προσκατατάττειν.* Seneca [8]) contendit, e coelo et terra alimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis dividi. *Hinc quidquid est virium,* inquit, *singulis, hinc ipsi mundo tam multa poscenti subministratur, hinc profertur, quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida, per diem noctemque, ut in opere, ita et in pastu;* ubi indicat sidera Stoicis esse animalia, quod infra demonstrabimus.

Pacuvii versibus, quos post Scaligerum ad Varronem p. 31 et Gatakerum in Marc. Anton. IV, 23. emendavit Valckenarius Diatribe c. 6. p. 47, legitur: *indidem eademque oriuntur de integro atque eodem occidunt.* [Praeivit Villoisono Lambinus, cuius lectionem nuper suscepit Orellius.]

1) H. N. II, 68. 2) Ibid. II, 9.
3) Quaest. nat. VI, 16. 4) Cap. 6. p. 148.
5) Cap. 28. p. 208. 6) Pag. 199.
7) Cap. 32. p. 224. 8) Quaest. nat. II, 5.

Solem autem, ut et omnia sidera, esse igneum atque animantem, atque propterea nobilissimam aetheris, id est, dei, deificatam partem, sic probat Balbus Stoicus apud Ciceronem [1]), respondens Velleio, qui [2]) Zenonem et Cleanthem vituperabat, quod tum ipsum mundum deum esse dicerent, tum divinitatem tribuerent astris, immo etiam annis, mensibus, annorumque mutationibus, sideribus: *eadem ac mundo divinitas; quae*, inquit, *ex mobilissima* [3]) *purissimaque aetheris parte gignuntur, neque ulla praeterea sunt admixta natura, totaque sunt calida atque perlucida; ut ea quoque rectissime et animantia esse et sentire atque intelligere dicantur. Atque ea quidem tota esse ignea, duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus et oculorum. Nam solis candor illustrior est, quam ullus ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateque colluceat: et is eius tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam saepe comburat: quorum neutrum faceret, nisi esset igneus.* Hunc autem solis ignem non ei similem esse, quem adhibemus ad usum atque victum, sed ei, qui corporibus animantium continetur, ac proinde artificiosum, cum id efficiat, ut omnia floreant, et in suo quoque genere pubescant, docet apud Tullium [4]) Balbus: *Quare*, inquit, *cum solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantium, solem quoque animantem esse oportet, et quidem reliqua astra, quae oriantur in ardore coelesti, qui aether vel coelum nominatur.* Apud Stobaeum [5]) Zeno dicit, solem, lunam et caeteras stellas esse intelligentes, sentientes, igneas, et ex

1) De N. D. II, 15. 2) Ibid. I, 14.

3) Alii pro *mobilissima* legunt *nobilissima*, sed male: nam et eodem capite dixit: *sidera aethereum locum obtinent: qui quoniam tenuissimus est, et semper agitatur et viget, necesse est, quod animal in eo gignatur, id et sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse.* Et infra ibidem: *mundum, qui integro, et puro et libero eodemque acerrimo et mobilissimo ardore teneatur.* [Neque aliud nunc vulgatur quam *mobilissima*.]

4) De N. D. II, 15.

5) Ecl. phys. p. 57. [T. II. p. 538, ubi nunc id legitur ex Heerenii coniectura, quod Villoisonus rescribendum censet.]

igne artificioso constantes; quam ignis artificiosi speciem sic prorsus ab inartificioso distinguit, ut Stoicus Balbus supra laudatus, qui utrumque iisdem depingit coloribus: *Ζήνων τὸν ἥλιόν φησι καὶ τὴν σελήνην καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἕκαστον εἶναι νοερὸν καὶ φρόνιμον, πυρινὸν πῦρ ὡς τεχνικοῦ*, ubi procul dubio rescribe, *πυρινὸν πυρὸς τεχνικοῦ*, ut apud eundem Stobaeum [1]) Zeno lunam vocat *ἄστρον νοερὸν καὶ φρόνιμον, πυρινὸν δὲ πυρὸς τεχνικοῦ*, id est, ex igne artificioso constantem.

Ex hoc Stobaei loco constat, lunam, utpote intelligentem, sentientem et igneam esse et ipsam partem dei deificatam. Sic Anaximenes et Parmenides apud eundem Stobaeum [2]) pariter volunt lunam esse *πυρινὴν* et Clearchus, apud Plutarchum [3]), eam vocat *ἄστρον αἰθέριον καὶ φωσφόρον*. At non ex igne puro constabat. Apud Stobaeum [4]) *Κλεάνθης πυροειδῆ τὴν σελήνην, πηλοειδῆ δὲ τῷ σχήματι* dicit. Apud eundem Stobaeum [5]) Posidonio ac plerisque Stoicis ex igne et aëre videtur temperata permistaque: *Ποσειδώνιος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Στωϊκῶν μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος.* Vide et Plutarchum [6]), qui dicit [7]) Stoicis lunam videri *ἀέρος μίγμα καὶ μαλάκου πυρός.*

Eandem quoque lunam *πρόσγειον* dicunt Stoici, ut Plinius [8]) *terris familiarissimum sidus.* Sic Cornutus [9]) lunam appellat *προσγειοτάτην τῶν οὐρανίων.* Stoici, teste Laertio [10]), *γεωδεστέραν τὴν σελήνην, ἅτε καὶ προσγειοτέραν* vocant; eandem videbis lunam ab eodem Laertio infra [11]) dictam, *ἀερομιγῆ καὶ πρόσγειον, ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῷ ἕκτῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου.* Sic Leucippus apud Laertium [12]) dicit *τὸν κύκλον τῆς σελήνης εἶναι προσγειότατον.* Ti-

---

1) Ecl. phys. p. 59. 2) Ibid.
3) De facie in orbe lunae apparente p. 921.
4) Ecl. phys. p. 59. 5) Ibid.
6) De plac. phil. II, 25. p. 901. 7) De facie in orbe lunae p. 921.
8) H. N. II, 9. [Reliquis astris lunarem motum terrae esse *προσγειότερον*, dixit Nicomachus Harm. 1. p. 6 et II. p. 34 ed. Meibom.]
9) Cap. 34. p. 231. 10) Pag. 198.
11) Pag. 199. 12) Pag. 245.

maeus Locrus [1]): *ἁ μὲν ὦν σελάνα ποτιγειοτάτα ἔασσα, ἔμμηνον τὰν περίοδον ἀποδίδωτι.* Vide et Platonem [2]), qui Timaeum exscripsit. Hinc Plutarchus [3]) de luna: *οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν γῆν, οἱ δὲ, χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον.* Macrobius [4]): *illam* (lunam) *aetheream terram physici vocaverunt, et habitatores eius, lunares populos.* De quo vide Menagium [5]) et Lipsium [6]).

Non solum enim luna dicebatur *πρόσγειος* et *γεώδης*, sed eandem quoque esse terram multarum urbium et montium et ab hominibus habitari, ac stellas totidem esse mundos, qui sole suo, suis gauderent plantis, a suis incolerentur animantibus, suam habitarent terram, aërem et aethera, Democriti, Anaxagorae, Xenocratis, Heraclidis, Philolai, Pythagoreorum [7]) aliorumque innumerorum sententiam, et eam quidem in Orphicis consignatam fuisse, videbis apud Plutarchum [8]), Stobaeum [9]), Ciceronem [10]), Pseudo-Origenem [11]), Theodoretum [12]), etc. Confer et Dutens in eruditissimo libro, qui inscribitur: Recherches sur l'origine des decouvertes attribuées aux modernes [13]).

Supra vidimus eandem sideribus ac lunae tribui a Stoicis divinitatem, *quod*, ait Balbus apud Ciceronem [14]), *ex mobilissima purissimaque aetheris parte gignuntur, neque ulla prae-*

---

1) Pag. 550 ed. Gale. 2) In Timaeo p. 1052.

3) De orac. defectu p. 416.

4) Somn. Scipion. I, 11. p. 44. vide eundem ibidem et p. 45 et c. 19. p. 74.

5) Ad Laert. p. 186. 6) Phys. Stoic. diss. 13. p. 200.

7) [V. Procli locum a Maio productum ad Ciceronis de re publ. VI, 16.]

8) De plac. philos. II, 13. p. 885. et c. 30. p. 902. de orac. defect. p. 430. de facie in orbe lunae appar. p. 938.

9) Ecl. phys. p. 54. 59 et 60. 10) Lucullo 39 et Qu. acad. l. IV.

11) Philosophum. p. 75, 92 et 93. 12) Serm. 4. p. 630 et 571.

13) Lib. I. a p. 169 ad p. 176. [Hanc philosophorum sententiam videtur deridere Lucianus, quum Ver. hist. I. p. 382. D. ed. Bourdelot. eam ad cometas stellas transfert, quas habitari narrat.]

14) De N. D. II, 15.

terea sunt admixta natura, totaque sunt calida atque perlucida, et tota ignea: unde, inquit, *ea quoque et animantia esse, et sentire atque intelligere rectissime dicantur.* Idem ibidem paulo infra: *sidera autem aethereum locum obtinent . . . . quae cum in aethere astra gignantur, consentaneum est, in iis sensum inesse et intelligentiam, ex quo,* inquit, *efficitur in deorum numero astra esse ducenda.* Idem paulo infra [1]) contendit, praestantem intelligentiam in sideribus esse, quae et aetheream mundi partem incolant, quorumque sensum atque intelligentiam maxime declaret ordo eorum atque constantia. Et infra [2]) ibidem: *restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius: quae qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget . . . . . esse igitur deos ita perspicuum est, ut id qui neget, vix eum sanae mentis existimem.* Ubi per haec verba esse deos Balbus non simpliciter indicat *quosdam esse deos, sed astra esse deos* declarat, cum id propositum habeat, ut probet, tribuendam esse sideribus divinitatem, et in deorum numero astra esse ducenda [3]): in quo disputat contra Velleii Epicurei sententiam, qui apud Ciceronem in hoc ipso opere [4]) Zenonem, Cleanthem et Chrysippum eo nomine exagitaverat, quod astris divinitatem tribuissent, et deos dixissent solem, lunam et sidera. Et hoc quidem ab interpretibus satis perspectum non fuit. Vide et eundem Balbum infra [5]), ubi dicit, non posse nos non sidera in deorum numero reponere. Idem quoque infra [6]) probare nititur, stellarum inerrantium perennes cursus atque perpetuos admirabili incredibilique constantia declarare, in his vim et mentem esse divinam: *ut,* inquit, *haec ipsa qui non sentiat deorum vim habere, is nihil omnino sensurus esse videatur;* quem locum confer cum verbis Balbi Stoici supra laudatis, quibus affirmat, eum qui motum astrorum voluntarium videat, non indocte solum, verum etiam impie facere, *si deos*

1) De N. D. II, 16.
2) Eadem fere habet Plato in Epinomide p. 1009 et sqq.
3) De N. D. II, 15.
4) Ibid. I, 14 et 15.
5) Ibid. II, 21.
6) Ibid.

esse neget, et tum facile tibi apparebit, in hoc loco a Stoico doceri Balbo, non solum esse deos, sed etiam astra in horumce deorum numero esse reponenda, quam Balbi mentem non assecuti sunt interpretes.

Ergo stellae sunt dei, praesertim cum sint dei, id est, aetheris deificatae partes. Augustinus [1]): *dicunt omnia sidera partes Iovis esse, et omnia vivere atque rationales animas habere, et ideo sine controversia deos esse.* Et infra ibidem: *stellas omnes ideo colunt, quia in Iove sunt.* Ut Seneca [2]) contendit ignes dici divinos, quos habet mundus aeternos, quia partes eius sunt et opera. Apud Augustinum [3]) Varro dicit, a summo circulo coeli usque ad circulum lunae esse animas aethereas, astra et stellas, easque coelestes deos. Sic et Seneca [4]), de ignotis loquens astris: *innumerabiles, longiusque a conspectu nostro seducti dii, eunt redeuntque.* Unde Epiphanias [5]) postquam dixit Stoicum deum esse *νοῦν*, mentem, totiusque huiusce adspectabilis molis tanquam corporis animum, *παντὸς τοῦ ὁρωμένου κύτους, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἐν σώματι ψυχὴν*, haec addit: *μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας εἰς ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν, καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἄλλα.* Totius Stoicorum theologiae physicae compendium sic exhibet Cicero [6]): *hunc mundum esse sapientem, habere mentem, quae et se et ipsum fabricata sit, et omnia moderetur, moveat, regat. Erit persuasum etiam, solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permeet et transeat: fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.* Apud Stobaeum [7]), Posidonius Stoicus dicit astrum esse *σῶμα θεῖον, ἐξ αἰθέρος συνεστηκὸς, λαμπρὸν καὶ πυρῶδες, οὐδέποτε στάσιν ἔχον, ἀλλ᾽ ἀεὶ φερόμενον ἐγκυκλίως*, ut Balbus apud Ciceronem [8]): *sunt stellae natura flammeae;*

---

1) De civ. Dei IV, 11.
2) Quaest. nat. VII, 23.
3) De civ. Dei VI, 6.
4) De benefic. IV, 23.
5) De haeresibus I. p. 12.
6) Lucull. 37.
7) Ecl. phys. p. 54 et 55.
8) De N. D. II, 46.

ut Pseudo-Orpheo [1]) dicuntur *ἀνταυγεῖς πυρόεντες*, et *πυρίδρομοι*.

Hoc sumpserant Stoici e Pythagora, qui pariter solem, lunam, et reliqua astra in deorum numero reponit, et apud Laertium [2]) dicit *τὸν περὶ τὴν γῆν ἀέρα, ἄσειστον καὶ νοσερὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα θνητά· τὸν δὲ ἀνωτάτω, ἀεικίνητόν τε εἶναι, καὶ καθαρὸν, καὶ ὑγιᾶ· καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα, καὶ διὰ τοῦτο θεῖα. ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας, εἶναι θεούς· ἐπικρατεῖ γὰρ τὸ θερμὸν ἐν αὐτοῖς, ὅπερ ἐστὶ ζωῆς αἴτιον.* Hoc fortasse ipse Pythagoras debebat Aegyptiis, prorsus Stoice apud Laertium [3]) dicentibus: *θεοὺς εἶναι ἥλιον καὶ σελήνην, τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δ' Ἶσιν καλουμένην . . . . . . τοὺς ἀστέρας πῦρ εἶναι,* de quo vide Diodorum Siculum [4]). Clemens Alexandrinus [5]): *ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι ἐμψύχους ὄντας* (de quo vide Ciceronem [6])) *Ξενοκράτης . . . . . κόσμον αἰνίττεται.* Anaximander quoque, teste Plutarcho [7]), astra vocavit *οὐρανίους θεούς.* Apud Ciceronem [8]) Crotoniates Alcmaeo soli et lunae reliquisque sideribus animoque praeterea divinitatem dedit. Velleius apud Ciceronem [9]): *idem* (Plato) *et in Timaeo dicit, et in Legibus, et mundum deum esse et astra et terram et animam.* Idem ibidem [10]) tradit, Xenocratem sideribus tribuisse divinitatem. *Nec vero,* inquit ibidem, *Theophrasti inconstantia ferenda est: modo enim menti divinum tribuit principatum* (*τὸ ἡγεμονικόν*), *modo coelo, tum autem signis sideribusque coelestibus.* Quae tamen omnia probe a Stoicis conciliari demonstrabimus.

Varias autem de solis, lunae et stellarum natura philosophorum opiniones recenset Theodoretus [11]), omnino videndus. Merito Bruckerus [12]) observat, dum vulgus Chal-

---

1) Hymn. 6, 5 et 9.
2) [VIII, 26.]
3) Prooem. p. 3.
4) I. p. 14.
5) Cohort. p. 57.
6) De N. D. I, 13.
7) De plac. philos. I. 7. p. 881.
8) De N. D. I, 11.
9) Ibid. I, 12.
10) Ibid. I, 13.
11) Serm. 4. p. 530 et 531.
12) T. I. p. 135.

daeorum maximam divinitatis partem sideribus tribuebat, eaque tanquam deos habebat, sapientes dumtaxat credidisse, maximam dei emanationis partem, sive animae mundanae nobilissimum purissimumque spiritum hisce sideribus praesidere et in iis habitare; quod et de Stoicis apprime dici potest. Etenim omnes fere veteres sidera primo animantia et dei partes esse censuerunt, deinde ea pro ipsis diis habuere. Quae Sabaeismi origo sic in Ezour-Vedam: Biache, qui cum Chumontou colloquens ab huiusce dialogi auctore inducitur, sidera esse animantia contendit, quam opinionem ibidem exagitat et confutat Chumontou ac docet immerito Biache iis eundem, quem hominibus, sensum et intelligentiam tribuisse. In hoc cum veteribus Indis, Chaldaeis et Magis consentit Pythagoras, ut et Plato, quem Worthius ad Tatianum [1]) observat edixisse, sidera non modo animantia esse, sed et optima quoque mente praedita, *δικαίως ἔμψυχα αὐτὰ λέγομεν*, inquit in Epinomide et alibi, eodem Worthio allegante. Idem Plato in Timaeo [2]) astra vocat *θεῖα ζῶα, θεοὺς, θεῶν εἰκόνας*. Stobaeus [3]) dicit Platoni et Aristoteli *ἄστρα ζῶα λέγεσθαι, τὸν κόσμον καὶ τὸ* (lege *καὶ τὸν κόσμον*) *ἔνθεον ζῶον, λογικὸν, ἀθάνατον*. Hinc Philo [4]), Platonem secutus, apud Lipsium [5]), *ἀστέρας* appellat *αἰσθητοὺς, ἀγάλματα θεῖα καὶ περικαλλέστατα*, et *ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους ψυχὰς* et *ζῶα νοερά*. Sic astra esse animantia contendebat R. Maimonides, quem vide in More Nevochim [6]). Immo et haec fuit omnium fere veterum Iudaeorum opinio, teste Origene [7]), qui et ipse in eadem fuit sententia, ut ex iis apparet, quae contra Celsum [8]) sic disputavit: *οἱ ἐν οὐρανῷ ἀστέρες ζῶά εἰσι λογικὰ καὶ σπουδαῖα, καὶ ἐφωτίσθησαν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὑπὸ τῆς σοφίας, ἥτις ἐστὶν ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου*. Plura apud Origenem videnda in primo *περὶ ἀρ-*

1) Pag. 50. 2) Pag. 1053. 3) Ecl. phys. p. 87.
4) De opif. mundi p. 11 et 16 et de Abrahamo p. 372.
5) Phys. Stoic. II. diss. 14. p. 208.
6) Part. II. c. 4 et c. 8. 7) De prece V, 24.
8) V. p. 235. [T. II. p. 20 seq. ed. Wirceb.]

χῶν libro et in opere *περὶ εὐχῆς*, monet Worthius ad Tatianum [1]). Hoc de Origene testatur et S. Hieronymus [2]); et, ut ait S. Thomas [3]) „Origenes posuit coelestia corpora animata. Hieronymus etiam idem sentire videtur, Augustinus vero sub dubio reliquit.” Idem Thomas [4]): „hoc autem quod dictum est de animatione coeli, non diximus quasi asserendo secundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet, sive sic, sive aliter dicatur.” Vides S. Thomam hic modestius egisse quam imperatorem Iustinianum, qui in *Suis* contra Origenem *anathematismis* astra non esse animantia credendum iusserat, hancque sententiam a Papa Vigilio et quinti auctoritate Concilii confirmandam curaverat, de quo vide Abbatem Mignot [5]).

Cum autem astra ideo in deorum numero apud Stoicos reponerentur, quod essent aetheris, supremi dei, particulae, hinc et animi atque praesertim excellentium virorum mentes ob hanc eandem causam pro diis habebantur, quod essent astrorum, ac proinde aetheris et animae mundi partes. Vere Seneca [6]): *innumerabiles sunt quaestiones de animo; unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit, an aliunde alio transeat, et domicilium mutet, ad alias animalium formas, aliasque coniectus, an non amplius quam semel serviat, et emissus evagetur in toto: utrum corpus sit, an non sit: quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit: quomodo libertate sua usurus, cum ex hac effugerit cavea; an obliviscatur priorum, et illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus in sublime secessit.*

Iam autem declaravimus, secundum Stoicos animum, ut et deum, corporeum esse; nunc doceamus, unde sit. Laertius [7]) affirmat, Stoicis animos, qui in animantibus reperiantur, immortalis animae mundi partes videri, ut et iam supra [8]) observaverat, mundum animantem esse, patere e

---

1) Pag. 50. 2) Advers. Avitum p. 59.
3) I part. quaest. 70. art. 13. 4) Contra gentes II, 70.
5) Mém. de l'Acad. des inscriptions T. XXXI. p. 286.
6) Epist. 88. 7) Pag. 201. 8) Pag. 198.

nostro animo, qui est huiusce mundi particula, *ὡς δῆλον ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ἐκεῖθεν οὔσης.* Didymus apud Eusebium [1]), de Stoicis loquens: *εἶναι δὲ ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ φασίν, ὃ καλοῦσιν αἰθέρα, καὶ ἀέρα κύκλῳ περὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ ἐκ τούτων ἀναθυμιάσεις· τὰς δὲ λοιπὰς ψυχὰς προσπεφυκέναι ταύτῃ, ὅσαι τε ἐν ζώοις εἰσὶ, καὶ ὅσαι ἐν τῷ περιέχοντι.* Cleanthes apud Hermiam [2]) dixit, *τὴν ψυχὴν δι' ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν, ἧς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς, ἐμψυχοῦσθαι.* Epictetus apud Arrianum [3]): *σὺ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ.* Idem ibidem [4]): *εἰ γὰρ τὸ ἴδιον μέρος ὃ ἡμῖν ἔδωκεν ἀποσπάσας ὁ θεός,* et [5]): *αἱ ψυχαὶ οὕτως εἰσὶν ἐνδεδεμέναι καὶ συναφεῖς τῷ θεῷ, ἅτε αὐτοῦ μόρια οὖσαι καὶ ἀποσπάσματα.* Seneca [6]) animum humanum ex terreno et gravi corpore non dicit, sed ex illo coelesti spiritu descendere, et paulo infra ibidem subiicit, ex iisdem, quibus divina, compositum esse seminibus; affirmat enimvero corpus animi, ut supra monuimus, non terrestre et grave, sed tenuissimum, subtilissimum et aërium esse, quod Stoicis videbatur; in his autem seminibus, ex quibus mens humana, ut et divina, composita est, agnoscis Stoicorum *σπερματικοὺς λόγους*, de quibus supra. Confer illud Virgilii [7]):

Igneus est ollis vigor, et coelestis origo
seminibus.

---

1) Praep. evang. XV, 20. 2) Irrisione gent. philos. p. 31.
3) II, 9. p. 157. 4) I, 17. p. 96 ed. Upton.
5) I, 14. 6) Consol. ad Helv. c. 6.
7) Aen. VI, 730. [Ibi sequuntur:

. . . . quantum non noxia corpora tardant,
terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: neque auras
dispiciunt clausae tenebris et carcere coeco.

Versu extremo Augustinus, qui de civ. dei XIV, 3 hunc locum respicit, *suscipiunt* habet, quod, si corrigas *suspiciunt*, vulgatae multo videtur praestare. Atque *suspiciunt* ipsa iam praebet ed. Mediolanensis Virgilii. Cicero de N. D. II, 18: *caeli palatum, ut ait Ennius, non suspexit.*

Idem Seneca [1]): dixit mentis dei partem et in hoc pectus defluxisse; quemadmodum alibi [2]): *vis istuc divina descendit.* Sic idem [3]) hominem divini spiritus esse partem docuerat. Idem [4]): *ratio nihil aliud est, quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa. Si ratio divina est* etc. Idem paulo supra: *una est ratio recta, simplexque; nihil est divino divinius, coelesti coelestius*, ubi vides illum Stoicorum *κοινὸν λόγον*, rationem scilicet diis et hominibus communem. Antoninus [5]) hominem vocat *νοῦ καὶ θείας ἀπομοίρας μετέχον*, et [6]) *κόσμου μέρος καὶ τοῦ διοικοῦντος τὸν κόσμον ἀπόρροιαν* [7]) et [8]) *μέρος τοῦ ὅλου καὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως.* Ut Antoninus, sic et Seneca [9]): *animus contemplator admiratorque mundi, pars eius magnificentissima.* Sic et deum ipsam maximam mundi partem vocat idem [10]).

Animae autem mundi ac proinde dei non solum opus, sed et partes, esse animos, neque ab ipso, sed ex ipso esse factos, *οὐχ ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ*, et divinae esse particulas aurae, ut vocat Horatius [11]), atque ex hac anima mundi, tanquam ex communi omnium animarum fonte', ut ait Macrobius [12]), profluere; quod et Platonici volunt, et in Platonicis quaestionibus docet Plutarchus [13]), vide demonstratum apud Lipsium [14]), et apud Bruckerum [15]), a quibus multi auctores iique omnino videndi indicantur. Confer et Virgilium ita canentem [16]):

Esse apibus partem divinae mentis, et haustus
aetherios dixere. Deum namque ire per omnis
terrasque, tractusque maris, coelumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas,

---

1) Epist. 120.
2) Epist. 41.
3) De otio sapientis c. 32.
4) Epist. 66.
5) II, 1.
6) II, 4.
7) Vide et II, 3.
8) II, 9.
9) Consol. ad Helv. c. 8.
10) Quaest. natur. VII, 31.
11) Sat. II, 2, 79.
12) In Somn. Scipion. I, 6.
13) Pag. 100.
14) Phys. Stoic. III, diss. 8.
15) T. I. p. 949.
16) Georg. IV, 220 sqq.

ubi observa *tenues vitas* esse *ψυχὰς* Graecorum philosophorum, adeoque Virgilium idem hic dixisse, quod apud Laertium [1]) Stoicos, *τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς ἀφθάρτου μέρη εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζώοις*. Idem Virgilius [2]):

Principio coelum ac terras, camposque liquentis,
lucentemque globum Lunae, Titaniaque astra,
spiritus intus alit, totamque infusa per artus
mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum,
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
Igneus est ollis vigor, et coelestis origo
seminibus, etc.

Hanc opinionem Stoici debebant Pythagorae. Nam, ut ait Cicero [3]), *audiebam Pythagoram, Pythagoreosque, incolas paene nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus.* Vide Davisium ad hoc Ciceronis [4]): *humanus animus decerptus est mente divina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.* Apud eundem [5]): *Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnem intentum, et commeantem, ex quo nostri animi carperentur;* quemadmodum hic apud Laertium [6]) dixit, animum esse *ἀπόσπασμα αἰθέρος*. Deinde Heraclitus, quem in multis secuti sunt Stoici, idem affirmavit. Sextus Empiricus *τὸν θεῖον λόγον, καθ' Ἡράκλειτον, δι' ἀναπνοῆς σπάσαντες, νοεροὶ γινόμεθα*. Vide et apud eundem ibidem Sextum *τὸν ΚΟΙΝΟΝ ΛΟΓΟΝ, καὶ θεῖον, καὶ οὗ κατὰ μετοχὴν γινόμεθα νοεροί*; quod prorsus Stoicum est. Clemens Alexandrinus [7]) monet Platonicis *νοῦν* dici *θείας μοίρας ἀπόῤῥοιαν*. Hinc Pseudo-Hermes [8]): *ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τοῦ παντὸς πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν*. Hinc et Philo [9]) *λογισμὸν* vocat *τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς ἀπόσπασμα*.

---

1) Pag. 201.
2) Aen. VI, 724.
3) De senect. 21.
4) Tuscul. V, 13.
5) De N. D. I, 11.
6) Pag. 220.
7) Strom. V. p. 698.
8) Pimandr. c. 10.
9) De nominum mutat. p. 1079.

In hoc eodem errore quosdam vel e scriptoribus ecclesiasticis fuisse contendit Beausobre [1]). Iustinus [2]) animum vocat dei partem, quod esset dei, *μέρος τοῦ θεοῦ καὶ ἐμφύσημα.* Idem [3]) animum vocat *τοῦ βασιλικοῦ νοῦ μέρος*, in quo eum secutus est eius discipulus Tatianus, qui [4]) dicit spiritum inesse in stellis, in angelis, in stirpibus, in aquis, in hominibus, in animalibus, et hunc spiritum, quamvis unus idemque sit, dissimilitudines tamen in se habere, et varie in variis affectum esse partibus: *ἔστιν οὖν πνεῦμα ἐν φωστῆρσι, πνεῦμα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταὐτὸν, διαφορὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται.* Sic prorsus Auctor libri de mundo [5]): *λέγεται δὲ πνεῦμα ἥ τε ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσα ἔμψυχός τε καὶ γόνιμος οὐσία.* Synesius [6]): *ἐν τῇ ψυχῇ περιϊδεῖν τὴν μοῖραν τὴν θεῖον.* Lactantius [7]) dixit animam ex deo oriri, immo ex deo constare, et esse ex coelo et deo; ubi vide Gallaeum. Sic animam a propria dei substantia esse, Stoici, Manichaei et Hispaniae Priscilleani suspicabantur, observante S. Hieronymo [8]), de quo vide Nemesium [9]), qui hanc Stoicam prorsus Manichaeis tribuit sententiam ibidem [10]): *φασὶ μὲν γὰρ αὐτὴν ἀθάνατον καὶ ἀσώματον· μίαν δὲ μόνην εἶναι, τὴν τῶν πάντων ψυχὴν, κατακερματιζομένην καὶ κατατεμνομένην εἰς τὰ καθ' ἕκαστα σώματα, ἄψυχά τε καὶ ἔμψυχα·* (vide Nemesium [11])) *καὶ τὰ μὲν πλείονος αὐτῆς μετέχειν, τὰ δὲ ἐλάττονος· πλείονος μὲν, τὰ ἔμψυχα· ἐλάττονος δὲ, τὰ ἄψυχα· πολλῷ δὲ πλείονος,*

---

1) Histoire du Manichéisme, VI, 15. T. II. p. 350.
2) De resurrect. 9.
3) Contra Tryphonem p. 106 ed. Benedict.
4) Advers. Graecos 12. p. 26. [Pag. 254 ed. Marani.]
5) Cap. 4. p. 604.
6) Epist. 105.
7) Instit. div. II, 113.
8) Epist. 82 ad Marcel. T. IV. p. 642 ed. Benedict.
9) De nat. hom. c. 2. de anima p. 29.
10) Pag. 48. [de nat. hom. p. 110 sqq. ed. Matthaei.]
11) Pag. 29.

τὰ οὐράνια· ὡς τῆς καθόλου ψυχῆς μέρη τὰς καθ' ἕκαστον εἶναι ψυχάς. καὶ εἰ μὲν ἀμερίστως μερίζεσθαι ταύτην ἔφασκον, ὡς τὴν φωνὴν ἐν τοῖς ἀκούουσι, μέτριον ἂν ἦν τὸ κακόν· νῦν δὲ τὴν οὐσίαν αὐτὴν τῆς ψυχῆς καταμερίζεσθαι λέγουσι· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι κυρίως αὐτὴν ἐν τοῖς στοιχείοις εἶναι βούλονται, καὶ συμμερίζεσθαι τούτοις ἐν τῇ τῶν σωμάτων γενέσει, καὶ πάλιν εἰς ταὐτὸ συνιέναι διαλυομένων τῶν σωμάτων, ὡς ὕδωρ μεριζόμενον καὶ πάλιν συναγόμενον καὶ μιγνύμενον, καὶ τὰς μὲν καθαρὰς ψυχὰς χωρεῖν εἰς τὸ φῶς, φῶς οὔσας, τὰς δὲ μεμολυσμένας ὑπὸ τῆς ὕλης, χωρεῖν εἰς τὰ στοιχεῖα, καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν στοιχείων εἰς τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα· καὶ οὕτω τὴν οὐσίαν αὐτῆς κατατέμνοντες, καὶ σωματικὴν ἀποφαίνοντες 1), *καὶ πάθεσιν ὑποβάλλοντες, ἀθάνατον εἶναί φασι.*

Hoc dogma, quod olim plerisque Chaldaeis, Persis, Indis et Hebraeis Cabbalistis fuit commune, etiam nunc retinent Indi. Legitur in Baga Vedam, „que dieu a créé les ames des particules de sa propre substance, que la substance de l'ame et la connaissance, qu'elle a, ne sont autre chose que Visnou lui même, et qu'à la fin de sa carrière, elle entre dans Visnou." Non alio modo Stoicae sectae conditores locuti fuissent. Idem quoque deprehendi in alio libro manuscripto, quem evolvi, quique inscribitur „Relation des erreurs Malabares". Sic et Spinoza 2): „quod autem ad mentem humanam attinet, eam etiam partem naturae esse censeo; nempe quia statuo, dari etiam in natura potentiam infinitam cogitandi, quae, quatenus infinita, in se continet totam naturam obiective et cuius cogitationes procedunt eodem modo, ac natura eius, nimirum idearum. Deinde mentem humanam hanc eandem potentiam statuo, non quatenus infinitam et totam naturam percipientem; sed finitam, nempe quatenus tantum humanum corpus percipit et hac ratione mentem humanam partem cuiusdam infiniti

---

1) [Malim *ἀποῤῥαίνοντες.*]

2) Epist. XX. ad Oldenb. p. 441. [T. I. p. 500 ed. Pauli.]

intellectus statuo." Idem [1]) sic loquitur: „Hinc sequitur mentem humanam partem esse infiniti intellectus dei; ac proinde cum dicimus, mentem humanam hoc, vel illud perspicere, nihil aliud dicimus, quam quod deus, non quatenus infinitus est, sed quatenus per naturam humanae mentis explicatur, sive quatenus humanae mentis essentiam constituit, hanc vel illam habet ideam." Idem [2]) quoque dixerat: „substantia cogitans et substantia extensa una eademque est substantia, quae iam sub hoc, iam sub illo attributo comprehenditur. Sic etiam modus extensionis et idea illius modi una eademque est res; sed duobus modis expressa; quod quidam Hebraeorum quasi per nebulam vidisse videntur, qui scilicet statuunt, deum, dei intellectum, resque ab ipso intellectas unum et idem esse.

Hanc autem praestantissimam antiquitatis philosophorum fuisse opinionem, sic monet Macrobius [3]): *animarum originem manare de coelo inter recte philosophantes indubitatae constat esse sententiae.* Et quidem apud Stoicos e purissima coeli parte, e praestantissima fluebant animae mundi particula, scilicet e sideribus et aethere, quem ob hanc causam Pseudo-Orpheus [4]) vocat *πυρίπνουν, πᾶσιν ζώοισιν ἔναυσμα,* et *κόσμου στοιχεῖον ἄριστον,* quod eo animante omnia regerentur. Animus secundum Zenonem et Ciceronem [5]) hominibus datus est ex illis sempiternis ignibus, quos sidera et stellas vocatis; quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, suos orbes conficiunt celeritate mirabili. Seneca [6]) dicit hominem divini spiritus esse partem ac veluti *scintillas* quasdam *sacrorum* in terras desiluisse atque alieno loco haesisse; ubi Lipsius [7]) pro *sacrorum* feliciter emendat *astrorum.* Sic Heraclitus Physicus, teste Ma-

1) Corollar. propos. XI. pag. 50. [T. II. p. 87 ed. Pauli.]

2) Ethnic. part. II. schol. propos. VII. p. 46. [T. II. p. 82 ed. Pauli.]

3) Somn. Scip. I, 9. p. 38. [De origine animarum v. Augustin. Epist. 27.]

4) Aetheris hymn. v. 3 et 4. 5) Somn. Scip. c. 3.

6) De otio sapient. c. 32.

7) Phys. Stoic. III. diss. 8. p. 308.

crobio [1]), animam dixit esse scintillaris essentiae [2]). Eadem elegantissima imagine utitur Synesius [3]), deum sic alloquens:

Σὸν σπέρμα φέρω,
εὐγενέος
σπινθῆρα νόου,
ἐς βάθος ὕλας
κατακεκλιμένον.
Σὺ γὰρ ἐν κόσμῳ
κατέθου ψυχήν,
διὰ δὲ ψυχᾶς
ἐν σώματι νοῦν
ἔσπειρας, ἄναξ.

Hinc Philo [4]) animum vocat *αἰθερίου φύσεως μοῖραν*, ae-

---

1) Somn. Scip. 1, 14. p. 57. [ed. Pont. Praecedunt ibi haec de natura animae: *Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum; Heraclitus Ponticus lucem*, ubi legendum *Heraclides.*]

2) Cabbalistae Hebraei animas vocant scintillas, et teste Bruckero T. II. p. 1048. existimant possibile esse, simul duas vel tres scintillas, sed non plures quam quatuor, in uno eodemque corpore revolvi. Sic Hippocrates, cuius opiniones de animo cum Cabbalisticis saepissime conferri possunt, plures animos in uno eodemque homine reperiri posse, et eum fortiorem esse statuit, qui plures animas alere possit. Sic enim loquitur I. de diaeta 18, 16 seqq. p. 196. [I. sect. IV. p. 347 ed. Foësii]: *δυνάσται δὲ ἄνθρωποι. ὅστις δύναται πλείστους ἀνθρώπους τρέφειν, οὗτος ἰσχυρός. ἀπολειπόντων δὲ τῶν παρ' αὐτοῦ τρεφομένων, οὗτος ἀσθενέστερος. τοιοῦτον καὶ ἕκαστα τῶν σωμάτων πλεῖστα, ὁκοῖα πλεῖστα δύναται ψυχὰς τρέφειν, ταῦτα ἰσχυρότερα, ἀπελθόντων δὲ τούτων, ἀσθενέστερα.* Idem ibidem 22, 16 seqq. p. 199 [p. 348]: *εἰ δέ τις ἀπιστοίη, ψυχὴν μὴ προσμίσγεσθαι ψυχῇ, ἄφρων ἐστίν. ἄνθρακας κεκαυμένους πρὸς κεκαυμένους προσβάλλων, ἰσχυροὺς πρὸς ἀσθενέας, τροφὴν αὐτοῖσι διδοὺς, ὅμοιον τὸ σῶμα πάντες παρασχήσονται, καὶ οὐ διάδηλος ἕτερος τοῦ ἑτέρου, ἀλλ' ἐν ὁκοίῳ σώματι ζωπυρέονται, τοιοῦτον ἀπὸ πάντων ἔσται, ὁκόταν δ' ἀναλώσωσι τὴν ὑπάρχουσαν τροφὴν διακρίνονται ἐς τὸ ἄδηλον. τοῦτο καὶ ἀνθρωπίνη ψυχὴ πάσχει.* ubi *ἄνθρακες* Hippocratis sunt *scintillae* Stoicorum.

3) Hymn. 3. p. 48 ed. Turnoni 1603. [vs. 558. p. 330 ed. Lutetiae 1612.]

4) Legum Allegor. II. p. 90.

thereae naturae particulam. Ennius in Epicharmo laudatus a Prisciano et Varrone, et emendatus a magno Scaligero [1]: *istic est de sole sumptus ignis, isque mentis est*, ubi *mentis* dicitur pro *mens;* quemadmodum et a priscis Latinis usurpabatur *sanguinis* et *cineris* in nominativo, ad imitationem Aeolum, qui dicebant ὁ μάρτυρος, ὁ φύλακος, ὁ ἄγωνος, de quo nos alibi [2]. Idem Varro [3]: *recte igitur Pacuvius ait: animam aether adiungat.*

Animus igitur, utpote aetheris et astrorum pars, erat ipse ignis apud Stoicos. Cicero [4]: *cum autem quaereretur res admodum difficilis, num quinta quaedam natura videretur esse, ex qua ratio et intelligentia oriretur, in quo etiam de animis, cuius generis essent, quaereretur: Zeno id dixit esse ignem.* Idem [5]: *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Hinc Stoicus Cornutus [6]: *αἱ ἡμέτεραι ψυχαὶ πῦρ εἰσιν.* Plutarchus [7] sic secundum Stoicorum mentem loquitur: *ἡ ψυχὴ θερμότατόν ἐστι δήπου καὶ λεπτομερέστατον*, id est, animus est calidissimus, et ex minutissimis partibus constat. Apud Ciceronem [8] Academicus Cotta sic Stoicum alloquitur Balbum: *quomodo autem hoc, quasi concedatur, sumitis, nihil esse animum, nisi ignem? probabilius enim videtur, tale quiddam esse animum, ut sit ex igne, atque anima temperatum.* Quod in Stoicorum de anima sententia immerito requirebat Cotta, id eis prorsus asserit Panaetius Stoicus apud eundem Ciceronem [9], animum ex inflammata natura constare affirmans. Idem ibidem [10] Cicero: *animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nomen. Nam et agere animam, et efflare dicimus, et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia: ipse*

---

1) Coniectan. ad Varronem p. 27.

2) V. edd. Gregorii Cor. p. 592 ed. Schaef. collatis Mida nostro p. 68 seq. et Frommelio in Creuzeri Melet. III. p. 156. Id ipsum φύλακος, quod laudatur, offert Inscriptio vasculi picti res Cyrenaicas referentis in Monumenti inediti dell' inst. di corrisp. archeol. Tab. XLVII.]

3) L. L. IV. p. 17.

4) De fin. IV, 5.

5) Tuscul. I, 9.

6) Cap. 2. p. 142.

7) Adv. Stoic. p. 1084.

8) De N. D. III, 14.

9) Tuscul. I, 18.

10) Tuscul. I, 9.

autem animus ab anima dictus est. Seneca [1]) sic declarat, quid intersit inter animum et animam: *difficile est*, inquit, *animum perducere ad contemptum animae.* Laertius [2]) e mente Zenonis, Posidonii et Antipatri Stoici in libro de animo animum vocat *πνεῦμα ἔνθερμον*; ad quem Laertii locum vide Menagium [3]). Plutarchus, de animo verba faciens [4]): *οἱ Στωϊκοὶ, πνεῦμα θερμόν.* Theodoretus [5]): *οἱ Στωϊκοὶ πνευματικὴν μὲν (τὴν ψυχὴν), πλεῖστον δὲ μετέχουσαν θερμοῦ.* Unde patet in hoc falsum fuisse Cottam, quod apud Stoicos nihil esse animum nisi ignem putaret, cum hi semper eum ex igne atque anima temperatum esse voluerint. Cicero [6]) haec egregie et vero philosopho digniora recitat e suo perdito de consolatione libro: *nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum, atque fictum esse videatur; nihil est aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum.* Vide Gatakerum ad Antoninum [7]) et Lipsium [8]).

Cum autem in animo inesset aliquid ex anima temperatum et flabile, hinc ab eodem Zenone dicebatur *συμφυὲς πνεῦμα.* Tertullianus [9]): *Zeno consitum spiritum definiens, animam* etc. Macrobius [10]): *Zeno concretum corpori spiritum* vocat animam. Ideo autem illi igneo, quod ex aethere astrisque delibaverant animi, aliquid flabile immixtum volebant Stoici, ut illud temperarent. Nam, ut recte observat Bruckerus [11]), cum facile viderent, ignis tanti ferendi capacem hominis naturam non esse, inde statuebant animam, sive ignem istum divinum, in pastu hominis inditum, simulatque infans ex utero materno prodiit, ab aëre refrigerari ac durari, veluti ferrum ardens frigidae aquae immersum, et mutato spiritu fieri animal; unde anima dicebatur *ψυχή*, scilicet a refrigeratione aëris ambientis, *ἐκ τῆς περιψύξεως*

---

1) Epist. 4. 2) Vita Zenonis p. 465. 3) Pag. 325.
4) Libro de placitis philos., si tamen illius est. IV, 3. p. 898.
5) Therap. V. p. 345. 6) Tuscul. I, 27.
7) IV, 27. 8) Phys. Stoic. III. c. 8 et 9.
9) De anima c. 5. p. 267. 10) Somn. Scip. I, 14. p. 57.
11) T. I. p. 950.

τοῦ ἀέρος τοῦ περιέχοντος, ut loquitur Pseudo-Origenes [1]). Plutarchus [2]): *γίνεσθαι μὲν γάρ φησι (Χρύσιππος) τὴν ψυχήν, ὅταν τὸ βρέφος ἀποτεχθῇ, καθάπερ στομώσει τῇ περιψύξει τοῦ πνεύματος μεταβαλόντος.* Supra [3]) dixerat idem Plutarchus secundum eundem Chrysippum: *τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι ζῶον. ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν*, ut recte emendat Salmasius [4]). Hanc similitudinem sic expressit Tertullianus [5]): *sunt qui praesumunt, non in utero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atque produci, sed effuso iam partu, nondum vivo infanti extrinsecus imprimi; caeterum semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, motuque naturali vegetatum compinguescere in solam substantiam carnis; eam editam, et de uteri fornace fumantem et calore solutam, ut ferrum ignitum, et ibidem frigidae immersum, in aëris rigore percussam, et vim animalem rapere* [6]), *et vocalem sonum reddere. Hoc Stoici cum Aenesidemo, et ipse interdum Plato.* Ubi notandum a Stoicis non substantiam carnis, sed animam extrinsecus insinuatam in corpus, ut passim in tertio vocat libro Lucretius et Lactantius [7]), cum ferro ignito frigidae immerso, quod aëre refrigeratur et duratur, comparari [8]). Sic Philo [9]): *τὸ βρέφος ἀποκυηθὲν . . . . . ἐκ*

---

1) Philosophum. p. 146, ubi Wolfius videndos monet Menagium ad Laertium VII, 157 et Gatakerum ad Antoninum IV, 21.

2) De repugn. Stoic. p. 1053. [Chrysippi doctrinam de anima exponunt Baguet de Chrysippo p. 101 sq. Petersen ad Phaedr. de N. D. p. 43 sq. Cf. Sallust. de mundo 8.]

3) De repugn. Stoic. p. 1052. 4) Ad Simplic. p. 127,

5) De anima c. 25. p. 282. 6) [An *capere?*]

7) Div. instit. III, 18.

8) Vide tamen Salmas. ad Simplic. p. 129. et Didymum apud Eusebium Praep. evang. XX, 20. [Philo de somniis T. V. p. 16 ed. Pfeiff. *ἡ ἔνθερμος ἐν ἡμῖν φύσις, οἷα σίδηρος ἐν χαλκέως πεπυρωμένος, ὕδατι ψυχρῷ πρὸς τὸ κραταιότερον στομοῦται;* cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. 650. p. 317. Plutarchus de fort. Alex. M. II: *ὅτι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθάπερ σίδηρον ἐμάλαξεν.*] 9) De mundi opific. p. 37.

θερμοτάτου καὶ πυρωδεστάτου χωρίου τοῦ κατὰ μήτραν, ᾧ πολὺν χρόνον ἐνδιητήθη, προελθὸν ἐξαπιναίως εἰς ἀέρα ψυχρὸν καὶ ἀσυνήθη τόπον, ἐπλήχθη, id est aëris rigore percutitur, ut ait Tertullianus, et ut ait Seneca [1]): *ex maternorum viscerum calido mollique fomento emissum afflavit aura liberior.* Similiter Pythagoras apud Laertium [2]) dicit animum esse *ἀπόσπασμα αἰθέρος, καὶ τοῦ θερμοῦ, καὶ τοῦ ψυχροῦ, τὸ* (an *τῷ*) *συμμετέχειν ψυχροῦ αἰθέρος;* ubi per *ψυχρὸν αἰθέρα ἀέρα* intelligit; nam supra idem ibidem Laertius de Pythagora loquens: *καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἀέρα ψυχρὸν αἰθέρα.*

Zeno apud Varronem [3]) dicit *animalium semen esse ignem, qui anima et mens: qui calor e coelo quod hic innumerabiles et immortales ignes* [4]). Theages Pythagoricus [5]) dicit virum quidem seminando animum gignere, feminam vero solam suppeditare materiam: *συντέτακται τὸ χέριον ἕνεκα τῶ βελτίονος· ὡς ἐν μὲν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος, ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω· ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων τὸ θῆλυ ἕνεκα τῶ ἄῤῥενος· τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὰν ψυχὰν γεννῶν, τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γεννωμένῳ.* Theodoretus [6]) affirmat, secundum Zenonem: *τὸν ἀνθρώπινον θορὸν, ὑγρὸν ὄντα, καὶ μετέχοντα πνεύματος, τῆς ψυχῆς ἔφησεν εἶναι μέρος τε καὶ ἀπόσπασμα, καὶ τοῦ τῶν προγόνων σπέρματος κέρασμά τε καὶ μίγμα, ἐξ ἁπάντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων συναθροισθέν. οὗ δὴ χάριν αὐτὴν καὶ φθαρτὴν προσηγόρευσεν.* Ab hac sententia a Numenio Pythagoreo et a Longino apud Theodoretum loco citato iure ac merito explosa non ita procul recedit Tertullianus [7]), sic loquens: *in illo ipso ultimo voluptatis aestu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire; atque adeo marcescimus, atque*

---

1) Epist. 102. 2) Pag. 220.
3) L. L. IV. p. 17. [p. 18 ed. Bip.]
4) Cf. Laert. Vit. Zen. p. 202 ed. Lond.
5) Fragm. Pythag. p. 683 ed. Gale.
6) Serm. V. p. 547. [T. IV. p. 825 ed. Halens.]
7) De anima c. 27.

devigescimus, cum lucis detrimento? De qua opinione vide Christophorum Sandium [1]) et Gesnerum [2]).

Omnes veteres philosophi, qui animum nasci et gigni credebant, ideo et eum interire arbitrabantur. Contra Socrates [3]) et omnes ii, quibus animus immortalis vel potius aeternus videbatur, ideo tantum eum non interiturum esse contendebant, quod nunquam genitus fuisset: *ἐπειδὴ δὲ ἀγέννητόν ἐστι καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι*, et infra: *ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν τε καὶ ἀθάνατον ἡ ψυχὴ ἂν εἴη.* Numenius apud Eusebium [4]) animam dixit Stoicis videri *γεννήτην τε καὶ φθαρτήν*, id est, genitam et ideo mortalem, ut supra Theodoretus [5]): *οὗ δὴ χάριν αὐτὴν καὶ φθαρτὴν προσηγόρευσεν (ὁ Ζήνων).* Nemesius [6]) affirmat, Stoicis, ut et Aristoteli, animam videri mortalem, quod in corpore gignatur: *θνητὴν αὐτὴν λεγέτω, ὡς Ἀριστοτέλης, φήσας αὐτὴν ἐν σώματι γεννᾶσθαι, καὶ ὡς οἱ Στωϊκοί.* Panaetius Stoicus hacce collectione utitur apud Ciceronem [7]) sic loquentem: *credamus igitur Panaetio a Platone suo dissentienti? Quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire; nasci autem animos, quod declarat eorum similitudo, qui procreantur: quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus apparet.* In eundem errorem incidit Iustinus [8]), eodem prorsus modo loquens: enimvero nec immortalem animum dicere oportet; si enim immortalis foret, nunquam genitus fuisset: *οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν· ὅτι εἰ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀγέννητος δηλαδή.* Eodem quoque argumento adductum Theophilum Antiochenum [9]) in eandem discedere sen-

---

1) Tractat. de origine animae p. 1 seqq.
2) Disput. de animabus Hippocratis et Heracliti p. 100.
3) Phaedr. p. 1221. 4) Praep. evang. XV, 20.
5) Therap. Serm. V, p. 547.
6) De nat. hom. c. 2. de anima p. 45. 7) Tuscul. I, 32.
8) Contra Tryphonem p. 222. [p. 107 ed. Benedict.]
9) II. ad Autolycum.

tentiam observat Worthius ad Tatianum [1]) videndus. Idem Iustinus [2]) dicit animum vitae participem esse, quoniam eum vivere voluit deus, ac proinde ea privatum iri, quando sic deo videbitur: *ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ θεὸς βούλεται· οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτὲ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν.* Idem ibidem [3]): *ὅταν δέῃ τὴν ψυχὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν,* id est, quando necesse erit, animam amplius non esse, tum spiritus ille, qui vitam infundebat, discedit, nec iam exstitit animus, sed ad illa, e quibus sumptus est, redit: quae quidem porticum redolent. Sic Iustini praeceptor Tatianus animum humanum sua natura non esse immortalem, sed contra mortalem, et simul cum corpore interire ac dissolvi, et deinde in fine mundi resurgere affirmat [4]): *οὐκ ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ. ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν, ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ πεποιημένη.* Haud absimiliter est Chilensium opinio, qui, teste Marcgravio [5]), mortuos quidem postea resurrecturos putant, sed statim post obitum nihil ex homine superesse censent. Idem quoque Tatianus [6]) dixerat, animam non esse simplicem, sed ex multis partibus constantem: *ψυχὴ μὲν ἡ τῶν ἀνθρώπων πολυμερής ἐστι, καὶ οὐ μονομερής.* Hos Tatiani errores renovaverunt Gulielmus Cowardus, medicus Londinensis, et Henricus Dodwellus [7]), qui animam natura sua mortalem, actualiter autem immortalem fieri per merum dei arbitrium, adeoque eam cum

1) Pag. 25 et 52. 2) Contra Tryphonem p. 108 ed. Bened.
3) Pag. 109 ed. Bened.
4) Pag. 51 ed. Worth. [p. 254 ed. Benedict.]
5) VIII. append. 3. 6) Pag. 56.
7) De quo vide Acta Eruditorum Lipsiae 1707. p. 203.

corpore interire quidem, sed cum eo rursum resurgere, in scriptis publicis contenderunt, de quo adeundus est Reimannus [1]). Sic Petrus Pomponacius, Caesar Cremoninus et Antonius Roccus, Itali, humanam animam per se esse mortalem scripserunt. Sed errorem Tatiani, qui idem docuit, ideo excusandum censet Nourray [2]), quod idem senserit et docuerit cum aliis antiquissimis Ecclesiae patribus, immo et cum suo praeceptore S. Iustino. Addendum est, Irenaeum, ex cuius libris animae materialitatem inferri posse confitetur Massuetus [3]), sic dixisse [4]): quemadmodum coelum etc. multo tempore perseverabunt, secundum voluntatem dei, sic et de animabus et spiritibus, et omnino de omnibus his, quae facta sunt, cogitans quis minime peccabit, quod omnia, quae facta sunt, initium quidem facturae suae habeant, perseverent autem quoad usque deus et esse et perseverare voluerit. Quae est ipsamet Stoicorum sententia de animi aliorumque omnium remanentium ἐπιδιαμονῇ. Sic Seneca [5]) dicit deum providere, quemadmodum quae immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte, ac ratione vitium corporis vincat. *Manent enim cuncta*, inquit, *non quia aeterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis: immortalia tutore non egent; haec conservat artifex, fragilitatem materiae vi sua vincens.*

Auctor incertus Homeri vitae [6]): *αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν οἱ Στωϊκοὶ ὁρίζονται πνεῦμα συμφυὲς, καὶ ἀναθυμίασιν αἰσθητικὴν, ἀναπτομένην ἀπὸ τῶν ἐν σώματι ὑγρῶν.* Longinus, teste Theodoreto [7]), dixit, Zenoni animum videri *στερεοῦ σώματος εἶναι ἀναθυμίασιν.* Didymus apud Eusebium [8]): *Κλεάνθης μὲν τὰ Ζήνωνος δόγματα παρατιθέμενος πρὸς σύγκρισιν, τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους φυσικούς,*

---

1) Hist. Atheismi p. 462. ubi monet Ioh. Rhapson, qui se iis opposuit, immerito dixisse, I. Epist. miscell. p. 94. hanc opinionem cum religione posse consistere.

2) Dissert. ad Tatianum p. 186.

3) Dissert. 3. art. 9. p. 186.

4) De haeres. V, 7. p. 300.

5) Epist. 58.

6) Pag. 344 ed. Gale.

7) Therap. serm. V. p. 549.

8) Praep. evang. XV, 20. p. 821.

φησὶν ὅτι Ζήνων ψυχὴν λέγει αἴσθησιν, ἢ ἀναθυμίασιν, καθάπερ Ἡράκλειτος etc. Confer et Nemesium [1]), qui et τῆς ἀναθυμιάσεως Heracliti meminit. Forsterus [2]) annotat ad haec Platonis, πότερον τὸ αἷμά ἐστιν, ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀὴρ, ἢ τὸ πῦρ, ex Heracliti eiusque discipulorum sententia dictum fuisse τὸ πῦρ. Huiusmodi enim ἀναθυμίασιν apud Aristotelem fuisse [3]), constanter tradidere veteres. Leucippus quoque et Democritus, teste eodem ibidem Aristotele, πῦρ τε καὶ θερμόν φασιν εἶναι αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) animamque et ignem ex atomis similibus constituunt. Aristoteles [4]): ἔδοξέ τισι πῦρ εἶναι (τὴν ψυχήν)· καὶ γὰρ τοῦτο λεπτομερέστατόν τε καὶ μάλιστα τῶν στοιχείων ἀσώματον, ἔτι δὲ κινεῖταί τε καὶ κινεῖ τὰ ἄλλα πρώτως. Democrito hanc sententiam tribuunt Plutarchus [5]) et Hermias [6]). Nemesius [7]): Δημόκριτος πῦρ (λέγει τὴν ψυχήν)· τὰ γὰρ σφαιροειδῆ σχήματα τῶν ἀτόμων συγκρινόμενα, πῦρ τε καὶ ἀέρα, ψυχὴν ἀποτελεῖν. Nec dissimilem esse hodiernorum medicorum opinionem, qui de flamma cordis agunt, putat Worthius ad Hermiam [8]).

Sed, quemadmodum Velleius apud Ciceronem [9]) Stoicum alloquitur Balbum: *omnia vestri solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes; haec opinio de ignea animi natura una est ex iis, quas Stoici Heraclito, Heraclitus ipse Hippaso suo magistro debet.* Theodoretus, qui varias philosophorum de animo sententias recenset [10]), (quod et praestiterunt Hermias [11]), Iustinus [12]) et Macrobius [13]), Theodoretus, inquam, sic habet: Παρμενίδης δὲ καὶ Ἵππασος καὶ Ἡράκλειτος πυρώδη ταύτην (ψυχὴν) κεκλήκα-

1) De nat. hom. c. 2. de anima p. 28.
2) Annotat. ad Platonis Phaedonem p. 385.
3) De anima I, 2.
4) Ibid. p. 620. T. I.
5) De plac. phil. III, 7.
6) Irris. gent. philos. p. 22.
7) De nat. hom. c. 2. p. 28.
8) Pag. 53.
9) De N. D. III, 14.
10) Therap. serm. V. p. 545.
11) Irris. gent. philos. p. 402.
12) Paraenet. p. 12.
13) Somn. Scip. I, 14. p. 57.

σιν. Sic apud Stobaeum [1]) legitur: *Παρμενίδης καὶ Πήγασος, πυρώδη*. Pro *Πήγασος*, qui nunquam fuit, *Leucippus* legit interpres latinus; iam pridem e Theodoreto *Ἵππασος* reposueram, cum postea deprehendi hanc emendationem fuisse occupatam a Gatakero, quem miror simul non vidisse in Tertulliano [2]), apud quem *Hipparcus* et *Heraclitus* ex igni animam effingere dicuntur, et in Macrobio [3]), apud quem, cum ignem vocat, *Hipparchus*, pro *Hipparcus* et *Hipparchus* omnino legendum *Hippasus*, qui sic et apud Aristotelem [4]) Heraclito comes adiungitur. De ignea autem secundum Heraclitum anima confer Olearium [5]). Hinc Heraclitus, qui animam *πυρώδη* esse existimabat, dixit apud Stobaeum [6]): *αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη*, id est optimus et sapientissimus ille est animus, qui siccus ad *πυρώδη οὐσίαν* proxime accedit, quod recte interpretatur Vir doctus, de hoc omnino videndus [7]), quemque Petrum Wesselingium esse constat. Idem ibidem Heraclitus *ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ . . . . . ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων*, ubi vides *τὴν ὑγρὴν ψυχὴν*, *animam humidam* hominis ebrii *τῇ αὔῃ*, *siccae*, ibi oppositam esse.

Nec, ut ait Forsterus [8]), praetereundus est Hippocrates, qui, utpote et ipse Heraclitus, de eo, qui homini inest, calore sic loquitur [9]): *ἐν τούτῳ ψυχὴ, νόος, φρόνησις, αὔ-*

---

1) Ecl. phys. p. 93. [T. II. p. 796 ed. Heeren. quem egregia haec emendatio fugit, dubitationi tanto minus obnoxia, quanto facilius *ΠΗΓΑΣΟΣ* et *ΙΠΠΑΣΟΣ* inter se confundi potuerunt.]

2) De anima c. 5. p. 267. 3) Somn. Scip. I, 14. p. 57.

4) Metaph. c. 3. T. II. p. 843.

5) Dissert. prior. de princip. rerum naturalium ex mente Heracliti, seu de igne rerum omnium principio p. 844 seqq. Historiae philos. Stanley.

6) Ecl. phys. c. 37. p. 123.

7) Miscell. Obs. Vol. V. T. III. p. 43 seqq. [Ibi disputatis adde, quae auctarii instar supplevit Heynius *de animabus siccis*, *ex Heracliteo placito*, *optime ad sapientiam et virtutem instructis*, Opusc. acad. T. III. p. 93 sq.]

8) Annot. ad Platonis Phaedonem p. 385.

9) De diaeta I, 11, 43. p. 189.

ξηρσις, κίνησις etc. Adde et eundem Hippocratem multo clarius suam de anima sic patefecisse sententiam [1]): *δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι, καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν· καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.* Neminem autem propius quam Hippocratem, qui animi et, ut supra vidimus, dei naturam esse igneam putabat, ad porticus decreta, ab Heracliticis profluentia accedere, nulliusque physiologiam tantopere Stoicis arrisisse, sic confirmat Galenus [2]): *εἰ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλοσόφους εἰς τὸ συνέδριον εἰσαγαγόντες ἐπιτρέψαιμεν καὶ τούτοις τὴν ψῆφον, ἐξ ὧν αὐτοὶ τίθενται δογμάτων, ἐκ τούτων Ἱπποκράτην στεφανώσουσι;* et ibidem paulo post: *κατὰ τοὺς ἐκ τῆς Στοᾶς ἡ Ἱπποκράτους νικᾷ φυσιολογία.* Huius imitatorem fuisse et Platonem, nec non ab illo plurima mutuatum fuisse decreta, idem testatur Galenus [3]). Sic et Aristoteles [4]) Platonem in iuventute Heracliti doctrinam secutum affirmat.

Porro haec Hippocratis opinio bilem movit Iulio Caesari Scaligero sic loquenti [5]): „Tueris atque profiteris nefandum illud Hippocratis deliramentum, ex quo non absunt Galeni trepidationes, animum nihil aliud esse quam coeleste calidum. Sed ignoscendum Hippocrati, quod naturae purae et a materia secretae clara et distincta species in eius animo insidere tum non potuerit." Idem autem sic loquitur [6]): *φλὲψ ἔχει παχείη ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. ταῦτα μέγιστον ἔχει μόριον ξυνέσιος,* quod plerique ita interpretantur, quasi Hippocrates dicere voluisset, in animarum venis maximam prudentiae partem repositam esse, tanquam sapientia in niveo puellae gremio excubaret, et in sororiantibus papillis avide quaerenda esset ibique tanquam in arce dominaretur. Sed fortasse hic Hippocratis translatione usus est, et quemadmodum hodie gallice dicimus „avoir du tact", sic ille

1) De carnibus, init. p. 112. T. I. [Sect. III. p. 29 ed. Foës.]
2) Meth. med. I, 12. [T. X. p. 15 ed. Kühn.]
3) De usu partium I, 8. 4) Metaph. I, 6. T. II. p. 847.
5) De subtilitate adversus Cardanum 18.
6) Popul. morb. II, 41, 37 et 38.

contra in papillis prudentiam inesse dicit, quae essent sensu subtilissimo praeditae. Haud absimiliter Tullius [1]): *cibi et potionis iudicium magnum earum est* (narium); et ibidem infra [2]): *gustandi pariter narium item et, et tangendi magna iudicia sunt.* Sed ego potius crederem Hippocratem hic dixisse, in admirabili illa mammarum et venarum illis intextarum fabrica providentiam et supremi artificis sapientiam elucere. Ita prorsus Cicero [3]): *sanguis per venas in omne corpus diffunditur et spiritus per arterias. Utraeque autem crebrae multaeque, toto corpore intextae, vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur.* Sed manum de tabula, et a mammis ad mentem humanam, aetheris, astrorum ac proinde Stoici dei partem redeamus.

Quid est autem, exclamat Seneca [4]), *cur non existimes in eo divini aliquid existere, qui dei pars est? Totum hoc, quo continemur, et unum est et deus, et socii eius sumus et membra.* Hinc animum diis cognatum vocant Stoici, ut Seneca [5]). Epictetus [6]): *θάνατος οὐ κακὸς καὶ συγγενεῖς τινες τοῦ θεοῦ ἐσμὲν, κἀκεῖθεν ἄφες ἡμᾶς ἀπελθεῖν, ὅθεν ἐληλύθαμεν*, et ibidem [7]): *ἄνθρωπος ταῖς ἀληθείαις συγγενὴς τῶν θεῶν.* Et alibi [8]) habet *τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς συγγένειαν* [9]). Sic Pythagoras apud Laertium [10]) dixit *ἀνθρώπων εἶναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν κατὰ τὸ μετέχειν ἄνθρωπον θερμοῦ.* Hanc *συγγένειαν πρὸς τὸν θεὸν* eodem sensu habet S. Justinus [11]). Macrobius [12]) ad haec Ciceronis *animus hominibus datus est ex illis sempiternis ignibus* haec observat: *mentem praestat intelligi, quae nobis proprie cum coelo sideribusque communis est.* Idem ibidem [13]): *solum hominem constat ex terrenis omnibus mentis, id est, animi, societatem cum*

---

1) De N. D. II, 56.
2) Ibid. II, 58.
3) Ibid. II, 55.
4) Epist. 92.
5) Consol. ad Helv. c. 11.
6) Arrian. diss. I, 9. p. 42.
7) Pag. 44.
8) I, 17. p. 73. idem I, 9. p. 41.
9) Confer et I, 3. p. 20 et 21.
10) Pag. 220.
11) Contra Tryph. p. 106 ed. Benedict.
12) Somn. Scip. I, 14. p. 54 ed. Pontan.
13) Pag. 56.

coelo sideribusque habere communem. Apud Senecam [1]) Aurelius Fuscus dicit animum Ciceronis divina origine haustum ad sedes suas et cognata sidera recurrere. Plinius [2]) dicit Hipparchum astronomum nunquam satis laudatum fuisse, *ut quo*, inquit, *nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum, animasque nostras partes esse coeli.* Putes Plinium hunc ante oculos habuisse Axiochi locum [3]): *οὐ γὰρ δὴ θνητή γε φύσις τόσον διήρατο μεγεθουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων βίας, διαπεραιώσασθαι δὲ πελάγη . . . . εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τὴν τῶν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔχειν.* Nam, ut canit Manilius, poeta Stoicus [4]):

Quis coelum possit, nisi coeli munere nosse,
et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est?

Et, ut ait idem [5]):

Quis dubitet post haec hominem coniungere coelo,
cui xenium natura dedit linguamque capaxque
ingenium, volucremque animum? quem denique in unum
descendit deus atque habitat, seque ipse requirit?

Enimvero Stoici putabant, ideo deum in hominem venisse, quod sui partem, id est, animum ex se delibatum excerptumque ei dedisset. Seneca [6]): *miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit, immo (quod propius est) in homines venit. Nulla sine deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae, si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt, et paria his, ex quibus orta sunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris, necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus.* Cum quibus confer illa, quae supra laudavimus, e tertio Synesii sic deum alloquentis hymno:

Σὸν σπέρμα φέρω
. . . .
ἔσπειρας ἄναξ.

---

1) Suasor. 6. 2) H. N. II, 26.
3) Pag. 1037 ed. Platon. Francof. [p. 370 ed. HST.]
4) II, 115. 5) II, 105.
6) Epist. 73.

Nota autem, secundum Senecam, in omnibus pariter corporibus humanis divina dispersa esse semina, quae malus quidem cultor necat, sed bonus ita fovet, ut similia origini suae prodeant, et paria his, a quibus orta sunt, surgant. Praeclare Seneca [1]: *non sunt ad coelum elevandae manus, nec exorandus aedituus, ut nos ad aures simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorumque observator et custos: hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat bonus vir, et sine deo nemo est. Aut potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exsurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque virorum bonorum quis deus, incertum est, habitat deus. Si tibi occurrit vetustis arboribus, et solitam altitudinem egressis frequens lucus, et conspectum coeli densitate ramorum aliorum alios protegentium submovens illa proceritas silvas, et secretum loci, et admiratio umbrae, in aperto tam densae atque continuae, fidem tibi numinis facit* etc. *Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex aequo deos: non subibit te veneratio eius? Non dices: ista res maior est altiorque, quam ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit? Vis istuc divina descendit: animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quidquid timemus optamusque ridentem, coelestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Itaque maiore sui parte illic est, unde descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur: sic animus magnus et sacer, et in hoc demissus, ut propius divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed haeret origini suae. Illinc pendet, illuc spectat ac nititur, nostris tanquam melior interest.* Et, ut ait [2]: *sapiens assectatorque sapientiae adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest, et cogitationes suas ad sublimia intendit, et velut sacramento rogatus, hoc quod vivit stipendium putat.* Idem [3]: *si cui virtus animusque in corpore praesens, hic deos*

1) Epist. 41. 2) Epist. 65. 3) Epist. 92.

aequat, illo tendit originis suae memor. Nemo improbe eo conatur ascendere, unde descenderat. Sic Lactantius Stoicissans [1]): *quodsi anima ignis est, ut ostendimus, in coelum debet eniti, sicut ignis, ne extinguatur, hoc est, ad immortalitatem, quae in coelo est.* Et, ut exclamat Manilius [2]):

An dubium est habitare deum sub pectore nostro,
In coelum redire animas coeloque venire?

Hinc Seneca [3]) Scipionis Africani animum in coelum, ex quo erat, rediisse persuadet sibi. Egregie Epictetus apud Arrianum [4]): *οὐ ἀπόσπασμα εἶ τοῦ θεοῦ, ἔχεις τι ἐν σεαυτῷ μέρος ἐκείνου . . . . . . οὐκ οἶδας ὅτι θεὸν τρέφεις . . . . . θεὸν περιφέρεις τάλας, καὶ ἀγνοεῖς . . . . ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτόν:* ut Seneca [5]) supra laudatus: *prope est a te deus, tecum est, intus est.*

Seneca [6]): *Sepone in praesentia, quae quibusdam placent: unicuique nostrum paedagogum dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ovidius ait, de plebe deos. Ita tamen hoc seponas volo, ut memineris maiores nostras, qui crediderunt hoc, Stoicos fuisse: singulis enim et genium et Iunonem dederunt.* Unde colligitur, e Stoicorum mente, unicuique appositum esse angelum custodem, malorum bonorumque nostrorum observatorem, qui, prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat, quemadmodum dixit Seneca [7]) supra laudatus. Sic docet Epictetus apud Arrianum [8]): singulis a deo tribui genium, qui eorum curae invigilet, qui sit custos diligentissimus, quem latere nihil possit aut fallere. Quamobrem, pergit, clausis foribus et ianuis quum in tenebris consideritis, nolite dicere vos esse solos: non enim certe estis, sed deus intus, vester genius prope adest. *Quid enim,* inquit Seneca [9]), *prodest ab homine aliquid esse secretum: nihil deo clusum est. Interest animis nostris, et cogitationibus mediis intercedit.* Plinius [10]): *Singuli ex*

1) Instit. div. II, 13. p. 167.
2) [Versus laudatos non reperio in Manilio.]
3) Epist. 86. 4) II, 9. p. 137. 5) Epist. 41.
6) Epist. 110. 7) Epist. 41. 8) I, 14. p. 64.
9) Epist. 83. 10) H. N. II, 7.

semet ipsis totidem deos faciunt, genios, Iunonesque adoptando sibi, id est, ut explicat Menagius ad Laertium [1]), genium viris, Iunonem feminis. Hoc fortasse hauserant Stoici e Platone [2]), apud quem narratur *λάχεσιν ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τοῦ βίου, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων*. Quem Platonis locum profert et Stobaeus [3]). Sic Sallustius [4]): *οἱ εἰληχότες ὑμᾶς δαίμονες*. Gale [5]) confert haec Damascii *περὶ ἀρχῶν* inediti: *οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες ἀκώλυτον ἔχουσι, πρὸς ἡμᾶς ἐξουσίαν, ὡς καὶ οἱ νομεῖς πρὸς τὰ ποίμνια*. Malos quoque genios esse, cum Empedocle, Platone et Xenocrate docuit Chrysippus, teste Plutarcho [6]). Sic *δαίμονας κακοὺς* habet Sallustius [7]), ubi omnino vide Gale. Secundum eundem Sallustium [8]) sceleratorum animos corpore egressos dii expiatores ceu daemones a sceleribus purgant, *τοῦ σώματος ἐξελθούσας ψυχὰς θεοὶ καθάρσιοι καὶ δαίμονες τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρουσιν*. Idem [9]) dicit, peccatores a diis tradi daemonibus tortoribus, *δαίμοσι κολαστικοῖς*, et [10]) *δαίμονες οἱ κολάζοντες τὰς ψυχὰς* et [11]) impiorum malorumque nostrorum animae corporibus egressae *κολάζονται ὑπὸ δαιμόνων ταραττόμεναι*. Sed illud de genio observatore bonorum nostrorum malorumque esotericae duntaxat Stoicorum doctrinae decretum fuisse mihi videtur. Hi cum probe nossent, omnia nobis mala persuadere solitudinem, ut ait Seneca [12]) conferendus et alibi [13]), et magnam peccatorum partem tolli, si peccaturis testis adsistat, discipulis suis nondum initiatis custodem imposuerunt, ut haberent

---

1) Pag. 189 ed. Lond. [Sic IVNONI in fronte inscriptionum ad feminas, GENIO ad mares spectat. V. *Giornale arcadico* 1819. m. Febr. p. 178. De *Iunonibus*, propriis mulierum geniis, cf. Graevii Epist. 51. p. 320. Cardinalii Iscriz. Velit. p. 29.]

2) De re publ. X. p. 765.
3) Ecl. phys. p. 14.
4) De mundo c. 40. p. 278, ubi vide Gale.
5) Pag. 279.
6) De orac. def. p. 419.
7) De mundo c. 12. p. 266.
8) De mundo p. 267.
9) Cap. 15. p. 270.
10) Cap. 10. p. 277.
11) Pag. 228.
12) Epist. 25.
13) Epist. 11.

quem respicerent, quem cogitationibus suis interesse iudicarent, denique coram quo peccare non auderent. Deinde cum illi iuvenes tantum profecissent, ut esset illis etiam sui reverentia, tunc illum dimittebant paedagogum, ut verba Senecae usurpem. Hunc certe non admittebant plurimi maiorum gentium Stoici: hunc seponendum dixit Seneca, qui hanc opinionem quibusdam dumtaxat placuisse monuit. Idem, in hac re secutus Epicuri praeceptum, Lucilio suadet [1]), ut aliquem virum bonum sibi eligat, quem tanquam paedagogum sequatur, quique cogitatus adeo emendet, quemadmodum loquitur Seneca [2]). Antoninus inter magnos huiusce sectae auctores diserte docet [3]), genium, quem unicuique praesidem et deum assignavit deus, nihil aliud esse, quam uniuscuiusque mentem et rationem, divinae particulam aurae: *ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα αὑτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος* [4]). Idem [5]): *ὁ ἑκάστου νοῦς θεὸς καὶ ἐκεῖθεν ἐῤῥύηκεν.* Idem [6]) monet *τὸν ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ.* Idem [7]): *ὁ ἔν σοι θεός* et [8]) *ὁ ἔνδον δαίμων* et [9]) *ὁ ἔν σοι δαίμων.* Seneca [10]): *quid aliud voces hunc quam deum in humano corpore hospitantem.*

Sic Plato [11]) animum vocat *δαίμονα ξύνοικον* (et haec intellexisse puto Socratem, cum de hoc genio loqueretur) et mox *τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον,* et [12]) *περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε ὡς αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε* (prorsus ut Antoninus [13])) *τοῦτο* etc., *πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν, ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον,* ubi vides illam *πρὸς τοὺς θεοὺς συγγένειαν,* de qua supra locuti sumus. Enimvero Plato et Stoici animum vocant deum, ut Heraclitus, e cuius communi fonte hauserunt, dixit apud

1) Epist. 11 et 25. 2) Epist. 11. 3) V, 27.
4) Confer eundem et V, 10. VIII, 45. XII, 3.
5) XII, 26. 6) III, 16. 7) III, 5.
8) II, 17. 9) III, 4. 10) Epist. 31.
11) Tim. p. 1087 ed. Francof. 12) Ibid. 13) V, 27.

Plutarchum [1]): *ἦθος ἀνθρώπου δαίμων*. Hinc Dio Chrysostomus [2]): *ὁ ἴδιος ἑκάστου νοῦς, οὗτός ἐστι δαίμων τοῦ ἔχοντος ἀνδρός*. Sic Menander et Euripides *τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου εἶναι θεὸν* dixerunt; de quo vide Valckenarium [3]). Eleganter Pseudo-Hermes in Pimandro, laudatus et a Stobaeo [4]): *τολμητέον εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον ἐπίγειον, εἶναι θνητὸν θεὸν, τὸν δὲ οὐράνιον θεὸν, ἀθάνατον ἄνθρωπον*. Sic Heraclitus loquitur apud Lucianum [5]), ubi interroganti mercatori, *τὶ δαὶ οἱ ἄνθρωποι*, respondet *θεοὶ θνητοί*, et rursus quaerente mercatore, *τὶ δαὶ οἱ θεοί*, respondet Heraclitus, *ἄνθρωποι ἀθάνατοι*. Hinc Cicero [6]): *nec enim tu is es, quem forma ista declarat; sed mens cuiusque, is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse: si quidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet.* etc. Cicero [7]): *humanus animus decerptus est ex mente divina: cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.*

Hinc illa Stoicorum superbia, qui se deo non solum cognatos, sed etiam pares credebant. Seneca [8]): *Sic itur ad astra. Hoc est enim quod mihi philosophia promittit, ut me parem deo faciat: ad hoc initiatus sum, ad hoc veni.* Idem [9]): *quanti aestimamus hoc otium, quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico, Lucili, et te in coelum compendiario voco. Solebat Sextius dicere, Iovem plus non posse, quam bonum virum. Plura Iupiter habet, quae praestet hominibus: sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior; non magis quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris, cui maius speciosiusque navigium est. Iupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris aestimat, quod virtutes eius spatio breviore clauduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit, non est beatior eo, cuius intra pauciores annos terminata virtus est: sic deus non*

---

1) Quaest. Plat. p. 999. 2) Orat. IV.
3) Diatr. c. 22. p. 238. 4) Ecl. phys. p. 89.
5) Vitar. auct. T. I. p. 554. 6) Somn. Scip. c. 8.
7) Tuscul. V, 13. 8) Epist. 48. 9) Epist. 73.

vincit sapientem felicitate, etiamsi vincit aetate. Non est virtus maior, quae longior. Iupiter omnia habet: sed nempe aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi etiam omnibus causa est. Sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt contemnitque, quam Iupiter: et hoc se magis suspicit, quod Iupiter uti illis non potest, sapiens non vult. Credamus itaque Sextio, monstranti pulcherrimum iter, et clamanti, hac itur ad astra. Idem [1]): *Omnes mortales multo antecedes, non multo te dii antecedent. Quid inter te et illos interfuturum sit, quaeris? Diutius erunt. At mehercule magni artificis est, clausisse totum in exiguo: tantum sapienti sua, quantum deo omnis aetas patet. Est aliquid, quo sapiens antecedat deum. Ille naturae beneficio, non suo, sapiens est. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem dei.* Idem [2]): *sapiens ille est, qui plenus, hilaris et placidus, inconcussus cum diis ex pari vivit.* Et ibidem: *illud gaudium, quod deos deorumque aemulos sequitur, non interrumpitur, non desinit; desineret, si sumptum esset aliunde. Sed quia non est alieni muneris, nec arbitrii quidem alieni est. Quod non dedit fortuna, non eripit.* Idem [3]): *Huc et illud accedat, ut perfecta virtus sit aequalitas ac tenor vitae per omnia consonans sibi: quod non potest esse, nisi rerum scientia contingat, et ars, per quam divina et humana noscantur. Hoc est summum bonum, quod si occupas, incipis deorum esse socius, non supplex. Quomodo, inquis, isto pervenitur? Non per Apenninum Graiumve montem, nec per deserta Candaviae: nec Syrtes tibi, nec Scylla, aut Charybdis adeundae sunt: quae tamen omnia transisti procuratiunculae pretio. Tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quae si non deserueris, par deo surges.* Idem [4]): *quaeris, quae res sapientem faciat, quae deum.* Idem [5]): *nihil desideres oportet, si vis Iovem provocare nihil desiderantem;* et [6]): *si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex aequo deos: non subibit te veneratio eius?*

---

1) Epist. 53. 2) Epist. 59. 3) Epist. 31.
4) Epist. 87. 5) Epist. 110. 6) Epist. 41.

Idem [1]): *Multis videmur maiora promittere, quam recipit humana conditio; non immerito: ad corpus enim respiciunt; revertantur ad animum: iam hominem deo metientur.* Denique [2]): *Sed si cui virtus animusque in corpore praesens, hic deos aequat, illo tendit originis suae memor. Nemo improbe eo conatur ascendere, unde descenderat. Quid est autem, cur non existimes, in eo divini aliquid existere, qui dei pars est? Totum hoc, quo continemur, et unum est, et deus, et socii eius sumus et membra.*

Cum autem omnes omnium animi eadem et divina origine et coelesti cognatione secundum Stoicos superbirent, hic sequi videretur, omnes promiscue post mortem in coelum tanquam in domicilium suum pervenire et superis adscribi, quod tamen Stoici negant. Nam hi dumtaxat, teste Balbo apud Ciceronem [3]), dii rite sunt habiti (id est, publico cultu consecrati), *quorum remanerent animi et aeternitate fruerentur, cum,* ut ibidem subiicit idem Balbus, *et optimi essent et aeterni: suscepit enim,* inquit, *vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in coelum fama, ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, et Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber etiam:* etc. *Idque,* inquit Cicero [4]), *cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure, et caerimoniis sepulcrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi haesisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse, omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitae, quae in claris viris et foeminis dux in coelum soleret esse: in caeteris humi et retineretur et permaneret tamen. Ex hoc, et nostrorum opinione, R o m u l u s i n c o e l o c u m d i i s a g i t a e v o m, ut famae assentiens dixit Ennius: et apud Graecos, indeque perlapsus ad nos, et usque ad Oceanum Hercules tantus et tam praesens habetur deus. Hinc Liber deus, Semele natus, eademque famae celebritate Tyndaridae fratres: qui non modo adiutores in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam*

1) Epist. 71.
2) Epist. 92.
3) De N. D. II, 24.
4) Tuscul. I, 12 et 13.

nuntii fuisse perhibentur. Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris? Quid? totum prope coelum, ne plures persequar, nonne humano genere completum est? Si vero scrutari vetera, et ex his ea, quae scriptores Graeciae prodiderunt, eruere coner: ipsi illi, maiorum gentium dii qui habentur, hinc a nobis profecti in coelum reperientur. Quaere, quorum demonstrantur sepulcra in Graecia: reminiscere, quoniam es initiatus, quae tradantur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, intelliges. Idem Cicero [1]): *Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem et ceteros, coli lex iubet, indicat omnium quidem animos immortales esse, sed fortium, bonorumque divinos. Bene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides, consecratur manu: quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt, ut illa qui habeant (habent autem omnes boni) deos ipsos in animis suis collocatos putent. Nam illud vitiosum Athenis, quod, Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum, et Impudentiae: virtutes enim, non vitia consecrare decet.* Hinc Laertius [2]), cum Balbo consentiens, dicit genios et heroas Stoicis esse bonorum virorum animos, qui remanserint: *φασὶ δὲ εἶναι καί τινας δαίμονας, ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων· καὶ ἥρωας, τὰς ὑπολελειμμένας τῶν σπουδαίων ψυχάς.* Quod ut intelligatur, tenendum est, Stoicos, ut ait Cicero [3]), *usuram animi nobis largiri tanquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant.* Et ibidem [4]): *aiunt animos manere, cum e corporibus excesserint.* Ibidem Panaetius Stoicus demonstrare conatur animos interire. Putabant enim sapientium animos, corpore solutos, diutius, immo usque ad mundi conflagrationem remanere utpote validiores; sceleratorum autem et stultorum imbecillas mentes statim, aut non ita multo post obitum exstin-

---

1) De legibus II, 11.

2) Pag. 200. [VII, 151. De re vide Chalcidium in Plat. Tim. p. XXXVII. a. ed. Ascens. de daemonum natura copiose disserentem. Cf. Blümner Über die Idee des Schicksals im Aischylos. p. 132.]

3) Tusc. I, 31. 4) Ibid. I, 32.

gui. Theodoretus [1]): *οἱ Στωϊκοὶ τὰς χωριζομένας τῶν σωμάτων ψυχὰς, διαρκεῖς* (an *διαρκεῖν*) *μὲν καὶ καθ' ἑαυτὰς ζῆν ἔφασαν· ἀλλὰ τὴν μὲν ἀσθενεστέραν, ἐπ' ὀλίγον· τὴν δέ γε ἰσχυροτέραν, μέχρι τῆς τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως.* Numenius apud Eusebium [2]): *τὴν δὲ ψυχὴν γεννητήν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων, μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων, τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς ποσούς τινας χρόνους. τὸ δὲ διαμένειν τὰς ψυχὰς οὕτω λέγουσιν, ὅτι διαμένομεν ἡμεῖς ψυχαὶ γενόμενοι, τοῦ σώματος χωρισθέντος, καὶ εἰς ἐλάττω μεταβαλόντος οὐσίαν τὴν τῆς ψυχῆς. τὰς δὲ τῶν ἀφρόνων καὶ ἀλόγων ζώων ψυχὰς συναπόλλυσθαι τοῖς σώμασι.* Tertullianus [3]): *qui aliquod illi* (animae) *tempus indulgent ab excessu usque ad conflagrationem universitatis, ut Stoici, suas solas, id est, sapientium animas, in supernis mansionibus collocant. Plato quidem non temere philosophorum animabus hoc praestat, sed eorum, qui philosophiam scilicet exornaverint amore puerorum;* ubi Tertullianus hunc respexit Platonis locum [4]): *εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ, ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων, οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας.* Plutarchus [5]) dicit secundum Stoicos validiores animos, quales sunt sapientium, solos usque ad mundi conflagrationem durare, quam sententiam uni quidem Chrysippo Laertius [6]), caeteris aliis Stoicis tribuit Plutarchus, ut et scriptores supra laudati. Idem Chrysippus, quem, ut obiter moneam, egregium saltatorem fuisse observat Eustathius [7]), animis corpore solutis rotundam, qualem suo deo Stoici, tribuit formam, teste eodem Eustathio ad Iliadis versus [8]):

1) Serm. V. p. 546. [T. IV. p. 824 ed. Halens.]
2) Praep. ev. XV, 20. p. 822. 3) De anima c. 54. p. 303.
4) Phaedr. p. 1223. [p. 248. E. HST.]
5) De plac. philos. IV, 7. 6) Pag. 202.
7) Ad Od. ϑ, p. 1602 ed. Rom. 8) Ad Il. ψ, 65. [et Schol. Ven.]

ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο,
πάντ' αὐτῷ, μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ', εἰκυῖα,

σημείωσαι δὲ ὅτι ἐντεῦθεν Ἀντισθένης ὁμοσχήμονάς φησι τὰς ψυχὰς τοῖς περιέχουσι σώμασι εἶναι· Χρύσιππος δὲ μετὰ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος σφαιροειδεῖς γίνεσθαι. Dionysius Halicarnassensis [1]), Stoice, ut alibi saepe, loquens, dicit, secundum quosdam, animos cum ex corporibus excesserint, aliquandiu remanere, bonorum quidem virorum mentes ad longissimum tempus, malorum quidem ad brevissimum: μήκιστον μὲν, αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐλάχιστον δὲ, αἱ τῶν κακῶν. Tacitus in Agricola dicit, sapientibus placere, non cum corpore exstingui magnas animas. Nota *magnas,* inquit Lipsius [2]); minutae igitur et fatuae pereunt; aut enim non diu manent, ut eas voluit Numenius in Eusebio, ἐπιμένειν καθ' ἑαυτὰς πόσους τινας χρόνους, aut cum concreto, ἅμα τοῖς συγκρίμασιν, intereunt, ut voluit Plutarchus [3]).

Animae autem, quae corporibus solutae non statim extinguuntur, Latine dicuntur *remanere* et graece διαμένειν et ἐπιμένειν, ut apud Platonem [4]) supra laudatum. Apud Eusebium [5]) supra laudatum dicitur et αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν εἶναι, ipsa per se, sine corpore existere, ut supra ibidem apud Eusebium vidimus ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν, et apud Theodoretum [6]) καθ' ἑαυτὰς ζῆν. Plato [7]) dicit τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι. Idem [8]): αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροίη θηρεύειν τῶν ὄντων, et [9]): αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ψυχὴ ἔσται χωρὶς τοῦ σώματος [10]). Idem [11]): ἀλλ' ὅτι

---

1) T. III. p. 1652 ed. Reiske. 2) Phys. Stoic. III, diss. 2. p. 321.
3) De placit. philos. IV, 7. 4) Phaedon. p. 216 ed. Forster.
5) Praep. evang. XV. p. 20. 6) Serm. V. p. 546.
7) Phaedon. p. 173 ed. Forster. [p. 64. C. HST.]
8) Pag. 177. [p. 63. A. HST.] 9) Pag. 179. [p. 66. E. HST.]
10) Confer et p. 181 et p. 182 et p. 188 et p. 211 et p. 213, ubi bis idem loquendi modus occurrit.
11) Pag. 176. [p. 65. C. HST.]

μάλιστα αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνηται ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ καθόσον δύναται μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ μηδ' ἁπτομένη ὀρέγηται τοῦ ὄντος; Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ φιλοσόφου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα καὶ φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι; Sic Iustinus [1]): μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνει οὗ ἤρα. Nemesius [2]): ψυχὴ τοῦ σώματος ἑαυτὴν χωρίζει, καὶ καθ' ἑαυτὴν γίγνεται.

Quamdiu vero et quorum animi, secundum Stoicos, corporibus soluti remanerent, in porticu magna quaestio et dissensio fuit. Vide apud Gatakerum et Antoninum [3]), Menagium ad Laertium [4]), I. Vossium [5]), Delrionem ad Senecae Troadas [6]), inprimis apud Iac. Thomasium [7]), a Wolfio ad Origenem [8]) laudatos; adde et apud Lipsium [9]), ubi peculiares Stoicorum sententias leges. *Nunc me putas*, inquit Seneca [10]), *de Stoicis dicere, qui existimant animam hominis magno pondere extriti permeare non posse, et statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber: ego vero non facio: qui hoc dicunt, videntur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi: nam circa id diffugit, quo urgetur; quemadmodum aër verbere aut ictu non laeditur, nec scinditur quidem, sed circa id, cui cessit, refunditur: sic animus, qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi, sed beneficio subtilitatis suae, per ipsa, quibus premitur, erumpit. Quomodo fulmini, etiam cum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus: sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaque de illo quaerendum est, an possit immortalis esse? Hoc quidem certum habe, si superstes est corpori, propter hoc illum nullo genere posse perire, propter quod non perit: quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quidquam noxium aeterno est.*

1) Contra Tryph. p. 106. 2) Cap. 3. p. 58.
3) IV, 21. 4) Pag. 326 seqq.
5) De origine et progressu idololatriae XL. 6) Pag. 438.
7) De Stoica mundi exustione diss. 15. 8) Philosophum. p. 145.
9) Physiol. Stoic. III. diss. 2. 10) Epist. 57.

Hactenus Seneca, qui, ut ipse de se profitetur [1]), non se cuiquam mancipavit, nullius nomen fert, multorum magnorum virorum iudicio credit, aliquid et suo vindicat. *Nam illi quoque*, inquit, *non inventa, sed quaerenda nobis reliquerunt: et invenissent forsitan necessaria, nisi et superflua quaesissent. Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit, et captiosae disputationes, quae acumen irritum exercent. Nectimus nodos, et ambiguam significationem verbis illigamus, deinde dissolvimus.* Ubi, ut et alibi [2]), tacite notat interrogatiunculas vaferrimas (qualibus interdum Socratem usum fuisse nollem), mendacia a vero nascentia, conclusione falsa adstricta et argutias Graecas hominum otio abundantium et litterarum intemperantia laborantium, ac praesertim Stoicorum philosophorum tristius ineptorum, immo ipsius Zenonis collectiones et circumscriptiones, quae imponebant, non persuadebant, et illa spinosiora, quae prius ut confiteamur, nos cogunt, quam ut assentiamur. Haec ludicra in Zenone ipso aliisque huiusce sectae principibus aperte damnat [3]), sic et Chrysippum in ordinem cogit, ut ipse ait [4]). Sic et Lucilio scribit [5]): *Multum mihi tibique negotii concinnabis, et, dum nescis, in magnam me litem ac molestiam impinges, qui mihi tales quaestiunculas ponis, in quibus ego nec dissentire a nostris salva gratia, nec consentire salva conscientia possum. Quaeris, an verum sit, quod Stoicis placet, sapientiam bonum esse, sapere bonum non esse? Primum exponam, quid Stoicis videatur: tum dicere sententiam audebo.* Idem [6]) hancce causam affert, cur libertate utatur, interdum a Stoicorum opinione recedendi, quod nunquam tamen ita facit, quin prius huiusce rei lectorem suum certiorem fecerit: *non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi et invenire aliquid et mutare et relinquere. Non servio illis, sed adsentior.* Idem [7]): *Qui alium sequitur, nihil invenit, immo nec quaerit. Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? ego vero utar via veteri; sed si propiorem planioremque*

---

1) Epist. 45. 2) Epist. 48. 55. 102. 106. 109. 111.
3) Epist. 82. 83. 113. 117. 121. 4) De benefic. I, 3 et 4.
5) Epist. 117. 6) Epist. 80. 7) Epist. 33.

invenero, hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata; multum ex illa etiam futuris relictum est. Ibidem hoc interesse inter Stoicos et Epicureos monet, quod apud hos omnes omnium huiusce sectae philosophorum sententiae ad unum conditorem Epicurum referrentur, apud Stoicos autem singulis singulae, quae saepe diversae erant et oppositae, assignantur et suis vindicantur auctoribus. Non enim in Epicuri hortis passim et temere lascivientes vagabantur, sed quasi sub rege vivebant: in porticu vero tanquam in ea degebant re publica, quae paucorum principum consilio nonnunquam dissidentium regitur, et, quod de se affirmat Seneca [1]), interdum et in aliena castra transibant, non tamquam transfugae, sed tamquam exploratores. Sic autem loquitur Seneca [2]): *Puta nos velle singulares sententias ex turba separare: cui illas adsignabimus? Zenoni, an Cleanthi, an Chrysippo, an Panaetio, an Posidonio? Non sumus sub rege: sibi quisque se vindicat. Apud istos quidquid dicit Hermachus* [3]), *quidquid Metrodorus, ad unum refertur. Omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt.* Idem [4]): *Ne putes autem me primum ex nostris, non ex praescripto loqui, sed meae sententiae esse: inter Cleanthem et discipulum eius Chrysippum non convenit, quid sit ambulatio. Cleanthes ait: Spiritum esse a principali usque in pedes permissum: Chrysippus, ipsum principale. Quid est ergo, cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi quisque se vindicet?*

---

1) Epist. 2. 2) Epist. 33.

3) [Sine dubio legendum *Hermarchus*, quod in ed. Matthiaei nunc repositum invenio. Ἕρμαχος enim minime mihi persuadeo ut Graecum nomen esse credam, utpote omni analogia destitutum. Cf. Orell. ad Orat. de harusp. respons. 16. Atque *Hermarchi* illi Mitylenaeo philosopho nomen fuisse, dudum demonstraverat Murrius Volum. Herculan. p. 4. Sed talia aut contemnunt, aut occaecatis oculis legunt qui nobis hodie philosophiae antiquae historias condunt. Nam ad unum paene omnes *Hermachum* pro Hermarcho exhibent, alius alium exscribentes.]

4) Epist. 113.

Sic supra vidimus Chrysippo et plerisque aliis Stoicis placere, solos sapientium animos, utpote validiores, usque ad mundi conflagrationem durare; contra illius praecepta Cleanthes omnes pariter animos tam indoctos quam eruditos usque ad illam impendentem mundo ruinam putavit remanere. Servius ad haec Aeneidos [1]) *animamque sepulchro Condimus* haec observat: *Rite ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietem sepulchri, quam Stoici herciscundi, id est, medium secuti, tam diu durare dicunt, quam diu durat et corpus. Unde Aegyptii, periti sapientiae, condita diutius reservant cadavera; scilicet ut anima multo tempore perduret et corpori sit obnoxia, nec cito ad alia transeat.* Stoici Cornuti de hac quaestione sententiam servavit Stobaeus [2]): *προσαναιρεῖσθαι ἡ ψυχὴ τῷ σώματι καθάπερ Κορνοῦτος οἴεται*; triplex enim erat opinio, teste eodem ibidem Stobaeo: prima scilicet eorum, qui animum in morte ante corpus perire, *ἐν τῷ ἀποθνήσκειν προφθείρεσθαι τοῦ σώματος*; secunda eorum, qui eum simul cum corpore exstingui et occidere, *συναπόλλυσθαι αὐτῷ*; tertia denique illorum, qui eum superstitem per se solum remanere, postquam e corpore excesserit, opinarentur, *διαμένειν καθ' ἑαυτὴν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἔξοδον*. Cicero [3]) opinioni Stoicorum, vel saltem illorum e Stoicis, qui aiunt animos manere, cum e corpore excesserint, sed non semper, Stoici Panaetii sententiam opponit, qui in hoc a Platone suo dissentiebat. *Quem enim*, ait Cicero, *omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire; nasci autem animos, quod declaret eorum similitudo, qui*

---

1) [III, 68. E verbis sequentibus haecce non negligenda: *Ideo autem Stoicos medium sequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam, et ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis vitae prioris; Pythagoras vero, non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit: hoc est, redire, sed post tempus.* Cf. Orell. ad Sallust. de mundo p. 175 sq.]

2) Eclog. phys. p. 116.

3) Tuscul. I, 32.

procreentur; quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. Alteram autem affert rationem: nihil esse quod doleat, quin id aegrum esse quoque possit; quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum: dolere autem animos, ergo etiam interire. Hinc patet, Panaetium vel usuram animorum, quos nobis tamquam cornicibus alii Stoici paulo liberaliores largiebantur, negare vel videri animum cum corpore dissolvi.

Duas vero communiores Stoicorum opiniones, illorum scilicet, qui animos corporibus solutos saltem sapientes et ideo validos, aliquamdiu inter divina coelestiaque remanere, et horum, qui eos statim post obitum naturae suae remisceri et in animam mundi, communem animarum fontem refundi censebant, passim coniungit Seneca, in utrumque paratus. Sic enim loquitur [1]): *Mors quid est? Aut finis est, aut transitus. Nec desinere timeo; idem est enim quod non coepisse: nec transire; quia nusquam tam anguste ero.* Et [2]): *Magnus animus deo pareat, et, quidquid lex universi iubet, sine cunctatione patiatur. Aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquilliusque inter divina mansurus; aut certe, sine ullo futurus incommodo, naturae suae remiscebitur et revertetur in totum.* Et [3]): *Nec has spe, inquit sapiens ille, fortius exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti, et iam inter illos fui; animumque illo meum misi, et ad me illi suum miserunt. Sed tolli me de medio puta, et post mortem nihil ex homine restare; aeque magnum animum habeo, etiam si nusquam transiturus excedo.* Et [4]): *Mors nos aut consumit, aut emittit; emissis meliora restant, onere detracto; consumptis nihil restat: bona pariter malaque submota sunt.* Sic idem [5]): *Nihil autem minus bono viro convenit, quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius nomine doleo: necesse est, alterutrum ex his duobus esse iudicem. Nam si nullus defunctis sensus superest, evasit omnia frater meus vitae incommoda, et in eum restitutus est locum, in quo fuerat antequam nasceretur, et expers omnis mali, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Quis iste est furor, pro eo me*

1) Epist. 65. fine. 2) Epist. 71. 3) Epist. 93.
4) Epist. 24. 5) Consol. ad Polyb. 27.

numquam dolere desinere, qui numquam doliturus est? Si est aliquis defunctis sensus: nunc animus fratris mei, velut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris et arbitrii gestit, et rerum naturae spectaculo fruitur, et humana omnia ex superiore loco despicit; divina vero, quorum rationem tamdiu frustra quaesierat, propius intuetur. Quid itaque eius desiderio maceror, qui aut beatus, aut nullus est? Beatum deflere, invidia est: nullum, dementia. Sic prorsus Cicero [1]), e quo saepe colorem duxit Seneca: *Quo modo igitur, aut cur mortem malum tibi videri dicis, quae aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros, sensu carentes?* Idem Cicero [2]): *ita nos ipsi, si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus, antequam nati. Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum.* Seneca [3]): *Nonne tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleverit, quod ante annos mille non vixerat? Aeque stultus est, qui flet, quod post annos mille non vivet! Haec paria sunt: non eris, nec fuisti. Utrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es, quod, ut extendas, quousque extendes?*

Senecam autem potius inclinavisse ad Panaetii sententiam, qui animum corporis vinculo solutum statim spargi et dissipari censebat, merito observavit Warburtonus [4]), ubi haec subiicit; „Ce philosophe qui n'étoit fidèle aux principes d'aucune secte, nie un état futur dans les endroits de ses ouvrages, où il raisonne en philosophe spéculatif, et il le soutient dans les endroits, où il raisonne en philosophe moral." Sed non ideo Seneca dicendus est Stoicorum castra deseruisse, apud quos controversa ea res erat, nec consensu recepta, ut vere monet Lipsius [5]). Supra vidimus Panaetium et Cornutum, primarum gentium Stoicos, et infra demonstrabimus Marcum Antoninum censuisse, animum cum corpore interire. Ipse ibidem Warburtonus, ut et Menagius [6]), Bruckerus [7]) et Lipsius [8]), fatetur Epicte-

1) Tuscul. I, 11. 2) Ibid. c. 6. 3) Epist. 77.

4) T. II. Diss. 8. p. 34 versionis Gallicae „Sur l'union de la religion, de la morale et de la politique."

5) Physiol. Stoic. p. 319. 6) Ad Laertium p. 191.

7) T. I. p. 950. 8) Physiol. Stoic. III. Diss. 2. p. 321.

tum in eadem ac Panaetium fuisse opinione. Optio igitur eligendi Stoicis dabatur, utri sententiae vellent adhaerere, quosnam duces, sed eos quidem semper Stoicos, sequi mallent. Optionem suis lectoribus ita semper proponit Seneca, ut mortem in utroque casu contemnendam esse declaret, et hanc esse calcem, ad quam cum sit decursum, nihil sit praeterea extimescendum, ut ait Cicero [1]). Eodem argumento ad idem inculcandum saepe utitur M. Antoninus, ut [2]): τί οὖν περιμένεις ἵλεως τὴν εἴτε σβέσιν, εἴτε μετάστασιν. Sic de morte [3]): ἤτοι σβέσις ἢ μετάστασις, et [4]): δεήσει ἤτοι σκεδασθῆναι τὸ συγκριμάτιόν σου, ἢ σβεσθῆναι τὸ πνευμάτιον, ἢ μεταστῆναι καὶ ἀλλαχοῦ καταχθῆναι. Vehementer Seneca dubitare nobis videtur, sic Lucilio suo scribens [5]): *Quo modo molestus est iucundum somnium videnti, qui excitat (aufert enim voluptatem, etiamsi falsam, effectum tamen verae habentem): sic epistola tua mihi fecit iniuriam; revocavit enim me cogitationi aptae traditum, et iturum, si licuisset, ulterius. Iuvabat de aeternitate animarum quaerere, immo mehercule credere: credebam enim me facile opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis quam probantium. Dabam me spei tantae: iam eram fastidio mihi; iam reliquias aetatis infractae contemnebam, in immensum illud tempus et in possessionem omnis aevi transiturus: cum subito experrectus sum epistola tua accepta, et tam bellum somnium perdidi. Quod repetam, si te dimisero, et redimam.* Sed ipsi maxime fides habenda est, cum in rem praesentem adductus loquitur de morte vicina, cuius tormenti admoti conspectus veram et germanam sensuum intus latentium confessionem exprimit. Itaque illum audiamus, quasi de morte cognita ferentem sententiam, et qualis eius natura, velut propius inspectae, ipsi esse videatur, ut loquitur [6]), sic iudicantem [7]). Ibi postquam suo narravit Luci-

1) Tusc. I, 8. 2) V, 33. 3) VIII, 3.
4) VIII, 25. [Adde XI, 3: *Οἵα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῆναι ἢ σκεδασθῆναι ἢ συμμεῖναι;*]
5) Epist. 102. 6) Epist. 30. 7) Epist. 54.

lio, se in eo fuisse, ut animam ageret, haec subiicit: *Ego vero et in ipsa suffocatione non desii cogitationibus laetis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est? inquam: tam saepe mors experitur me? faciat! at ego illam diu expertus sum. Quando, inquis? Antequam nascerer. Mors est, non esse id, quod ante fuit: sed quale sit, iam scio; hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse, antequam prodiremus in lucem; atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet, lucernae peius esse, cum exstincta est, quam antequam accenderetur? Nos quoque et accendimur et exstinguimur; medio illo tempore aliquid patimur. Utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi; cum illa et praecesserit et secutura sit. Quidquid ante annos* (lege *nos* [1])) *fuit, mors est. Quid enim refert, utrum non incipias, an desinas? utriusque rei hic est effectus, non esse. His et huiusmodi exhortationibus, tacitis scilicet* (*nam verbis locus non erat*), *alloqui me non desii.* Sic idem [2]) scribit se frequentius venire ad Aufidium Bassum, in quem senectus magno pondere incubuerat, et qui corpore quidem, sed non animo deficiens, in conspectu mortis hilaris laetusque, eo animo vultuque finem suum spectabat, quo alienum spectare, nimis securi esse putaretur. *Nam de morte*, inquit Seneca, *multa loquitur et id agit sedulo, ut nobis persuadeat, si quid incommodi aut metus in hoc negotio est, morientis vitium esse, non mortis, nec magis in ipsa quidquam esse molestiae, quam post ipsam. Tam demens autem est, qui timet quod non est passurus, quam qui timet quod non est sensurus. An quisquam hoc futurum credit, ut, per quam nihil sentitur, ea sentiatur? Ergo, inquit, mors adeo extra omne malum est, ut sit extra omnem malorum metum. Haec ego scio et saepe dicta et saepe dicenda: sed neque, cum legerem, aeque mihi profuerunt, neque, cum audirem his dicentibus, qui negabant timenda, a quorum metu aberant. Hic vero plurimum apud me auctoritatis habuit*, prosequitur Seneca, *cum loqueretur de morte vicina.* Idem Seneca

1) [Ita nunc vulgatur.]   2) Epist. 30.

apud Tertullianum [1]): *post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa.* Seneca [2]): *Mors omnium dolorum et solutio est et finis: ultra quam mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatem, in qua, antequam nasceremur, iacuimus, reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum misereatur!* Sic Cicero iocatur [3]): *Ita qui nondum nati sunt, miseri iam sunt, quia non sunt: et nos ipsi, si post mortem miseri futuri sumus, miseri fuimus, antequam nati.* Sic autem prosequitur Seneca [4]): *Mors nec bonum nec malum est. Id enim potest aut bonum aut malum esse, quod aliquid est: quod vero ipsum nihil est, et omnia in nihilum redigit, nulli nos fortunae tradit. Mala enim bonaque circa aliquam versantur materiam.* (Hinc eam inter ἀδιάφορα seu indifferentia, ut vertit Seneca [5]), reponit Zeno apud eundem ibidem Senecam.) *Non potest id fortuna tenere, quod natura dimisit: nec potest miser esse, qui nullus est. Excessit filius tuus terminos, intra quos servitur. Excepit illum magna et aeterna pax: non paupertatis metu, non divitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur* [6]), *non invidia felicitatis alienae tangitur, nec suae premitur, nec conviciis quidem ullis verecundae aures verberantur: nulla publica clades prospicitur, nulla privata: non sollicitus futuri pendet ex eventu, semper incertiora rependenti. Tandem ibi constitit, unde nil eum pellat, ubi nil terreat.* Sic prosequitur ibidem [7]): *O ignaros malorum suorum, quibus non mors ut optimum inventum naturae laudatur! quae sive felicitatem includit, sive calamitatem repellit, sive satietatem aut lassitudinem senis terminat, sive iuvenile aevum, dum meliora sperantur, in flore deducit, sive pueritiam ante graviores gradus revocat: omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum, de nullis melius merita, quam de his ad quos venit, antequam invocaretur. Haec servitutem invito domino remittit: haec captivorum catenas levat: haec e carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat. Haec exsulibus in patriam semper*

---

1) De anima c. 42. p. 495 et de resurrectione carnis c. 1. p. 325.
2) Consol. ad Marciam 19. 3) Tusc. I, 6.
4) Consol. ad Marc. 19. 5) Epist. 82.
6) [Malim *lacessitur*, quod melius congruit cum *stimulis*.]
7) Consol. ad Marc. 20.

animum oculosque tendentibus ostendit, nihil interesse inter quos quisque iaceat. Haec, ubi res communes fortuna male divisit, et aequo iure genitos alium alii donavit, exaequat omnia. Haec est, quae nihil quidquam alieno fecit arbitrio. Haec est, in qua nemo humilitatem suam sensit. Haec est, quae nulli paruit. Haec est, Marcia, quam pater tuus concupivit. Haec est, inquam, quae effecit, ut nasci non sit supplicium: quae efficit, ut non concidam adversus minas casuum, ut servare animum salvum ac potentem sui possim. Habeo quo appellam. Video istic cruces non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas. Capite quidam conversos in terram suspendere, alii per obscena stipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt. Video fidiculas, video verbera: et membris et singulis articulis singula machinamenta: sed video et mortem. Sunt istic hostes cruenti, cives superbi: sed video istic et mortem. Non est molestum servire, ubi, si domini pertaesum est, licet uno gradu ad libertatem transire. Contra iniurias vitae beneficium mortis habeo. Nam, ut ait [1]), *in hoc profundum inquietumque proiecti mare alternis aestibus reciprocum, et modo allevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans, numquam stabili consistimus loco: pendemus et fluctuamur, et alter in alterum illidimur, et aliquando naufragium facimus, semper timemus. In hoc tam procelloso et in omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortis est. Ne itaque invideris fratri tuo: quiescit.* Hinc et Stoicus Cornutus [2]) dicit, Plutonem vocatum fuisse *Εὐβουλέα*, quod hominibus consulat, quodque illius beneficio tandem a laboribus et curis quiescant: *ὡς καλῶς περὶ τῶν ἀνθρώπων βουλευόμενον, διὰ τοῦ παύειν αὐτούς ποτε τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων.* Hic enim *βουλευόμενον* restituendum est e codicibus pro *βουλευομένων*, quod in editis. Sic Seneca [3]): *Quis in tam obscura et involuta veritate divinat, utrumne fratri tuo mors inviderit, an consuluerit?* et [4]): *unde enim scis, an diutius vivere illi expedierit, an illi hac morte consultum sit?* quod

---

1) Consol. ad Polyb. 28. 2) Cap. 35. p. 234. Gale.
3) Consol. ad Polyb. 29. 4) Consol. ad Marciam 21.

a Cornuto dicitur βουλεύεσθαι. Sic idem Seneca, aut quisquis fuit auctor Troadum [1]):

Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil,
velocis spatii meta novissima.
Spem ponant avidi; solliciti metum.
Quaeris, quo iaceas post obitum loco?
Quo non nata iacent.

Eiusdem et gentis et sectae Lucanus [2]):

Aut nihil est sensus animis a morte relictum,
aut mors ipsa nihil.

Sic et Plinius [3]): *Post sepulturam aliae atque aliae Manium ambages. Omnibus a suprema die eadem, quae ante primum: nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animae, quam ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, et in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur: alias immortalitatem animae, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando, et Manes colendo deumque faciendo, qui iam etiam homo esse desierit: ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a ceteris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo similem divinat immortalitatem. Quod autem corpus animae per se? quae materia? ubi cogitatio illi? quomodo visus? auditusque, aut qui tangit? qui usus eius? aut quod sine his bonum? Quae deinde sedes, quantave multitudo tot seculis animarum, velut umbrarum? puerilium ista delinimentorum avidaeque numquam desinere mortalitatis commenta sunt. Similis et de asservandis corporibus hominum, ac reviviscendi promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Quae (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? quaeve genitis quies umquam, si in sublimi sensus animae manet: inter inferos umbrae? Perdit profecto ista dulcedo credulitasque praecipuum naturae bonum, mortem; ac duplicat obitus, si dolere etiam post futuri aestimatione evenit. Etenim si dulce vivere est, cui potest esse vixisse? At quanto facilius certiusque, sibi quemque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento.* Ut supra

1) Vs. 398. [ubi dogma Epicureum respici monet Torkillus Baden.]
2) Phars. III, 39.
3) H. N. VII, 56 (55).

laudatus Seneca [1]): *mortem diu expertus sum. Quando, inquis? Antequam nascerer.*

Tatianus, qui, ut supra observavimus, putabat animum cum corpore dissolvi, sed cum eo postea resurgere in mundi fine, dixit [2]), post obitum nos ad id redigi, ut iam non simus, et in eum reponi statum, in quo iacueramus, antequam nasceremur, et quamvis nostra caro tota igne absumpta evanuerit, quamvis in fluviis aut mari destructa, feris distracta fuerit, nihilominus fore ut mundus materiam, ex qua constabat corpus, evaporatam excipiat, et ipsi in divitis dei thesauris reconditi servemur: *ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν πρὶν ἢ γενέσθαι τις ἤμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον· γεγονὼς δὲ ὁ μὴ πάλαι, διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος, καὶ διὰ θανάτου μηκέτι ὢν, αὖθίς τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς εἶτα γεννηθείς. κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπότου.* His Tatiani verbis, quae ad Senecae aliorumque Stoicorum doctrinam proxime accedere primum viderentur, utpote qui censerent, post obitum corpus ad cognata elementa rediturum, animum autem in sinum animae mundi recipiendum et *εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον* refundendum fore, cave putes, omnem resurrectionis spem tolli: cum contra idem ibidem Tatianus diserte affirmet, deum, qui regnat, substantiam humanam, sibi soli conspicuam, quando voluerit, in pristinam integritatem restituturum esse: *καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε τὰ ἀποκείμενα· θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνῳ* [3]) *ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.* Stoici quoque, qui, ut infra declarabimus, deum

1) Epist. 54. 2) Pag. 24. [p. 248 ed. Benedict.]

3) Sic lego pro *μόνην*. [*Μόνῳ* exstat in ed. Benedictinorum, non vero item *αὐτῷ*, sed *αὐτῷ*.]

credunt post huiusce mundi conflagrationem iterum eadem, quae destructa fuerant, restituturum et mundo renovato atque reparato eosdem animos in eadem corpora insinuaturum, de resurrectione quidem, sed de illa, quae a Christiana longe diversa sit, minime dubitantes. Cum Tatiano consonat Tertullianus, sic loquens [1]): *Recogita, quid fueris, antequam esses. Utique nihil: meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras, priusquam esses, idem nihil factus cum esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo, eiusdem ipsius auctoris voluntate, qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde, si potes, rationem, qua factus es; et tunc require, qua fies. Et tamen facilius utique fies, quod fuisti aliquando, quia aeque non difficile factus es, quod numquam fuisti aliquando. Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo, quod non fuerat, non minus quam de morte vacationis et inanitatis, composuit, animatum spiritu omnium animatore. Signatum et per ipsum humanae resurrectionis exemplum in testimonium vobis. Lux quotidie interfecta resplendet, et tenebrae pari vice decedendo succedunt. Sidera defuncta reviviscunt; tempora ubi finiuntur, incipiunt. Fructus consumuntur et redeunt. Certe semina non nisi corrupta et dissoluta fecundius surgunt. Omnia pereundo servantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo, tantum nomen, si intelligas te, vel de titulo Pythiae discens, dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Ubicumque resolutus fueris, quaecumque te materia destruxerit, hauserit, aboleverit, in nihilum prodegerit, reddet te.* Idem Seneca [2]) quoque eodem modo ac Tatianus affirmat, divinum animum, cum egressurus est hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud exurat, an ferae distrahant, an terra contegat, non magis ad se iudicaturum pertinere, quam secundas ad editum infantem. *Utrum proiectum aves differant, an consumatur*

— canibus data praeda marinis,

quid ad illum? . . . . Neminem, prosequitur Seneca, *de su-*

1) Apologet. 48. p. 38. 2) Epist. 92. fine.

premo officio rogo; nulli reliquias meas commendo: ne quis insepultus esset, rerum natura prospexit. Quem saevitia proiecerit, dies condet. Diserte Maecenas ait:

Nec tumulum curo; sepelit natura relictos.

Lucanus, poeta Stoicus [1]):

tabesne cadavera solvat,
an rogus, haud refert: placido natura receptat
cuncta sinu, finemque sui sibi corpora debent.

Et deinde:

Libera fortunae mors est: capit omnia tellus
quae genuit: coelo tegitur, quod non habet urnam.

Pythagoras apud Ovidium [2]):

Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas
abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

Quomodo autem de sepultura sollicitus esse possit Stoicus, qui ipsius mortis et poenarum mortuis sceleratis praeparatarum irridet minas [3]):

quique metus omnes et inexorabile fatum
subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari.

Cogita, inquit Seneca [4]), *nullis defunctum malis affici: illa, quae nobis inferos faciunt terribiles, fabulam esse. Nullas imminere mortuis tenebras, nec carcerem . . . . ultra quam mala nostra non exeunt.* Seneca [5]) dicit: *multorum ingeniis certatum est, ad augendam eius* (mortis) *infamiam; descriptus est carcer infernus et perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci,*

ossa super recubans antro semesa cruento,
aeternum latrans exsangues territat umbras.

Sed etiam, prosequitur, *cum persuaseris istas fabulas esse, nec quidquam defunctis superesse, quod timeant* etc. Idem [6]): *Non sum tam ineptus, ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar, et dicam: vanos esse inferorum metus; nec Ixionem rota volvi; nec saxum humeris Sisyphi trudi in adversum; nec ullius viscera*

---

1) Phars. VII, 809.
2) Metam. XV, 156.
3) Virgil. Georg. II, 491.
4) Consol. ad Marciam 19.
5) Epist. 82.
6) Epist. 24.

et renasci posse quotidie et carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat et tenebras, et larvalem habitum nudis ossibus cohaerentium. Sic Iuvenalis [1]):

Esse aliquos Manes et subterranea regna
et contum et Stygio ranas in gurgite nigras
atque una transire vadum tot millia cymba,
nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur.

Sic Horatius [2]): *fabulaeque Manes.* Cicero [3]): *Soleo saepe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturae cognitionem admirantur, eiusque inventori et principi gratias exsultantes agunt, eumque venerantur ut deum. Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno et diurno ac nocturno metu. Quo terrore? quo metu? Quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis: A c h e r o s i a t e m p l a a l t a O r c i p a l l i d a l e t i o b n u b i l a t e n e b r i s l o c a? Non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat, et quod falsa esse cognoverit? E quo intelligi potest, quam acuti natura sint, quoniam haec sine doctrina credituri fuerunt.* Ubi Cicero tacite notat Lucretium, qui sic exclamat [4]):

deus ille fuit, deus, inclute Memmi,
qui princeps vitae rationem invenit eam, quae
nunc appellatur sapientia.

Idem [5]);

pedibus subiecta, vicissim
obteritur, nos exaequat victoria coelo.

Sic disserit cum auditore suo Tullius [6]): *Dic, quaeso, num te illa terrent? triceps apud inferos Cerberus? Cocyti fremitus? transvectio Acheruntis? mento summam aquam adtingens enectus siti Tantalus? tum*

illud quod Sisyphu' versat
saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?

etc. *A. Adeone me delirare censes, ut ista esse credam? M. An tu haec non credis? A. Minime vero. M. Male Hercule*

1) Sat. II, 149. 2) Carm. I, 4, 16. 3) Tusc. I, 21.
4) V, 8. 5) I, 79. 6) Tusc. I, 5.

narras. *A. Cur, quaeso?* *M. Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem.* *A. Quis enim non in eiusmodi causa? aut quid negoti est, haec poetarum et pictorum portenta convincere?* *M. Atqui pleni libri sunt contra ista ipsa disserentium philosophorum.* *A. Inepte sane: quis enim est tam excors, quem ista moveant?* Et, ut ait Balbus Stoicus apud Ciceronem [1]): *Quae anus tam excors inveniri potest, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat?* Idem [2]): *quales sint* (animi), *ratione discendum est. Cuius ignoratio finxit inferos easque formidines, quas tu contemnere non sine causa videbare. In terram enim cadentibus corporibus, iisque humo tectis, e quo dictum est* h u m a r i, *sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt: quos auxerunt poetae. Frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, movetur audiens tam grande carmen:*

Adsum atque advenio Acherunte vix, via alta atque ardua,
per speluncas, saxis structas asperis, pendentibus,
maxumis: ubi rigida constat crassa caligo inferûm:

tantumque valuit error, qui mihi quidem iam sublatus videtur, ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent nec intelligi . . . . Inde Homeri tota νεκυία: inde ea, quae meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat: inde in vicinia nostra Averni lacus,

unde animae excitantur obscura umbra, aperto ostio
alti Acheruntis, falso sanguine, Mortuorum imagines.

Νεκρομαντεία quoque Hebraeis populisque vicinis nota erat tempore Mosis, qui eam suis legibus prohibuit. Quo solo argumento, ut est exemplo Saulis, qui evocatam mortui Samuelis imaginem interrogavit, animorum immortalitatem Hebraeis finitimisque gentibus innotuisse declaratur. Quis enim eos interrogat, quos nusquam esse arbitratur? Recte Seneca [3]): *Cum de animarum aeternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium aethera.*

---

1) De N. D. II, 2. 2) Tusc. I, 16.
3) Epist. 117.

Ut Seneca, sic et Chrysippus poenas sceleratis defunctis imminere prorsus negavit. Apud Plutarchum [1]) enim Platonem ideo damnat, quod homines a vitio deterrere velit deorum et suppliciorum post mortem impendentium metu; hunc sermonem ab illis anilibus fabulis, quibus infantium lasciviam coercent mulierculae, nihil differre affirmavit; ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν Πλάτωνα περὶ δικαιοσύνης, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνάλλεται τῷ περὶ θεῶν λόγῳ, καὶ φησὶν οὔτ' ὀρθῶς ἀποτρέπειν τῷ ἀπὸ τῶν θεῶν φόβῳ τῆς ἀδικίας τὸν Κέφαλον, εὐδιάβλητόν τ' εἶναι καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐξάγοντα πολλοὺς περισπασμοὺς καὶ πιθανότητας ἀντιπιπτούσας [2]) τὸν περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κολάσεων, λόγον, ὡς οὐδὲν διαφέροντα τῆς Ἀκκοῦς καὶ τῆς Ἀλφιτοῦς, δι' ὧν τὰ παιδάρια τοῦ κακοσχολεῖν αἱ γυναῖκες ἀνείργουσιν. Seneca [3]): *Si animus fortuita contempsit, si se supra metum sustulit, ... si deorum hominumque formidinem eiecit et scit, non multum esse ab homine timendum, a deo nihil: si contemptor omnium, quibus torquetur vita, dum ornatur, eo perductus est, ut illi liqueat, mortem nullius mali esse materiam, multorum finem . . . . consummavit scientiam utilem atque necessariam.* Stoici enim censebant, nihil metuendum esse a diis, quos unam potentiam sortitos, scilicet prodesse, putat Seneca [4]). Idem ibidem [5]): *Deos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria: nec quisquam amat, quos timet.* *Quid ergo*, ait alibi [6]), *illa laudata et omnibus praeferenda artibus rebusque philosophia praestabit? Scilicet ut malis tibi placere quam populo . . . . ut sine metu deorum hominumque vivas.* Idem [7]): *Quam grande praemium nos exspectat, si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus? Non cupiditas nos, non timor pellet: inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus, nec deos; sciemus, mortem malum non esse, deos malos non esse. Tam imbecillum est,*

1) De Stoicor. repugn. p. 1040.

2) [Non integra haec verba. Reiskius deesse putabat παρέχοντα. Fortasse ante ἀντιπιπτούσας excidit εἰς].

3) De benef. VII, 1. 4) De benef. VII, 31.

5) Ibid. IV, 19. 6) Epist. 29. 7) Epist. 75.

quod nocet, quam cui nocetur: optima vi noxia carent. Exspectant nos, si ex hac aliquando faece in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et, expulsis terroribus, absoluta libertas. Quaeris, quae sit ista? Non homines timere, non deos. Idem [1]*: Mors malum non est. Quid quereris? sola ius aequum est generis humani* [2]. *Superstitio error insanus est: amandos timet: quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames?* Sic idem [3]: *Religio deos colit, superstitio violat.* Secundum autem Stoicos et secundum Cottam Academicum apud Ciceronem [4] in superstitione inest timor inanis deorum, at religio deorum pio cultu continetur. *Cultus autem deorum*, secundum Balbum Stoicum apud eundem Tullium [5], *est optimus idemque castissimus atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur. Non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separaverunt.* Ita Cornutus Stoicus in fine sui operis de N. D. [6] praecipit, ut iuvenes ad religionem, non autem ad superstitionem traducantur, *ὡς εἰς τὸ εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὸ δεισιδαιμονεῖν εἰσαγομένων τῶν νέων.* Seneca [7]: *Quomodo sint dii colendi, solet praecipi. Accendere aliquem lucernam sabbathis* (quod hodie omnes Graeci usurpant) [8] *prohibeamus: quoniam nec lumine dii egent, et ne homines quidem*

---

1) Epist. 123.

2) Sic Epist. 91: *Non est quod nos tumulis metiaris, et his monumentis, quae viam disparia praetexunt; aequat omnes cinis: impares nascimur, pares morimur . . . . Conditor ille iuris humani non natalibus nos, nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus. Ubi vero ad finem mortalium ventum est: Discede, inquit, ambitio! omnium, quae terram premunt, siremps lex esto.* Et Consol. ad Helviam c. 43: *Quid servo, quid domino, quid regi, quid clienti tuo irasceris? Sustine paululum: venit ecce mors, quae nos pares faciat.* Confer et Consol. ad Marciam 20.

3) De clementia II, 5. 4) De N. D. 1, 42.

5) Ibidem II, 28. 6) pag. 236 ed. Gale.

7) Epist. 95. p. 187 ed. Matthiae.

8) [Adde Iudaeos, ad quorum morem etiamnum obtinentem Senecae verba spectare, iam priores Senecae editores intellexerunt].

fuligine delectantur. Vetemus salutationibus matutinis fungi et foribus assidere templorum; humana ambitio istis officiis capitur. Deum colit, qui novit. Vetemus lintea et strigiles Iovi ferre, et speculum tenere Iunoni. Non quaerit ministros deus; quidni? ipse humano generi ministrat; ubique et omnibus praesto est. Audiat licet, quemadmodum se gerere in sacrificiis debeat, quam procul resilire a molestiis ac superstitionibus: numquam satis profectum erit, nisi, qualem debet, deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficia gratis dantem. Quae causa est diis benefaciendi? Natura! Errat, si quis putat illos nocere velle, non possunt: nec accipere iniuriam queunt, nec facere. Laedere etenim laedique, coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima omnium natura, quos periculo exemit, nec periculosos quidem fecit. Primus est deorum cultus, deos credere; deinde, reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas est; scire, illos esse qui praesident mundo, qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum. Hi nec dant malum, nec habent: ceterum castigant quosdam (in vita, non post mortem) *et coercent, et irrogant poenas, et aliquando specie boni puniunt. Vis deos propitiare? bonus esto! Satis illos coluit, quisquis imitatus est.*

Idem censebant et Epicurei, quorum unum, scilicet Velleium, sic inducit disserentem Cicero [1]): *Imposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus . . . . His terroribus ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere*: *et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem.* Idem [2]): *Vere exposita illa sententia est ab Epicuro. Quod beatum aeternumque sit, id nec habere ipsum negotii quidquam nec exhibere alteri; itaque neque ira neque gratia teneri* (ut Lucretius [3]): *nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira*), *quod, quae talia essent, imbecilla essent omnia. Si nihil aliud quaereremus, nisi ut deos pie coleremus et ut superstitione liberaremur, satis erat dictum; nam et praestans deorum natura hominum pietate coleretur, quum*

---

1) De N. D. I, 20. 2) Ibidem c. 17. 3) [1, 62].

et aeterna esset et beatissima: habet enim venerationem iustam quidquid excellit: et metus omnis a vi atque ira deorum pulsus esset: intelligitur enim, a beata immortalique natura et iram et gratiam segregari; quibus remotis, nullos a superis impendere metus. Epicurum nihil moror: nam, ut ait Cicero [1]), *verius est illud quod Posidonius disseruit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri, quaeque is de diis immortalibus dixerit* (ut libro de sanctitate, quem supra ibidem Cicero memoravit), *invidiae detestandae gratia dixisse.* Et ibidem [2]): *Tantummodo negare deos esse non audet Epicurus, ne quid invidiae subeat, aut criminis.* Et ibidem [3]): *Video nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Nam*, ut alibi ait [4]), *Abderites Protagoras . . . . cum in principio libri sui sic posuisset, De diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere, Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, librique eius in concione combusti. Ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam profitendam multos esse factos, quippe cum poenam ne dubitatio quidem effugere potuisset.* Sed nullos a superis impendere metus, censuerunt non solum Epicurei ii, qui omnem religionem funditus sustulerunt dicentes, ut ait Cicero [5]), *totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus rei publicae causa, ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret,* sed etiam omnes alii philosophi; quod patet ex hoc Ciceronis [6]): *Num iratum timemus Iovem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui* (ut Epicurei) *deum nihil habere ipsum negotii dicunt, et nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid et moliri volunt, numquam nec irasci deum, nec nocere.*

Igitur nec deorum iram, nec supplicia post obitum sceleratis destinata reformidabant Stoici, quippe qui censerent, sublimes dumtaxat et egregios animos in coelum evolare, sed viles, indoctos imo et impios statim cum corpore,

1) De N. D. I, 44. 2) III, 1. 3) I, 30.
4) I, 23. 5) De N. D. I, 42. 6) De Offic. III, 28.

aut non ita multo post exstingui et tandem serius ociusve in animam mundi refundi, caeterasque hominis partes in cognata elementa subito post dissolutionem reverti. Epictetus apud Arrianum [1]), postquam dixit, nos post mortem eo reverti unde venimus (quod ad verbum habet Seneca [2])), in affinia et cognata elementa, scilicet quidquid est in nobis igneum in ignem, quidquid terrestre in terram, quidquid flabile in aëra, quidquid tumidum in aquam reverti: εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ στοιχεῖα, ὅσον ἦν ἐν σοι πῦρ εἰς πῦρ ἄπεισιν, ὅσον ἦν γηδίου εἰς γήδιον, ὅσον πνευματίου εἰς πνευμάτιον, ὅσον ὑδατίου εἰς ὑδάτιον. Hinc sic colligit igitur Plato: nullus Acheron, nullus Cocytus, neque Phlegethon: οὐδεὶς Ἅδης, οὐδ' Ἀχέρων, οὐδὲ Κωκυτός, οὐδὲ Πυριφλεγεθών. Unde eleganter Antoninus [3]): ὁ θάνατος τοιοῦτος οἷον γένεσις, φύσεως μυστήριον· σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων εἰς ταὐτά. Et [4]): ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἵλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένοντα ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ λύσις τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται, ubi vides eum monere ideo mortem securo animo expectandam esse, cum nihil aliud sit quam dissolutio elementorum, ex quibus unum quodque animal constat. Idem imperator diserte dicit [5]), Alexandrum M. et eius mulionem mortuos ad idem recidisse, scilicet in idem receptos fuisse naturae seminarium: Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καὶ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς ταὐτὸ κατέστησαν· ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους. Et alibi [6]): βλέπε πόσοι ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα. Idem docet [7]), omne materiale post mortem in universi substantiam quam celerrime absorberi, causale autem (id est, animum) in universi rationem, seu mundi mentem non minus cito refundi: πᾶν τὸ ἔνυλον ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται. Supra dixerat [8]), se constare ex causali, id est,

1) Diss. III, 13. p. 313. 2) Epist. 70. 3) IV, 5. 4) II, 17. 5) VI, 24. 6) IV, 32. 7) VII, 10. 8) V, 13.

animo, et ex materia, id est corpore, *ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ*. Vides igitur M. Antoninum, ut alios principes Stoicos, Epictetum, Senecam, Cleanthem, eorum opinionem amplexum fuisse, qui, ut verba Ciceronis [1]) usurpem, omnes omnium virorum proborum et pariter impiorum, doctorum et indoctorum animos quasi capite damnatos morte multant. Ipse suam sententiam sic clarius profitetur [2]): quomodo, inquit, dii, qui pulchre et cum singulari erga genus humanum amore universa disposuerunt, hoc unum neglexerunt, scilicet providere, ut homines boni iique inprimis qui boni fuerint, frequentissima cum ipsis commercia habuerint, piisque operibus et sacris ministeriis quam maximam cum ipsis contraxerint familiaritatem, etiam post mortem existerent, nec omnino exstinguerentur. Hoc vero si sic se habet, pro certo teneas, aliter facturos fuisse deos, si aliter fieri oportuisset. Idem [3]) probare conatur, animos non posse semper manere, quod tunc aër ab aeterno non magis eos capere potuisset quam terra eorum corpora, qui tot abhinc seculis humati sunt. Eodem argumento adversus animorum immortalitatem utitur Plinius dicens [4]): *quae deinde sedes quantave multitudo tot seculis animarum velut umbrarum.* Sed, inquit idem ibidem Antoninus, quemadmodum corpora, quae cum aliquando hic in terra duraverint, deinde mutata dissolutaque spatium aliis corporibus praebent, sic et animae in aëra subversae, postquam aliquamdiu hic remanserunt, mutantur, succenduntur, et in seminalem universi rationem receptae refusaeque, hoc modo locum dant aliis animis: *εἰ διαμένουσιν αἱ ψυχαί, πῶς αὐτὰς ἐξ ἀΐδίου χωρεῖ ὁ ἀήρ; πῶς δὲ ἡ γῆ χωρεῖ τὰ τῶν ἐκ τοσούτου αἰῶνος θαπτόμενα* (vel *θαπτομένων*) *σώματα; ὥσπερ γὰρ ἐνθάδε ἡ τούτων πρὸς ἥντινα ἐπιδιαμονὴν μεταβολὴ καὶ διάλυσις χώραν ἄλλοις νεκροῖς ποιεῖ· οὕτως αἱ εἰς ἀέρα μεθιστάμεναι ψυχαὶ, ἐπὶ ποσὸν συμμείνασαι μεταβάλλουσι καὶ χέονται καὶ ἐξάπτονται, εἰς τὸν*

---

1) Tusc. I, 22. 2) Antonin. XII, 5.
3) IV, 21. 4) Hist. nat. VII, 55 (56).

τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον χώραν ταῖς προσσυνοικιζομέναις ποιεῖ. Sic et dicit [1]), universi naturam, cum se certis terminis comprehenderit, quidquid intra se corrumpi, senescere atque inutile fieri videtur, id in semet convertere aliaque ex his ipsis nova producere, adeo ut nec materia extranea opus habeat, nec quo putrefacta proiiciat, desideret: ita contenta manet et loco suo et materia sua et arte sibi propria. Idem [2]) dicit, se ex animo et corpore constare, quorum neutrum in nihilum reverteretur, quemadmodum neque ex nihilo factum est; igitur, inquit, singulae corporis mei partes in aliquam mundi partem commutatione transmutabuntur et sic in infinitum; deinde addit, se suosque patres et avos hac commutatione genitos fuisse idemque perpetuo futurum, quamvis mundus certas et fixas habeat periodos: ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ συνέστηκα· οὐδέτερον δὲ τούτων εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρήσεται, ὥσπερ οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπέστη. οὐκοῦν καταχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ, καὶ ἤδη εἰς ἄπειρον. κατὰ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν κἀγὼ ὑπέστην καὶ οἱ ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο ἄπειρον. οὐδὲν γὰρ κωλύει οὕτως φάναι, κἂν κατὰ περιόδους πεπερασμένας ὁ κόσμος διοικῆται κ. τ. λ. Et alibi [3]) affirmat, quidquid moritur, numquam extra mundum cadere, sed manere et immutari et dissolvi in propria quae sunt mundi et nostra elementa; et haec elementa rursus immutari, nec tamen murmurare: Ἔξω τοῦ κόσμου τὸ ἀποθανὸν οὐ πίπτει. εἰ ὧδε μένει καὶ μεταβάλλει, ὧδε καὶ διαλύεται, εἰς τὰ ἴδια ἃ στοιχεῖά ἐστι τοῦ κόσμου καὶ σά (ut Epictetus supra laudatus, εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ στοιχεῖα). καὶ αὐτὰ δὲ μεταβάλλει καὶ οὐ γογγύζει. Et alibi [4]): ὁ τὸν θάνατον φοβούμενος, ἤτοι ἀναισθησίαν φοβεῖται, ἢ αἴσθησιν ἑτε-

1) VIII, 50. 2) V, 13. 3) VIII, 18.
4) VIII, 58.

ροίαν. ἀλλ' εἴτε οὐκέτι αἴσθησιν, οὐδὲ κακοῦ τινος αἰσθήσῃ· εἴτε ἀλλοιοτέραν αἴσθησιν κτήσῃ, ἀλλοῖον ζῶον ἔσῃ καὶ ζῆν οὐ παύσῃ. Confer eundem et alibi [1]), ubi de hacce mutatione agit eamque vocat ἀλλοίωσιν et διάλυσιν, εἰς ταὐτὰ γινομένην ἐξ ὧν ἕκαστον συνίσταται. Idem [2]) dicit, universi naturam ex communi rerum omnium materia, tanquam e cera, nunc effingere, quem mox denuo diffingit, eiusdemque materia ad arborem producendam uti, tum ad homuncionem, deinde ad aliud quidquam: horum autem quidlibet ad breve temporis spatium remanere: quaecumque vides, ea omnia mox est mutatura universi rectrix natura, aliaque ex eorum materia effectura, et ex horum rursus alia, ut mundus semper renovetur. Confer eundem et alibi [3]), ubi affirmat, omnia ista, quae fiunt, mutatione fieri et nihil aliud tam amare universi naturam, quam ea, quae iam exsistunt, mutare et ex iis sic mutata nova eaque similia refingere, et quidquid est, hoc esse illius semen, quod ex se futurum est. Apud Ciceronem [4]) Cotta sic Stoicos alloquitur: *ut hominum membra nulla contentione, mente ipsa ac voluntate moveantur, sic numine deorum omnia fingi, moveri mutarique posse* (dicere soletis). *Neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione: materiam enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem, ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit; eius autem universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam; hanc igitur, quocumque se moveat, efficere posse quidquid velit.* Unde Seneca [5]) de morte loquens: *Nunc supervacuum est naturae causam agere, quae non etiam voluit legem nostram quam suam. Quidquid composuit, resolvit, et quidquid resolvit, componit iterum. Quid enim,* inquit Seneca [6]), *mutationis periculo exceptum? non terra, non coelum, non totus hic rerum contextus, quamvis deo agente ducatur; non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex*

1) VII, 50 et X, 7.
2) VII, 22, ubi v. Gatakerum.
3) VII, 18 et IV, 36.
4) De N. D. III, 39.
5) Epist. 30.
6) Epist. 71.

hoc cursu aliquis dies deiiciet. Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quaecumque vides supra nos currere, et haec, quibus innixi atque impositi sumus, veluti solidissimis, carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est: inaequalibus ista spatiis eodem natura demittit. Quidquid est, non erit; nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi, perire est. Proxima enim intuemur: ad ulteriora non prospicit mens hebes, et quae se corpori addixerit; alioqui fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire, et composita dissolvi, dissoluta componi; in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei verti. Sic Antoninus [1]: *πάντα ταῦτα* . . . id est, non erunt amplius quod prius fuerant, ut vere explicat Gatakerus. Seneca [2]: *Quaecumque videmus ac tangimus, Plato in illis non numerat, quae esse proprie putat. Fluunt enim et in assidua deminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuvenis; nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more; quidquid vides, currit cum tempore, nihil ex his, quae videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est, quod ait Heraclitus: in idem flumen bis non descendimus. Manet idem fluminis nomen: aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est quam in homine: sed nos quoque non minus velox cursus praetervehit; et ideo admiror dementiam nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur, cum omne momentum mors prioris habitus sit. Vis tu non timere, ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi, fluida materia et caduca, et omnibus obnoxia causis; mundus quoque, aeterna res et invicta, mutatur, nec idem manet. Quamvis enim omnia in se habeat, quae habuit; aliter habet quam habuit: ordinem mutat. Πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον ῥεῖ,* inquit Sallustius [3]. Idem fere legitur in veteribus Persarum libris, teste Anquetil, qui haec ex illis recitat [4]: "La nature sortie des mains

---

1) IV, 3. 2) Epist. 58. 3) De mundo 4. p. 250 ed. Gale.
4) Mém. de l'acad. des inscr. T. XXXVII. p. 665.

d'Ormusd ne souffre point d'anéantissement: les astres changent seulement de forme; par exemple, à la mort de l'homme, l'eau de son corps se réunit à l'eau, les os, les veines, le sang, la graisse et la chair s'identifient en quelque sorte avec la terre, le poil avec les plantes et les arbres, la vie animale, ψυχὴ, se réunit à l'air, et le feu au feu" [1]). At in resurrectione, teste eodem ibidem Anquetil [2]), "les genies et les éléments, qui auront reçu comme en dépôt les différentes parties, qui composent le corps, le rendront. De la terre, dit le Boundehesch, viendront les os, de l'eau le sang, des arbres le poil; du feu la vie, comme à la creation des êtres les parties se réuniront de nouveau". Idem Seneca [3]): *quod si tanta cupiditas longioris aevi te tenet, cogita nihil eorum, quae ab oculis abeunt, et in rerum naturam, ex qua prodierunt, ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit: veniet iterum, qui nos in lucem reponat, dies* (et hoc quomodo fiat, infra declarabo), *quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo, omnia quae videntur perire, mutari. Aequo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis in hoc mundo nihil exstingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed alter annus illam adducit; hiems cecidit, referent illam sui menses; solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus, quidquid praeterierit, repetit: pars coeli levatur assidue, pars mergitur.* Antoninus [4]) dixit: ἡ ἀποβολὴ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μεταβολή. Seneca [5]): *Gravissimum iudicabis malum, aliquem ex his, quos amabis, amittere, cum interim hoc tam ineptum erit quam flere, quod arboribus amoenis et domum tuam ornantibus decidant folia. Quidquid te delectat, aeque videris, ut vides eas, dum virent. Utrique aliud alio die casus excutiet: sed, quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur; sic istorum, quos amas, quosque oblectamenta vitae*

---

1) Sadder Boundehesch dans le vieux Rav. Fol. 160 verso.
2) Pag. 670. 3) Epist. 36. 4) IX, 3. 5) Epist. 104.

putas esse, damnum; quia reparantur, etiam si non renascantur. Sed non erunt iidem. Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis hora te mutat; sed in aliis rapina facilius apparet; hic latet, quia non ex aperto fit. Alii auferuntur; at ipsi nobis furto subducimur. Eodem fere modo Epictetus apud Arrianum [1]) de morte loquitur: *Δύσφημον δέ μοι λέγεις ὄνομα φυσικοῦ τινος πράγματος σημαντικόν; λέγε δύσφημον εἶναι καὶ τὸ θερισθῆναι τοὺς στάχυας· ἀπώλειαν γὰρ σημαίνει τῶν σταχύων, ἀλλ᾽ οὐ τοῦ κόσμου.* Sic Antoninus [2]) hunc profert ex Hypsipyle Euripidis versum, quem servavit et Stobaeus [3]):

βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν
καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή.

Uptonus [4]) recte observat, ad hunc Epicteti locum respexisse Antoninum [5]). Sic autem pergit Epictetus: *λέγε δύσφημον καὶ τὸ φυλλοφορεῖν καὶ τὸ ἰσχάδα γίνεσθαι ἀντὶ σύκου, καὶ ἀσταφίδας ἐκ τῆς σταφυλῆς. πάντα γὰρ ταῦτα τῶν προτέρων εἰσὶν εἰς ἕτερα μεταβολαὶ, οὐκ ἀπώλεια, ἀλλὰ τεταγμένη τις οἰκονομία καὶ διοίκησις τουτέστιν ἀποδημία, καὶ μεταβολὴ μικρά. τοῦτο θάνατος, μεταβολὴ μείζων, οὐκ ἐκ τοῦ νῦν ὄντος εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν. οὐκέτι οὖν ἔσομαι, οὐκ ἔσῃ, ἀλλ᾽ ἄλλο τι, οὗ νῦν ὁ κόσμος χρείαν ἔχει. καὶ γὰρ σὺ ἐγένου, οὐχ ὅτε σὺ ἠθέλησας, ἀλλ᾽ ὅτε κόσμος χρείαν ἔσχε.* Ubi per hanc mutationem illius, quod nunc est, non in hoc, quod nullo modo existit, sed in hoc, quod nunc non est, *ἐκ τοῦ νῦν ὄντος οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν* nihil aliud intelligitur quam illa hominis mortui, unde venit revertentis, in cognata elementa resolutio, quae fit, ut non idem post obitum sit, quod in vita erat, sed aliud quid evadat, sicque reparetur, quamvis non renascatur, postquam illius partes igneae, aëriae, terrestres et humidae in universum ignem, in aërem, terram et aquam

1) Diss. III, 24. p. 509. 2) VII, 40.
3) Tit. 108. [V. Eurip. fragm. ed. Matthiae p. 193.]
4) Pag. 221. 5) II, 34 et 35.

refusae, et deinde in alias naturas, quarum tunc indigebit mundus, quarumque materiam ipsae praebuerint, conversae et immutatae fuerint. Sic prorsus Antoninus [1]): *ὄμφαξ, σταφυλὴ, σταφὶς, πάντα μεταβολαὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.* Sic idem Antoninus [2]) dixerat, quemadmodum ex nihilo nil fit, sic in id quod nullo modo existit, nil posse reverti: *οὐδὲν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μηδ' εἰς τὸ οὐκ ὂν ἔρχεται.* Le Batteux [3]): "Les uns disoient qu'il se faisoit quelque chose de ce qui n'étoit pas; les autres (philosophes anciens) au contraire "qu'il ne se faisoit rien de ce qui étoit", mais par ce qui étoit, ils entendoient des corps, des substances, qui avoient une forme, un état par elles mêmes, tels étoient les atomes: et par ce qui n'étoit pas, ils entendoient les substances corruptibles et altérables, qui n'avoient aucune forme fixe, ou permanente, qui n'étoient qu'un être en puissance, telle que la matière première: language clair pour eux, mais qui a fait prendre le change à ceux des modernes qui n'étoient pas assez initiés dans les mysteres. Les Grecs distinguant le néant du non être, avoient deux mots pour ces deux idées, *μηδὲν* et *μὴ ὄν.* Les Latins ayant rendu ces deux idées par le même mot *nihil* etc."

Marcus Antoninus [4]), supra laudatus, affirmat, quidquid moritur, numquam extra mundum cadere: ut Seneca [5]): *nihil deficit quod in se cadit*, et [6]): *rerum natura nihil dicitur perdere, quia quidquid illi avellitur, ad illam redit: nec perire quidquam potest, quod quo excidat, non habet, sed eodem revolvitur, unde discedit.* Antoninus exclamat [7]): *ὦ φύσις, ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα*, id est, natura, a te omnia, in te omnia et ad te omnia revertentur. Sic Cornutus [8]) de Pane, quem cum natura universi unum eundemque esse dicit [9]), observat, huius eam

1) II, 35, ubi v. Gatakerum. 2) IV, 4 ubi v. Gatakerum.
3) Causes premières p. 198. 4) VIII, 18.
5) Quaest. nat. III, 9. 6) De benef. V, 8.
7) IV, 23. 8) Cap. 27. p. 205. 9) Pag. 203.

esse vim, ut eas deinde exscindat et perdat naturas, quas ipse protulit, ὡς τοιαύτης δυνάμεως, μετὰ τὸ ἐνεγκεῖν, τὰ ὄντα ἐκτεμνούσης αὐτὰ καὶ διαφθειρούσης. Simile quid Pacuvii in Chryse fragmentum, tantopere praedicatum ab illo pantheismi antistite Toland [1]), quod nobis servavit Cicero [2]):

Quidquid est hoc omnia animat, format, alit, auget, creat,
sepelit recipitque in sese omnia, omniumque idem est pater;
indidemque eadem quae oriuntur de integro, atque eodem
occidunt.

Epictetus apud Arrianum [3]): ἀλλ' ἤδη καιρὸς ἀποθανεῖν μὴ τραγῴδει τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' εἰπὲ ὡς ἔχει. ἤδη καιρὸς τὴν ὕλην, ἐξ ὧν συνῆλθεν, εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἀναλυθῆναι. καὶ τί δεινόν; τί μέλλει ἀπόλλυσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ; Et, quod vidimus apud Senecam [4]), *quidquid est, non erit, nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi perire est.* Et apud eundem legimus [5]), desinere ista, non perire, et quae videntur perire, dumtaxat mutari. Sic Heraclitus apud Antoninum [6]) dicit, terrae mortem esse, aquam fieri, et aquae, aërem fieri, et aëris, ignem fieri: γῆς θάνατον ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατον, ἀέρα γενέσθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. Sallustius [7]): ἡ μὲν ἄλλου φθορὰ ἄλλου γένεσις ἐστι· τοῦτο δὲ φθείρεσθαι μὲν οὐκ ἐστί, μεταβάλλεσθαι δέ. Lucretius [8]):

Cedit enim, rerum novitate extrusa, vetustas
semper et ex aliis aliud reparare necesse est;
nec quisquam in barathrum, nec Tartara deditur atra.

Servius ad illa Georgicon [9]):

scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
omnia, nec morbi esse locum,

annotat dissolvi cuncta et redire rursus in originem suam,

---

1) Orig. Iudaic. p. 118.
2) Ubi Gulielmus a Grutero laudatus emendat *indidem eademque oriuntur.* [Hinc ab Orellio nunc vulgatum *indidemque eademque* etc.]
3) Diss. IV, 7. 4) Epist. 71. 5) Epist. 36.
6) IV, 46. 7) De mundo 17. 8) III, 977.
9) IV, 225.

nec universa resoluta: et res, quae mors vocatur, non sit mors, quippe quae nihil perire faciat, sed resolutio. Sic Macrobius [1]), laudatus a Gatakero [2]): *constat secundum verae rationis assertionem, quam nec Virgilius ignoravit, nihil intra vivum mundum perire sed eorum, quae interire videntur, solam mutari speciem et illud in originem suam atque in ipsa elementa remeare, quod tale, quale fuit, esse desierit.* Hanc veram et germanam fuisse puto Orphei Heracliti, Stoicorum, Pythagorae et mysteriorum doctrinam esotericam, cuius maximum decretum, scilicet naturae apotheosis ut et substantiarum palingenesia, paucis et in interiora sacra admissis tradebatur. Sic prorsus canit Pythagoras apud Ovidium [3]):

O! genus attonitum gelidae formidine mortis!
quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
materiem vatum, falsique piacula mundi?
Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas,
abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

Et [4]):

Omnia mutantur, nihil interit. Errat, et illinc
huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus
spiritus: eque feris humana in corpora transit,
inque feras noster: nec tempore deperit ullo.
Utque novis fragilis signatur cera figuris,
nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem;
sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Et ibidem [5]):

Nec species sua cuique manet: rerumque novatrix
ex aliis alias reparat natura figuras.
Nec perit in tanto quidquam, mihi credite, mundo;
sed variat faciemque novat: nascique vocatur,
incipere esse aliud, quam quod fuit ante; morique
desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,

---

1) In Somn. Scip. II, 12. [p. 132 ed. Pontan.]
2) Ad Antoninum VIII, 18.
3) Met. XV, 153.
4) Ibid. vs. 165.
5) Ibid. vs. 252.

haec translata illuc; summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
crediderim.

Idem fere canit Empedocles laudatus a Plutarcho contra Colotem. Hinc opinor illam Pythagorae metempsychosin nihil aliud fuisse quam palingenesiam, quod diserte dixit Servius ad Aeneidos III, laudatus a Gatakero [1]), cum diceret, hominem post obitum in feram, et e fera in hominem transformari, nihil aliud eum intellexisse, quam partes corporis nostri terrae reddita in lacteos plantarum succos converti, quibus deinde aluntur ea animalia, quibus nos postea vescimur. Sic hominis substantia primo in plantam immutatur, deinde e planta in bovem convertitur; ac postremo in hominem redit, ac sic vice versa. Illius autem anima in animam universam refunditur et naturae suae remiscetur, et deinde ex ea refluit, ut in alium immittatur hominem. Hinc forte adductus Lactantius [2]) Pythagoreos sic cum Stoicis coniunxit: *Superesse animam post mortem Pythagorici et Stoici dixerunt, easque non nasci, sed insinuari in corpora, et de aliis in alia migrare.* Hoc fortasse voluit Epiphanius, cum Stoicis tribuit in eorum haeresi, quae est quinta libri primi, *μεταγγισμούς τε ψυχῶν καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα καθαιρομένας σωμάτων, ἤδ' αὖ πάλιν εἰς δυούσας καὶ ἔμπαλιν γεννωμένας*, nisi forte respiciat ad aliud Stoicum dogma, de quo infra. Nemesius [3]) omnibus illis Graecis, qui animam immortalem esse censent, videri eam ex aliis corporibus in alia migrare: *κοινὴν* (lege *κοινῶς*) *μὲν οὖν πάντες Ἕλληνες οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφηνάμενοι, τὴν μετενσωμάτωσιν δογματίζουσιν,* ubi vides a Nemesio diserte affirmari, nulli Graeco philosopho animam eodem sensu visam fuisse immortalem, quo a nobis Christianis esse creditur. Animus quidem, secundum veteres, immortalis erat, sed ut caetera omnia, quod responsum dedit Demonax, de hac re interrogatus, apud Lucia-

1) IV, 21. 2) Inst. div. III, 18.
3) De nat. hom. 2. p. 05 [p. 115 ed. Matthaei, qui reposuit *κοινῇ*].

num in Demonacte [1]). Etenim supra vidimus, secundum eosdem, nihil quidquam perire in hoc mundo, sed omnia eo reverti unde venerant, sicque animum in animam mundi post mortem refundi; quod Stoici hauserant ex Heraclito dicente apud Theodoretum [2]): *τὰς ἀπαλλαττομένας τοῦ σώματος ψυχὰς εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἀναχωρεῖν ψυχὴν, οἷα δὴ ὁμογενῆ τε οὖσαν καὶ ὁμοούσιον.* Sic Pythagoras et Plato, teste Plutarcho [3]), ideo tantum animam credebant immortalem, quod corpore soluta in mundi animam, utpote cognatam, reverteretur: *Πυθαγόρας καὶ Πλάτων ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχήν· ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές.* Cuius quidem loci verum sensum minime assecutus est Bruckerus [4]). Vide omnino Nemesium [5]), ubi Platonis de mundi anima sententiam explanat. Socrates in Phaedro [6]) animum aeternum esse docet, et ideo numquam mori, quod numquam genitus sit: *ἐπειδὴ δὲ ἀγέννητόν ἐστι καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι;* et infra: *ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη.* Quod et sibi videri innuit Synesius [7]). Pythagoras ideo animum credidit immortalem, quod et id, e quo delibatum et excerptum est, immortale sit: *ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτήν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ, ἀφ' οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι*, ut Iustinus [8]) ideo animam vocat immortalem, quod sit dei pars, *μέρος οὖσα τοῦ θεοῦ καὶ ἐμφύσημα.* Quin autem ex universa mente divina delibatos animos haberemus, numquam dubitarunt Pythagoras Pythagoreique, qui erant Italici philosophi quondam nominati, ut inquit Cicero [9]). Vides igitur, Pythagorae Pythagoreisque omnibus animos non *immortales*, sed *sempiternos* videri (quod minime confundendum est), utpote qui e sempiterna mente divina excerpti essent. Hanc doctrinam acceperat Pythagoras a magistro suo Pherecyde, de quo sic

---

1) T. II. p. 387. 2) Therap. T. V. p. 546.
3) De plac. philos. IV, 7. 4) T. I. p. 1094.
5) De nat. hom. 2. p. 49 et 50. 6) Pag. 1221.
7) Epist. 105. 8) De resurrectione 9. 9) De senect. 21.

